

Duke University Medical Center Library
Historical Collection



Digitized by the Internet Archive
in 2016

<https://archive.org/details/operaomniaanatom01bidl>

GODEFRIDI BIDLOO
EXERCITATIONUM
ANATOMICO-
CHIRURGICARUM
DECAS
PRIMA.

Bidloo, English 1715

GODEFRIDI BIDLO
OPERA OMNIA
ANATOMICO.
CHIRURGICA.

EDITA ET INEDITA.

QUORUM SEQUENS PAGINA
SERIEM CONTINET.



LUGDUNI BATAVORUM
Apud SAMUELEM LUCHTMANS, 1715.

QM21

~~—~~ B583

COPY 2

S E R I E S
O P E R U M
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
G. B I D L O O.

D E C A D E S D U Æ
EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM.

Argumenta Primæ Decadis.

1. DE NERVIS.
2. DE HYDATIDIBUS.
3. DE PHLYCTÆNIS.
4. DE EXTRANEIS DE VULNERE EXIMENDIS.
5. DE AMULETIS.
6. DE VARICIBUS.
7. DE OCULO PURULENTIO.
8. DE EXCRESCENTIA FOEMINÆ DEREPENTE INGUINI OBORTA.
9. DE VERRUCIS.
10. DE NERVIS SECUNDA EXERCITATIO.

Contenta Secundæ Decadis.

1. DE EXCRESCENTIA EIDEM FOEMINÆ DE-
NUO INGUINI OBORTA.
2. DE PANNO.
3. DE UNGUE, PINNA, ALA.
4. DE ENCAANTHIDE.
5. DE JUVENI TUBICINI EXTIRPATA MAM-
MELLA.
6. DE OCULI PROLAPSU.
7. DE OSSE CRIBROSO ET NERVIS OLFACTO-
RIIS LÆSIS.
8. DE LEUCOMATE, SIVE ALBUGINE.
9. DE EXOSTOSI.
10. DE AMAUROSI, DICTA GUTTA, SERENA.

DISSERTATIONES ANATOMICO-PHYSIO- LOGICÆ QUATUOR.

OBSERVATIO DE ANIMALCULIS IN OVINO A-
LIORUMQUE ANIMANTII HEPATE DE-
TECTIS.

OBSERVATIONES PHYSICO-ANATOMICÆ DE O-
CULIS ET VISU VARIOREM ANIMALIUM.

CHRI-

CHRISTIANI A STEENEVELT DISSERTATIO DE
ULCERE VERMINOSO AD CLARISSIMUM VI-
RUM GODEFRIDUM BIDLOO.

VINDICIAE QUARUNDAM DELINEATIONUM A-
NATOMICARUM CONTRA INEPTAS ANI-
MADVERSIONES FRED. RUYSCHII.

GULIELMUS COWPER CRIMINIS LITERARII
CITATUS CORAM TRIBUNALI NOBILISS. AM-
PLISS. SOCIETATIS BRITANNO-REGIÆ, PER
GODEFRIDUM BIDLOO.

DISSERTATIO DE ANTIQUITATE ANATOMES.

ORATIO IN FUNERE VIRI CLARISSIMI PAULI
HERMANNI MED. DOCT. ET BOTANICES,
UT ET COLLEGII PRACTICI IN ACAD. LUGD.
BAT. ORD. PROFESSORIS.

SOCIETATI
REGIO-ANGLICANÆ
S.

Viri illustres, sodales eruditi;

Alteram hanc, ante tres annos,
vobis, sequenti cum inscriptio-
ne, consecratæ, decadis meæ (se-
cundam cui adjeci) ANATOMICO-
CHIRURGICARUM EXERCI-
TATIONUM, editionem, eâ-
dem, quâ, tunc temporis primam,
observantiâ, offero; valete, viri il-
lustres & vestra beata familiaritate,

Tuum sodalem,

G: BIDLOO.

Dabam Lugd: in Bat: MDCCVII.
Mense Novemb:

Me vestrum receptique quoniam ab vobis honoris , consuetudinis & familiaritatis , memorem & non omnino languentem vivere , demonstrabit , quæ vobis offertur , eâ , quâ decet reverentiâ , mea hæc ANATOMICO-CHIRURGICA DECAS ; quod huic addam unicè velimque maximè rogemque enixè , est , ab vobis illa , eo , quo vobis inscribitur amore & benevolentia , accipiatur , legatur , emendetur in artis Apollineæ emolumentum , humani generis commodum nostræque sodalitatis decus , cuius cultorem indefessum me exhibere , pro modulo mœo , studebo indesinenter.

Dabam Lugd. in Bat. Mensē
Julio MDCCIV.

GODEFR: BIDLOO;

CHIRURGIAE

CULTORIBUS, FAUTORIBUS,
STUDIOSIS,

S.

UT, quam in pauperiorum solatium studiosorumque Chirurgiæ, suscepi commodum, exequar provinciam probè, utilitatis credidi fore summæ, exercitationes, hocce spectantes thema, ventilandas, si proponerem sœpesæpius; ne autem (ut publicè plurimum fit) ad pompam, cavillatrices & ex mutuò in antecessum communicatis oppositionibus argumentisque, hæ meæ sint, vel habeantur; actum ad hunc, cum doctrinæ meæ continuis auditoribus, omnes, quâ decet, invito humanitate medicinam, Chirurgiamve profitentes viros, quibus, præ aliarum disciplinarum cultoribus, discussio-
nis prima dabitur concedeturque opinionum sententiarumque animique sensorum liberè effando-
rum, cum potestate, opportunitas; viris, ut intercedentibus, rem pertractandam intelligenti-
bus,

P R A E F A T I O.

bus, opus ferreat hoc mellaque hæc thymo re-doleant fragrantia illo placidèque seriòque re-rum agitato examine, victrix, honestissima tri-umphet, hac in palæstra, tandem & semper veritas;

Cum autem nuperrimè tractatui Cl. G. COCK-BURNI, *de morbis gentem infestantibus maritimam*, ex Anglicano, ab me, in sermonem translato Batavum, ab pag. 97. ad 109. ut ubique, luculentissimas adjecerim notas earumque hanc particulam, rogatus, in gratiam virorum, idioma no-strum non intelligentium, latine reddiderim, eam, disputationis introductory argumento, ad diem Saturni 9. hujus Aprilis, horâ 9. ædibus meis, offerre volui eruditis venerabundus eoque magis, quia quæ in ea describuntur, repetere ante duos menses atque celebrare experimenta volui ex professo; quæ cum postea, ut & ipsissima Chirurgia (medicinæ generalioris totiusque typus, exemplum, fundamentum) studiosos medicinæ antesignanos plurimos, in ejus rapue-re studium, desiderium, amorem, quem quo-sque fovere, cui quibusque favere cum studeam, hasce exercitationes auspicari non nolui: ne au-tem ipse præjudicio rapi in hanc artem, vel ar-biter

F R A E F A T I O.

biter dicar ineptus (sunt enim qui Chirurgiam parvi faciunt) sufficiat, ex neotericis Clariss: MART: LYSTERUM hæc renuntiavisse:

A PRIORI QUIDEM ET MORBOS EORUMQUE CURATIONES EXPEDIRI POSSE, VOTUM EST; AT DONEC ILLUD FIAT, LICEAT MIHI EX POSTERIORI, NEMPE, EX CHIRURGICIS MEDICAMENTORUM NOTITIIS, CUM VETERIBUS TUTO MEDICINAM FACERE &c.

AD MEDICAMENTA VERO, QUOD ATTINET, QUATENUSILLA VETERES EXHIBUERUNT, EX PROPRIA PRAXI ET USU CONFIRMARE DILIGENTER STUDUI. IN HOC ITAQUE SPECIMINE, NON ALIENUM A REBUS MEDICIS FORE CREDIDI, SI ILLORUM VIRTUTES PRIVATIM AB IPSIS FONTIBUS DEDUCEREM, NEMPE, A NOTISSIMIS AC INDUBITATIS ILLORUM EFFECTIBUS CHIRURGICIS, UT SCIENT NOSTRI HOMINES QUANTUM DEBEMUS ANTIQUÆ CHIRURGIÆ, PRÆ NOVA CHIMIA, AUT ULLA HYPOTHETICA DOCTRINA.

Ne tandem in Chirurgiæ potius laudationem, quam demonstrationem encheires inque efferri videar medicam, finem huic impono præfatiunculæ. Dirigat deus. T. O mentem manumque meam, in afflitorum, Chirurgicè, ipso adjuvatore, curandorum commodum; meo ut sub auspicio meoque ut ex præstito officio, artis nobilioris cultores confirmentur periti ejusque doceantur studiosi probè, indesinenter, feliciter!

Argu-

Argumenta primæ decadis.

1. DE NERVIS.
2. ---- HYDATIDIBUS.
3. ---- PHLYCTÆNIS.
4. ---- EXTRANEIS DE VULNERE EXIMENDIS.
5. ---- AMULETIS. .
6. ---- VARICIBUS.
7. ---- OCULO PURULENTO.
8. ---- EXCRESCENTIA FOEMINÆ DEREPENTE INGUINI OBORTA.
9. ---- VERRUCIS.
10. ---- NERVIS SECUNDUM.

Contenta secundæ decadis.

1. DE EXCRESCENTIA EIDEM FOEMINÆ DENUO INGUINI OBORTA.
2. ---- PANNO.
3. ---- UNGUE, PINNA, ALA.
4. ---- ENCANTHIDE.
5. ---- JUVENI TUBICINI EXTIRPATA MAMMELLA.
6. ---- OCULI PROLAPSU.
7. ---- OSSE CRIBROSO ET NERVIS OLFACTORIIS LÆSIS.
8. ---- LEUCOMATE, SIVE ALBUGINE.
9. ---- EXOSTOSI.
10. ---- AMAUROSI, DICTA GUTTA, SERENA.

EXERCI-

EXERCITATIO
ANATOMICO-CHIRURGICA
PRIMA;
D E
NERVIS.



VID QUID de spiritibus animalibus eorumque per nervos fluxu, verborum plaustris ratiociniique assatur statuatürque formâ ducaturque in consequentias; fateor me, post omnem exantlatam diligentiam adhibitamque, cum industria, inventionem exercitataque experimeta, hujus negotii signa, vestigia reliquiasve detegere certas indubitandasque valuisse nunquam. Meis autem ut, de novo, satisfacerem conventus domestici membris, nec non quibusdám hujuscē urbis medicis, institui A°. 1695. quo insignis mihi doctorum ætatisque provectionis auditorum erat corona, quæ sequuntur, in hanc rem, indagationes disquisitionesque.

Primò; ligatis vinculo tenaciore sèpius majoribus, viventi cani, femoris nunc inguina, nunc genua versus, nervis, eorum intumescentiam infra, nec supra ligaturas unquam; arteriolarum vero nervorum membranas perreptantium; vinculum versus superius, cernere mihi contigit semper. 2dò; Soluto, post unam alteramque horam, vinculo, nervum vasaque reperi sanguifera in pristinum restituta statum officiumque. 3tò; Nervis dissectis, abscissisve, neutra de extremitate succus, huic organo quasi proprius, non solum non manavit; sed & vi exprimi non potuit ulla. 4tò; Juxta eorum

eorum longitudinem, latitudinem, vel transversim læsi, ne tan-
tum quidem liquoris, quantum, ut vel scalpellus chartave bibula,
mollissima, cerulea eo commaculatetur contaminareturve, requiri-
tur, effuderunt. Itò; nervus acu vulneratus, pertususve cande-
scente, quæ ei inhæret crustâ, escarâ mox abrasâ, nullum liquidi
reliquit signum, scaturigo, vel vestigium.

Cum maximo cani venatico femoris nervum, per aliquot dies,
firmissimo constrictum tenerem vinculo, perdidit, multos post la-
tratus ejulatusque hujus, ut & vicinarum partium usum, motum
posteaque vitam, irruente in partem ligatam inflammatione & tan-
dem in totum femur, sphacelo: toto verùm hoc temporis interval-
lo, prædictæ partes alio non intumuere, quam quo in omni solent
inflammatione sanguiferorumque constrictione, modo: quinimo
nervo scalpelli apice læso, nil factò isthoc liquore inspissatisque spiri-
tibus effluxit animalibus hisce minus. Quis spectatorum, dum,
ut cani vocem adimerem, aut diminuerem, notissimam omnino in-
stituerem nervorum recurrentium, de pari oriundorum vago, ab-
scissionem vulneraque ista consolidarem postea, afferat, isto me-
curationis tempore, fuisse coactum stillicidium nervi restringere
liquoris? quis eorum profluviū illud observavit in cane? cui te-
rebrâ crani partem abstuli cerebrumque cum membranis laceravi,
ipsius expullulationem fortunæ commissi spongiosoque tumoris fru-
stulum scalpello abscedi, quis, inquam, eorum stillicidium vidit?
quis verò callositatem & animal curatum non vidit postea? Sine
fruge fortean quispiam arguat, hoc ex tentamine patere, cortica-
lem unâ cum membranis solummodo cerebri, non verò nervorum
protuberare, expullulare cerebri medullarem substantiam; sed
quæ quæso pars, cum toto, communi fruens vita, nervo, nerveo-
ve caret plexu?

Ligatum, in cane vivente, dupli vinculo supernèque, loco
quo laterales non conspiciebantur rami abscissumque hosce extra
limites nervum, mox antliæ subjeci, vitro inclusum, pneumati-
cæ: aëre evacuato neque intumuit, neque ab mensura variavit
priore: sed verò quod staminibus inheret ipsis nerveis involucrum
quandoque aliquantulum, uno loco, dilatatum videbatur; plura,
quæ

quæ in hunc finem; sed frustra, tentavi, prætereo. Postremò; ipsos mādore conspersos nervos nunc parum, nunc maximè exsiccatos, tubis vitrisque subjici opticis, nunquam autem eorum tubulos, cavitates, interstitia detegere potis fui: experior quidem, nervo dissecto compressoque ex ejusdem staminum acervo, superficiem excitari variis apicibus asperam; sed & experior itidem, hasce eminentias, medullosoꝝ duntaxat substantiaꝝ, plus, minusve, pro nervo, duræ, vi factas quasi esse asperitates huncque compressionis actum, violentam potius devastationem, quam partium vocandam extare genuinam demonstrationem. Nervi, ut & tendines ritè exsiccati, ne tubolorum quidem vestigium; sed corpus, ratione artis exsiccandi, plus, minusve relinquunt opacum, vel diaphanum. Quidquid itaque egerim quantumque sudaverim, ad deprehendendos, sic dictos, spiritus animales, quos unus fulminis ictu citius, alter supponit moverit tardè, mihi istos corpore, neque actu, fluendo, stillitando &c. in, aut, extra nervos, conspicere, licuit unquam.

Ipsa nervorum Substantia non aliter perlustrandum sese exhibet, quam formâ indefinitorum, tensilium, pellucidorum, fibrosoꝝ, per universum distributorum corpus, filamentorum, quorum latera, sine interstitiis (quæ sanè inania, secundum auctores, spatia, in viventium corporibus nusquam extant) contiguitate uniuntur, membranâ obvelantur & in fasciculos distinguuntur. Quando hæc filaments maceratione tepidæ, contritione, compressione, aut putredine ab sese invicem recedunt, transversales quædam in conspectum veniunt fibrulaꝝ, sive illæ vincula sint, quod mihi veritati videtur proximum, sive quorundam fasciculorum ruptæ membranæ, nervo saltem integro, non inveniuntur; addiderim, nullum unquam ab me esse detectum vas lymphaticum intra; sed semper extra, circa & ad involucrorum superficiem ambitumque; multò minus in nervea substantia nervorumve intra fasciculos, in quorum staminibus, interve eorum latera valvulam quoque inveni nullam; quapropter quorundam argumentum illud, abscisso nervo, affusus in tubolorum superficiem (ita vocant) mercurius, intus non ruit; ergo probatur à posteriore, hunc actum

impedientes dari valvulas, nullius sanè est momenti: stamina quippe nervorum solida, non verò corpora suarū tubulosa, vel intersticiis ab se se invicem sejuncta atque ita impossibile est metallum hoc intus ruat: quinimo, et si digito hoc adegeris presserisque fortiter, nil effeceris; quandoque aliquid, fractis fasciculorum unionibus, iis intruditur; sed verò (ut supra monui) ista demonstrandi methodus viaque ad probationes genuinas tendit ducitque querentem nequaquam. Colligo tandem spirituum animalium demonstrationem impossibilem eorumque fluxum in musculos ad eorum actum non esse necessarium: posse & museuli organum, ex propria partium dispositione motuque actuque sanguinis in nervea tendineaque ejus stamina (ut existimo me demonstravisse luculentur) ad officium vocari suum tutò.

Liquidum autem tenue interdumque glutinosum quod nervo tendineve (qui nervus, saltem nerveus est) læso, de vulnere stillitat, lymphaticis imprimis; deinde locis istis debemus, quibus arteriarum extremitates formâ macularum apparent nutritiaque materia, in corporis augmentum, ab sanguine separatur; hic autem arteriarum finis venarumque initium statui, summa cum ratione, potest.

Ut pressius hoc meum sequar probationis assertum; argumento sit, primò; multos, gravi vulnere læsos, ullo sine stillicidio liquidive effusione consolidari nervos. 2dò; quandoque minimo de vulnere liquidi hujus vim, loco manare, quo nulli nervi, id est, oculo detegendi milliesque saltem prædictis minores statuendi, inveniuntur. 3tiò; semper, ubi graviores resolvuntur inflammations, tenuissimum prorumpere liquorem; exilia verò interioraque sanguifera nervorum tendinarumque membranarum vas, non nisi iis læsis, ligatis, extensis, compressis &c. conspici; postea autem omnes partes membranaceas eorum acervo undique & undique eorum acervo rigari, patefieri; ita ut hoc casu, nempe, læsionis, compressionis &c. quandoque mox, quandoque post quoddam temporis intervallum, liquidum erumpat, necessum videatur maximè.

Liquet, postremò; ex ipsa læsi abscissive nervi tendinisque cu-

curatione eorumque post curationem constitutione ; ut & tractatione in aliis symptomatibus ægritudinibusque , hoc meum assertum , vel hanc meam opinionem (per nervos , nempè , liquorem non meare) rationi & experientiae esse consentaneam: Quod enim , vel ex levissima carie , periostio , perichondriove læso , stililitat liquidum , nemo renuntiaverit , multo minus de nervo prodire demonstraverit probè : sed ut (lector: ben:) stringente de praxi deprompto utar argumento ; si læsis nervis tendinibusque vis prorumperet liquidi hujus magna , prorumperet unquam post femoris , pedis , brachiive amputationem , decurtationem ; sed nihil minus , contrahuntur & quod haec occasione aliquando observatur stillicidium , utilitatis (modicum si sit , utpote vulneris incrustationem impediens) est summæ provenitque de arteriis verisimè : in principio enim , multo commixtum sanguine , rubet insigniter , temporis verò tractu ab albo in albidius & tandem in tenacius mutatum copiâque diminutum , sistitur , argumento & demonstrationi læsarum arteriarum extrema contrahi , claudi , consolidari : quod si verò stillicidium illud continuet , expullulat luxuriatque de vulneris (jam nunc ulceris) superficie , spuria spongiosa caro , quæ vasis lymphaticis suam minimè debet originem , utpote de vulneris termino liquidum suum sursum & ab peripheria ad centrum , revrehentibus.

In ulceribus cutaneis minusculis scabieisque quadam specie ; magnum non raro liquoris deprehenditur stillicidium , quod æquè ac illud , quod post cantharidum applicationes colligitur , ex nervis , aut tendinibus minimè ; sed verò lymphæ sanguinisque ductibus manare , verisimile est.

Submittamus porro examini ipsam curationem , sive nervi , tendineive dicti , aut sicti hujuscem liquoris sistendi desiccandique , læsis eorum staminibus , methodum : omnes hi , duce ratione , conatus , tentamina medicationesque consistunt in hujus liquidu (absque totius corporis , vel partis , in qua id acciderit læsione) repressione ; quæ fit , primò ; medicamentis adstringentibus , puta vitriolatis , &c. vel zedo ; emplasticis , ut sunt gummi , cera , gypsum , bolus , cerussa & ex hisce compositis . vel ztio ; instrumentis,

mentis, quorum usus triplex est, videlicet primò; nervum abscindendo. 2dò; comburendo. 3tiò; vinculo constringendo: quæcunque ex hisce successerit methodus, duo eam sequuntur semper medicationem phænomena, stillicidium hoc fistitur, exsiccatur nervusque abscissus, combustus, vulneratus, ligatus (vinculo putredine seposito) in nodulum, tuberculum, rotundamve duritiem corrugatur, contrahitur; quod, abscissis moxque contractis complicatisque, sine liquidi emissione, nervis, frequentissimum est symptoma curationisque finis. Id est (secundum me) nervus abscissus, suapte dispositione, ad eum, cui annexitur & a quo oritur, retrahi debet terminum atque hoc modo indefinita ex quibus componitur staminula tenerrima, post extensionem in glomum, plexumve contrahi, accedente jam nunc vicinarum partium compressione, allisione undequaque, constipata, efformant tandem, cum amissione usus istius læsi nervi, descriptam modò rotunditatem nodulumque: quinimo, quo sicciora (salva tamen nerveæ substantiæ flexibilitate) subtilioraque hæc supponuntur stamina, eo citius solidiusque contractio complicatioque, hæc, post extensionem (ut in filis sericis aliisque exemplum est) absolvatur, necessum est: ita ut stillicidio, nervo læso, non verò abscissò, perseverante, accidere id solummodò statuendum rear; quia vas quoddam lymphaticum, unà cum nervo, læsum, unà cum nervo illo in glomum, staminulorum con- & retractione complicari atque ita obturari constiparique non potest: cum itaque nervus, ut nervus i. e. solus læsus nunquam; vas verò lymphaticum solum læsum, stillicidium hoc patiatur semper, non capio, quare nervo, non verò vasi symptoma illud adscribatur imputeturque lymphatico.

Hoc meum, ut autumo, confirmabunt problema, ganglionum; quinimo omnium istius generis glutinoso impletorum liquore, pituitosorum (ut ajunt) tumorum imò; exortus. 2dò; figura. 3tiò; curatio, ex, gr. lupiae (non autem disputaverim, monuerimve, quæ hoc nomine indigitantur ulcera) nodi & quidquid istius extat speciei.

Primò; omnes ex parvulo adaugentur puncto; in initio (non in-

infestati) nullum; tractu verò temporis aliquid doloris, secum trahentes, verisimile est, vasorum eslè protuberantias, quarum quædam, impedito liquoris libero dimittendi fluxu ac potestate (ut in aneurismate ex: est) extenduntur; quædam, contracta parte superiore nihilque dimittentes liquidi, aut ab vicinis compressæ partibus, incrementum capiunt. 2dò; figura ipsis subrotunda est semper: superficies (solummodo autem ubi adoleverint magnumque receperint incrementum viñibilibus extus) tenerrimis ornata vasculis sanguiferis; ipse interim tumor ab staminibus nervorum tendinumque extat, ulla sine eorum læsione, separabilis. 3tiò; curationem triplici agredimur methodo (evaporationis enim, transpirationis, maturationis. i. e. contenti liquidi in pus conversionis futile omne est molimen) nempè, 1. frictione crebra. 2. iectu violento. vel 3. vinculi constrictione, tumorem parti adimendo. De duabus prioribus egit animo manuque constans J o b u s v a n M E E K E R E N cap. 60. luculenter: mihi quoque non curta etsi harum sit experientia; monuerim tamen tantum in transitu tyronem chirurgum: primò; partem ganglione correptam in solidum, i. e. lignum, nec lapidem &c. Sed genu suum molliter vestitum disponat collocetque, ut, quemadmodum oportet, ei injiciat iectum; vidi etenim vi alioquin percussionis exorta, vel verenda pessimaque symptomata non semel. 2dò; curandi hancce methodum, nisi tumore jam nunc modicè aucto, instituat nunquam: fugit enim ceditque in principio ad & inter partes vicinas molioresque adhibiti iectus vim atque efficientiam. 3tiò; echymosi dolorique, mox sequentibus, prospiciat sedulò; injiciendo medicamenta malaëtica, lenientia, minimè verò volatilia. Ultima methodo (filo, nempè, constringendo) ganglionem, eum protuberantem in modum, ut tubere scalpello exempto, vinculum nullius experirer utilitatis, famulo rhedario Hagæcomitis, de carpo seposui quandam. Quod si ganglion, ut veteres, nullam quandoque nervum inter & tendinem, arteriam imò & venam, nominis ratione, statuentes differentiam, arguunt; ipsorum nervorum tubulorum effet morbus horumque læsionem, profluvium contentique sequeretur liquidi stillicidium: concutiendi frangendique

dique, si quis institueret methodum, reverà, ageret imprudenter, utpote quâ necessariò symptoma produceretur violentius moxque indigitatum: cum è contrario fractus ganglionis tumor absque illo evanescat cureturque: hoc verò modo non exceptus, statu, quo prius, maneat, vel (quod ferè semper) augeatur.

Ulterius; si ganglion tendineæ substantiæ sit morbus, nodusve sique tendines nervorum sunt fasciculi, quæ hæc est, quâ tendines abscinduntur, temeritas? (taceo dissectos nervorum posteaque, conservato partis munere, consutos tubulos) quæ tamen operatio, et si persæpè eam molitus fuerim in brutis, voto nunquam satisfecit meo: forsitan ego tubulum cum tubulo compone-re nescivi, quod tamen requiritur, ut liquidum nerveum, ut spiritus isti animales, cædem iterum viâ, officium peragant suum: aut in brutis, ab me perlustratis, liquidum hoc istique spiritus agiliores abscissione ejusque cicatrice repulsi, qui in aliis præsto est, lateralem non invenerunt tramitem; temeritas (inquam) esset &c damnanda maximè: abscisso quippe tendine, sequatur, ex hoc argumento, oportet, stillicidium: contrarium cujus evincit docet-que, cum ratione, experientia: nervi enim tendinesque, lymphaticis læsis, contusis, gangrænâ correptis &c. ut præfens, vel imminens reprimatur stillicidium, abscinduntur: probabile itaque videtur, nomen ganglionis ab nervorum globoso de vertebris exitu comparativè & solummodo esse desumptum.

Etsi igitur Clariss. COCKBURNUS de spiritibus animalibus verba faciat sæpius, me judice, hisce verbis subtilissimum; sed intra sui morantem systematis vasâ, sanguinem, nervorum tendinumque deprimentem, flectentem & ratione extremitatum annexionumque abbreviantem inque actum ducentem stamina, intellectum vult: si aliter, volens, nolens admittat oportet, non demonstrabilem imperceptibilemque spirituum horum substantiam & à poste-riore & nudè assertam operationem, potestatem atque in animantium motum, sine fine, imperium: hoc autem jacto fundamento, omnia mentis ludibria & hujus generis phantasmatâ, succus nerveus, ejus stillicidium & quidquid ad suffragandum huic opportunum vi-debitur figmento, actum factumque erit mox; hoc autem si per-gamus

DE NERVIS.

9

gamus pede , difficultatis impossibilitatisque non video plus , in concedendis nugacissimis veterum assertis , de atomis , qualitatibus occultis , entibus non entibus &c. , quām in hisce spiritibus & novatorum quorundam chimicorum particulis , sine adjectivo , salinis , ut & chimæricis de poris , quos omnium figurarum , mensuræ atque dispositionis , nunc flaccidulos ad continuo recipiendum , vel dimittendum quoddam liquidum ; nunc verò rigidos adeo fortisque fingunt , ut açidi , salis , austерitatis &c. terebris , cuneis &c. ad eos aperiendos transitumque liquido parandum , videatur opus atque hoc solummodo ; ut à posteriore argumentantibus physicis minutilisque hisce Philosophis , suis utendi fruendique poris , tanquam Deo è machina , ad quascunque in œconomia animalis removendas difficultates , integerrima nascatur libertas : me quod attinet , ego facilius honestiusque duco fateri , quædam me latere , hæc quām & similia , sine re verba nugamentaque excogitare tyronibusque plebi-que pro medicinæ & curationis obtrudere fundamento atque stabili-mento . Mutabilibus hisce de formâ & figurâ poris spiritibusque agilioribus mysticisque , juxta eorum inventores , quod de PROTHEO , VIRGILIUS 4to. Georgicor ; aut de VERTUMNO , OVIDIUS , 14. metamorph. renuntiare nobis licebit quoque ; ne autem veritatis studiosorum ingenii oneri videar multiloquio , pluri-bus , ad scopum tamen facientibus meum , ratiocinandi mediis ; ut & de hisce spiritibus supersedeo fabellis.

B

EXERCI-

EXERCITATIO
ANATOMICO-CHIRURGICA
SECUND A;
DE
HYDATIDIBUS.

 YMPHATICORUM, qui, cum ortu, dispositionem vicinisque cum partibus, negotium eorumque cum myriadibus, usum observavit, inficias non ibit, vasa hæc, in magnum Reipublicæ Medicæ commodum, ab celebrandis omni veneratione eorum detectoriibus, memoriae typis tabulisque tradita eleganter abundanterque, ut totum perreptitant corpus (quod, ductu ligato thoracico in genere; lienis omni constricto vasorum apparatu, ante eorum in ejus molem in- et egressum, in specie liquet) ita ubique locorum, tum respectu ipsius machinæ liquorisque in ea contenti, cum illorum offici, ægritudinibus symptomatibusque subjici quam plurimis concedetque multum nos; si non omne id, quod nobis de eorum revera innotescit structura, hujus & superioris seculi debere diligentiae affirmabitque tamen mecum; rerum si fuerit arbiter æquis, de eorum morbis, machinam sive, sive contenta horumque respiciat usum, nondum esse dictum distinctè; exemplo sint de aquosorum (quod ajunt) tumorum, hæc vasa resipientium genere Hydatides & cum iis cæteræ analogæ partium distentiones: harum enim de originatione, progressu contentique liquidi dispositione ejusque ab statu naturali mutatione, ea sententiarum est varietas & confusa doctrina; ut de iis differere utile mihi videatur & necesse maximè.

Vasorum lymphaticorum, perspectam etymologiam historiamque:

anque lectoribus benivolis assertaque (ut pinguedine turgere hydrides & quæ porrò de iis hallucinata est veterum Medico-Chirurgorum schola) jam dudum esse & abundè refutata; ne quod dictum sit prius & satis, dicam iterum, supponens; contendō, Hydatidum multiplex; sed verò distinctu facile, esse genus.

Primum, ex dilatata, inter valvulas, vasis intercapedine; quæ distentio, vase obstruēto superius, pro liquidi contenti majore, vel minore ex glandulis impetu, citò, vel tardè absolvitur.

Distentionem hanc valvulas inter; non autem in earum fieri re-
gione, demonstro ipsius ex vasis dispositione, sive structura: valvu-
larum enim latera hoc vinculo; ne ab seū invicem recedant nimi-
um, eo ornantur loci atque hoc modo, distentioni deest opportu-
nitatis.

Secundo; et si lymphæductus, in genere, ab angusto in augu-
stum tubum propagentur abeantque; multis attamen, inter valvu-
las, locis, varias obtinent, respectu latitudinis, dimensiones ip-
sæque valvulae, varia, respectu longitudinis, dimensione, ab se-
se invicem distant; ut Mercurio, aliove, ipsis infundendo liqui-
do, apparet liquidè; quinimò pondere, aut vi infusionis, quo-
cunque eruperit loco Mercurius, aut aliud ipsis infusum liquidum,
nunquam è regione valvularum vasorum latera franguntur.

Obstrui & quo modo, vase lymphatica, annitor demonstrare
schematibus infra propositis. Primò; loco, quo vasis lymphati-
ci latera, præter ordinem, extenduntur, eo loci excitari quando-
que obstructionem, ipsis patet, tum in vivis, tum demortuis ani-
malibus: digito quippe eo loci, vicinæ partes tumentes, indura-
tæ & ab obstructionis termino hydrides de majoribus in minores
abeentes; exploratu sunt faciles. Illæ fint exemplo, quæ in labiis,
palpebris aliisque tenuioribus, quatuor involucrorum toti corpori
communium, velamentis ornatis partibus, observantur. Hæ ob-
structiones in vasorum si accidunt, mox ab glandulis, egressu, digi-
to explorari non poterunt eruntque parvi momenti: vas etenim
hoc usū jam nunc destitutum, evanescit superius, id est, oculum
fugit &, ut multa vase, informam membranaceæ striæ ligamenti-
ve obliterat, delitescit; si in parte, ab glandulis remotiore, ipsa

cum concreti inspissatique liquidi massâ hydatidumque serie (ut supra) extabunt demonstrabiles.

Secundò; si vulneris, ulcerisve cicatrice, vas hoc intercipiatur obtureturque, aut membranæ, cui inhæret (sunt enim membranæ, quotquot & quo sint loco, singulæ & omnes, tendines) convulsione alibi locorum constringatur, vel ipsum vas ab vicinis hoc, illo loco, cum in modum, comprimatur partibus; ut munere obeundo par non sit, vel parietum coalescentiâ officio destituantur, excitari necessariò vasis interioris partis distentionem formarique hydatides, nemo negaverit Physico-Chirurgus, sequentibus præfertim perlustratis consideratisque demonstrationibus; quarum prior (vide tabulæ primæ, fig: secund:) exhibet ex corpore humano benè constituto, vas lymphaticum Mercurio, expulsâ lymphâ, distentum, literis in qua designantur;

A. GLANDULA, EX QUA VAS MAGNUM ET AB LATERE ERUMPIT MINUS

B.B. LYMPHATICUM; IN MAGNO PROSTANT

C.C. VALVULÆ, VARIA DIMENSIONE, AB SESE INVICEM DISTANTES.

D. MEMBRANA, CUI HÆC INHÆRENT VASA.

Lymphatici hujus vasis pars quædam, ab glandula remota; si comprimatur, obturetur, claudatur, accidit parti compressioni proximæ, primò, deinde & sequentibus, quod schemate tertio exprimitur, malæ destructæque conformatioñis & tandem in hydatiden mutationis infortunium, morbus, symptoma. Hac in fig: 3. proponitur;

A. VASIS LYMPHATICI, AB GLANDULA SEPARATI, INITIUM.

B.C. MEMBRANA, CUI AFFIXUM EST.

D.D. LOCUS, QUO VAS HOC OBTURATUR.

E. VASIS INTERCAPEDO, OBTURATIONI, OBSTRUCTIONE PROXIMA.

F. REMOTA.

G. REMOTIOR.

H. VASIS PARS PRISTINAM OBTINENS, PRÆTER PROPTER, FIGURAM.

Ex hac demonstratione patet, fungente, cum arteriis, glandula suo munere, debere primò; ut punctis notatur, intercapedes prædictas inter valvulas, obturationis termino proximas, deinde & cæteras extendi mutarique vasis, hac parte, longitudinem, principio in ovalem posteaque plus minusve rotundiorem figuram.

Quo autem modo, tractu temporis, hydatidum conficiatur, magnitudine varians acervus & catena pendulæque deciduaeque hydatides fiant. (de quibus infra latius) exhibet fig: 4ta. denotans literis,

A. A. A. A. MEMBRANAM, CUI ADNASCITUR VAS LYMPHATICUM.

B. PARTEM EXTENSAM IN GLOBUM, QUEM SEQUUNTUR INTERCAPEDINUM

C. D. E. F. G. H. MINORES EXTENSIONES, USQUE DUM PRISTINAM SERVARE I. I. CONFORMATIÖNEM VIDEANTUR: VALVULARUM LOCA LINEIS DESIGNANTUR PERPENDICULARIBUS, NOTATIS.

K. K. K. K. K.

Cum autem vasa hæc variam patientur, respectu latitudinis, ut & distantiæ ab se se invicem, valvularum dimensionem, quinimò eorum corpus substantiâ, fabricâ ubique locorum ejusdem non sit firmitatis, duritiei, mollitiei, tensilitatis &c. fit; ut hæ hydatides quoque magnitudine, figurâ, duritie, tensilitate &c. differant.

Secundum hydatidum genus istis nascitur locis glandosis, in quibus arteriæ finem venæque initium statuo, (inspice disput: Physiologico-anatom: meam 4tam.) nutritiaque ab sanguine separatur materia vasaque initium ducunt lymphatica.

Hujus generis ortus progressusque hi videntur. Liquidum in corporis incrementum ab sanguine segregatum in partes, quibus erat destinatum, ægritudine, sive mala dispositione, correptas, non transiens, siue non oppositum, extendit tractu temporis, (arteriâ huic parti propriâ laticem continuo effundente suum vasque recipientibus venosis reducendum sanguinem) ista loca &

quoniam illa circumseptione non carent, formam munusque obtinent glandulæ, extruitur facculus membranaceus tumorque hic, qui non raro multas; primi generis, complectitur hydatides adeoque tandem incrassatur, ut dimidi digiti quandoque superet latitudinem; membranas autem ægritudine accedentium, ut & contentorum liquidorum, correptas, mole augeri semper, verum, quæm quod verissimum est. Huic hydatidum cœtui sanguifera inhærent vasa copiosè, imo & in parte tumoris interiore conspi cienda, quæ in primo genere, ut plurimum, vix deteguntur.

Duorum horum generum tumorum quamvis plurima mihi sint exempla, unum tamen solummodo; sed utrumque comprehen dens genus, referre assertaque mea quoque commonistrare practicè deque curatione, juxta animi mei religionem, operæ-premium credidi, agere apertè;





Monere autem mihi liceat in antecessum, Primò; hasce & similes hydatides non curari, nisi chirurgicè, id est, comprimendo, deligando, extirpando scalpello, forfice, igne: rejicio enim, ni fallor, jure merito de supellecstile instrumentorum, hoc in morbo, acum auream cum ferrea. 2dò; causticis (potentialibus ut vocant) nihil effici tutò; è contrario, digito, quæ explorari possunt hydatides, instrumentis peti posse tractarique cujuscunque sunt magnitudinis, loci, aut figuræ, ullo fine vitæ discrimine auferrique probè. 3tiò; glandosa obsidentes viscera hydatides, puta hepar, lienem &c. curari nunquam. Exemplum mox indigitatum, hoc est.

Anno 1699, octobris 1imo. post iteratas tumoris uniformis, unicoloris, durioris, parvi doloris, magni tamen oneris: erat enī spithamæ dimensionis, ab auris regione usque in posticam superioremque scapulae dextræ extensi partem, inspectiones atque cum celeb: medico VAN LEEUWEN, dexterim. chirurgis VAN EYK & KOEKS, consultationes, abstuli, ROTERODAMI, viro mercatori, JACOBO VAN HELMONT, statura proceriore & robusta, annorum 32. humero ipsi jam ab sex annis impositam sarcinam, hac methodo.

Disseciui, linea, tumoris parte media, perpendiculari, tria genitio-

Tab: 1.

Pag: 15.



raliora corporis, manu mea chirurgique VAN EYK elevata de tumor velamina; verum eo non prodeunte, membranam musculorum, toti systemati universalem perforavi; sed neque & nunc in conspectum afflidente, musculum trapezium, parte qua ab colli vertebrarum spinis descendit, findere non destiti, oblique hoc modo pertusis recedentibusque hisce fibris motricibus versus tendinum alligationes, erumpit mox tumor, qui, dum eum digito liberum ab vicinis fistere molior partibus, ea rumpitur vi, ut ego & adstantes (inter quos quidam Med. studiosi) ejus latice conspergefemur conspurcaremurque fœdè: eo partim expulso, immitto vulneri digitum experiorque intus monstra ali, tumores, nempe, latitare intus varios; comprimo itaque cloacæ ima, profiliunt iliè variae magnitudinis, figuræ & distentionis tumores, quidam solidi, quidam connexi inter se invicem, quidam pellucidi, quidam opaci, ad numerum 36 & plures (abstulerat enim mox clanculum discipulus chirurgus quosdam, quorum octo mihi postea tradidit) hisce sepositis, arripiò, cui infarcti erant separoque de vicinis partibus, multa non sine molestia sanguinisque effusione, sacculum impleoque hiantis magnaque vulneris cavam, carpto gypso consperso prospicioque lateribus labiisque compressulis, ligaturis, verbo, chirurgicè. Perlustrato ter quaterve postea vulneris statu, committo ejus curationem, cum medico, chirurgis, qui eâ diligentia eaque felicitate rem peregere, ut intra quatuor septimanas domo exierit; octavâ autem integerrimè extiterit curatus, fruens in hoc usque momentum, ut hujus anni 1707. 7mo martii mensis, mihi tabellis primò; deinde suâ præsentia significavit gratulabundus, valetudine prosperrima.

Ut autem (lect. beniv.) tibi satisfiat plenissimè, en hujus tumoris delineationem Tabulaeque Prim: fig: primæ explicationem, partem hujus jam nunc de corpore producti tumoris, exhibentem (totum enim depingere saccum, neque omnes in eo latitantes tumores, necessum reor) turbido partim partimque limpido, multis suo latici liberè innatantes, aut parietibus affixos, comprehendentem tumores hydatides.

A. PARS MEMBRANÆ HYDATIDIS, IN FORMAM
SACCI, EXTENSÆ.

B.B.B. SACCOLI CRASSITIES.

C.D.E. LAMELLÆ, EX QUIBUS CONFLATUS ERAT, SE-
PARATU FACILLIMÆ, QUARUM INTERIORES
TENUISSIMÆ AËRI EXPOSITÆ, DIMIDI
DIEI SPATIO, PELLUCIDÆ APPAREBANT.

F. FLACCIDA MEMBRANA.

G. VASA SANGUIFERA PER SACCULUM DISPER-
SA.

H.I.K.K.K. HYDATIDES IPSI AFFIXÆ SACCULO, QUA-
RUM PRIOR, EX PARTE PENDULA CONSPI-
CIEBANTUR.

Sequentibus literis designantur Hydatides, de sacculo, unâ
cum ejus latice, è vulnere propulsæ.

L.L. EARUM QUÆDAM MAJOR ET MINOR, IN QUIBUS
MINUTISSIMA.

M.M. VASA SANGUIFERA ET AVULSIONES AB SACCO
MEMBRANACEO, CONSPICIEBANTUR.

N.O. PELLUCIDÆ ET VITRI INSTAR
SPLENDENTES,

P.P.Q. OBLONGÆ,
R. RUPTÆ,

S.T.T.T. VARIÆ, MINORES,

} HYDATIDES.

Concatenatæ hydatides pondere moleque minores, aut motu
non agitatæ violentiore sacculo prædicto, aut parti, in qua ex-
citantur, manent affixæ;





Si verò, tractu temporis, pondus & moles ingravescat, aut
motu agitenter violentiore, prædictum in sacculum, aut partes
inter vicinas, ratione majoris, aut minoris contiguitatis, molli-
tiae &c. cedentes, loca quærunt fiuntque eruntque suntque hyda-
tides plus, minusve pendulæ. (1)


Quod si pondus, moles & violentior motus ingravescat ulterius,
decidunt in prædictum sacculum, aut partes inter vicinas, quibus
recedere facta est opportunitas atque hoc casu unâ, aut multæ
sunt; sed sine sacculo & liquore cui innatent, hydatides deciduae. (2)

Quod

Pag: 16

Tab: 1.





Quod si excitentur in partibus, cavitate donatis, quibus quædam de corpore eliminanda extant, de corpore rejiciuntur. (3) eruntque nuncupandæ rejiciendæ, videlicet, virtute machinæ corporis, aut medice; raro chirurgice.

Trium harum specierum recitaturus exempla, non possum in anteceßum non narrare, quid AMSTELÆDAMI, simili cum HELMONTII tumore acciderit:

Similem cum, forte fortuna, ante aliquot annos, aperuisset tumorem AMSTELÆDAMI, medicaster quidam VALENTYN, persuasit ægræ, ex incantatione malum hoc traxisse originem; credulum mox spargitur in vulgum fabulæ rumor impostorque lucripeta, famæ quoque inhians, pendulas deciduasque hasce hydatides ei pro ovis obtrudit, eâ quidem impudentiâ & animi firmitate; ut, non ægra, ut non vulgus tantùm; sed & non inferioris subsellii cives (taceo quosdam medicastros lipposque aliosque imperitos; sed muneribus aliâs spectabiles viros) de tramite rationis prudentiæ & pie-tatis seducerentur figmentoque fidem adhiberent ipseque ego (fores enim ipsius populi nocte dieque rerum novarum cupidi obsidebat agmen) intrarumpere vix potuerim posteaque fuerim expertus, eorum multos in hoc usque momentum, credulitatis hujus, ne dixerim fidei, servare reliquias & stigmata.

Hæc refero, ut tyrones medico chirurgi, dum actu quid opus sit, simul & discant resistere præjudiciis, fallaciis impostoribusque, quorum turba medicinam chirurgiamque, pro viribus suis lacesse, deprimere, perdere desistet nunquam.

Primò; in membranis quæ nascuntur hydatides, vesiculas ex-struunt depressas, vel fiunt pendulae tardius, aut citius, magno, aut parvo pedunculo, pro minore, vel majore succi lymphatici in eas impetu, aut minore, vel majore teneritudine, vel densitate ipsius, cui affiguntur, membranae. Hujus exemplum, ut minora & ab aliis recitata, taceam, vidi ante aliquot annos AMSTELÆ-DAMI, cum famigeratiss: Medic. EGB. VEEN, in cadavere uxoris sutoris; una quæ hydatis pendula (nilla quippe alia ei erat infarcta) ovario alligata dextro, libras capiebat liquidi non fœtentis; sed turbiduli XL. ea cum ventris distensione inferioris, ut

imprægnatam jurasses & non sine verisimilitudine, quoniam ante trium liberorum extiterat mater annosque ultra 37. non numerasset.

Pendulas hasce hydatides variis in corpore locis; imo & in placentis quandoque detegi uterinis, exemplo doceo & imagine sequenti.

Tab: secundæ explicatio.

A. PLACENTÆ UTERINÆ, UNA CUM SEX MENSIVM, VITA DESTITUTO, MASCULO ABORTU, DE UTERO MULIERIS XXXVII. ANNOR. EXPULSÆ, PARS MAGNA, IN QUA OBSERVANTUR;

A. HYDATIDES PENDULÆ MAJORES.

B. } MINORES.
C.C. } FLACCIDÆ.
D.D. } FRACTÆ.

E.E. VASA SANGUIFERA.

F. HYDATIDES ET

G. MEMBRANÆ COMPLICATÆ..

H. PARS QUÆDAM, INSTAR CARNIS GLANDOSÆ, COMPACTA..

I.I. RACEMUS MINIMARUM, OPACARUM ET DURIORUM.
HYDATIDUM..

Huic observationi non imparem videat leet. beniv. quoque apud alios, quibus hæ hydatides, placentæ glandulæ minutissimæ videntur, cum probatu sit facile, eas lymphaticorum systemati suam debere originem:


Secundo; deciduas hydatides, formicarum ovis simillimas, in hepate, multo, variis locis, pure turgente, atque hoc modò locum ipsis in eo latice cedente, quatuor ante annos, auditoribus meis demonstravi in nosocomio.

Tertio; rejiciendarum hydatidum (prædictæ classis speciem) acervos in naso, stomacho, intestinis, utero, vesica &c. locis excretioni cuidam aptis natis, detexi multoties, quarum cum vobis exemplum ex clariss. quondam hujus urbis medici Gossone com-



Pag: 19.

Tab: 3.



communicatione, sequenti delineatione, communico.

Refert hæc rejiciendas, vel si malueris, dejectas jam nunc per anum, hydatides, quæ in corpore fractæ quandoque cum intermixtis membranis gluten album albumenque exprimunt ovorum multasque expelluntur ad libras; ut in hoc casu factum fuit.

Tabulæ tertiae explicatio.

- A. A. HYDATIDES REJICIENDÆ, MOLE MAJORES, OPACE.
- B. MINORES, PELLUCIDÆ.
- C. ROTUNDÆ, SPLENDENTES.
- D. QUAEDAM, QUARUM PELLICULÆ AB SESE INVICEM RECEDUNT.
- F. --- VARIÆ FIGURÆ.
- F. COMPLICATAE.

Quærat quispiam, non immeritò, quid obſtet, quo minusteræ hydatides tumoresques decidui non frangantur succumque inter & in alias partes non effundant suum, multo vicinarum partium motu & allisione agitati semper?

Respondeo: Primò; hydatidum membranas, morbo correptas, nempè, densiores fieri tensilioresque atque contentum in iis liquidum, purum, putum diu posse resistere motui, mutationi putredini atque proinde non frangi semper.

zdò; fieri & accidere illud sæpius, medicis, vel chirurgis id non observantibus indeque varios latices (respectu commiscendorum, cum hocce vicinarum partium liquorum) forma sub varia varioque sub; sed non vero nomine, nunc medicè, nunc chirurgicè, nunc & vittute organorum, que occupant, de corpore eliminati.

De hydatidum porrò figura nemini non costabit, eam; vide-licet, ut plurimum esse rotundam, vel sphæricam; sed verò ratione ipsius vasis lymphatici inter valvulas varia dimensione (vide

pag: 12. lin: 5. 6. 7. 8.) quandoque & debere extare variam, verum globosam, ex parte, semper.

Est & aliud hydatidum (tertium) genus, cognitu apprimè dignum, labiis internè scorbuticorum familiaris morbus: invadit illa ex albo, nempè, livida, sine dolore, quantocvys flaccescens, albescens ulcerisque formam fingens induensque, depresso tuberculum, quod, ni memoranda mox exceperis methodo, cum labiis genas cumque hisce ossa gangrænâ, sphacelo, carie corrumpit & non raro homini vitam adimit.

Este principium hujus mali partemque primò affectam, loci in quo nutritionis negotium absolvitur, lymphaticorum vasorum, cum levi eorum eminentia, ex hisce liquet phænomenis.

Primò; priusquam, hoc tuberculum, vel ejus generis quædam apparent, turget languido somnolentoque homini in genere facies, in specie labium, victum respuenti alvumque non deponenti, torpens artus omnique totique deest corpori vigor..

zdò; tuberculūm hoc nunquam in pustulæ formam, rubedine conspersam, sequenti quod in classe plus, minusve pro corporum dispositione, observatur, assurgit; sed ab apparitionis tempore brevi flaccescens, intra biduum ulcusculi impuri, in fundo albescens, cum labiis duris, obtinet faciem. Fundo pertuso liquidi aliquid; sanguinis verò; nisi profundius ei intruseris scalpellum, emittitur nihil..

Si unquam, jam nunc res-agitur magna, chirurgo pertractanda; sed confessim; quod si etenim moras necitaverit, peragenda procrastinaverit, egerit imprudenter: totam itaque hanc; imo & vicinas pertundat, convulneret partes, usque dum sanguinis puri, puti insignior defluat copia, crebris scalPELLi iictibus (scarificationibus dicunt) fricitque *utrioli cyprini solutione* repetatque hunc actum bis, vel ter ea die agatque, reiectu totius corporis, remediiis volatilibus medicè: crudescente jam nunc parte affecta, injiciat ei

ebelio

chelidonii succi saccharati, vel ejus nominis *mel*, largam portionem genisque maxillæque inferiori saepissimè iterandum ex herbis seminibusque fragrantibus &c. fotum; caveat autem sibi, ne hoc temporis morbi que statu *spiritu utatur vini*; ejus enim inspersione ulcusculi, vel apertæ hydatidis, cum fundo, margines indurantur: abstineat quoque *murrha*, *aloë*, &c.

Hac servavi methodo, Deo adjutore! Nobiliss. Juvenem annorum tum temporis vix quinque, hoc jam tempore, nostro in Athenæo Themidem venerantem, in quo hic morbus derepentè, id est, duorum dierum spatio, ab aciculæ capitis magnitudinis tuberculo, ad digitii latitudinis circulum inferiore in labio exspatiatum divagatumque vidimus..

Curavi hoc modo, haud ita pridem, AMSTELÆDAMI, postquam 6to, aut 7mo: ab morbi initio die, eum deseruerat, ut mortis candidatum, chirurgus, puerum 8. annor: Judæum: curavi, inquam; sed non sine finitri totius ossis propriè dicti, maxillæ superioris ablatione, quod in rei exemplum possideo; sed non iterdem eo in statu morbi, fœtentibus, nempe, squalentibusque partibus mollioribus ossèque nigricante, sine spir. & vin: ung: fuisci Felic. Wurtzii iterata cœberrimaque inspersione. Quod mirabere (leet: beniv:) tota quanta, tanto, quæ juveni jam nunc de vulnere relicta, vix hujus appositi circuli circumferentiaæ, parva cum faciei deformitate, cicatrix est:



Majoris momenti poterit videri tertium; quod sequitur, exemplum; primarios hac in curatione AMSTELÆDAMENSSES medico chirurgos eo tempore habui consultores adjutoresque habeoque & hoc tempore rei gestæ testes.

Filius sartoris annos agens circiter novem, AMSTELÆDAMI hoc morbo adeo corripiebatur violenter: ut 4to, aut quinto die, livido fœtentique ex ulcusculo, totum ferè inferius vitâ extaret destitutum labium. Præstabam, quod potis eram, medicamen-

tis incisionibusque leviusculis (scarificationibus) sed sine fruge. Hoc in casu dubio; si unquam, chirurgico ausu (absit jactantia) forfice partes resecui correptas atque cicatrice, mediis vulgaribus, obdux i facile. Inter curandum autem observabam, deficiente labio, parte maxima, salivâ madere conspurcarique pueri pectus de die in diem foedius; ita ut bracteâ tandem capsulâ, mento appensâ, eam recipere adigeretur osque ipsi ringens, nobilioris in artis dedecus, ab me factum videretur; ut non sine indignatione operationis meæ censores & postictum cum piscatore sapientes nomothetæ quidam medici & chirurgi increpitabant: hoc, etsi stomacho vitæ stadio illo valebam; concoquere tamen non valebam: aliud propterea quid aggrediebar audebamque, cultello, nempè, myrtiformi, quod in mento labii reliquum erat, ab conhaerentiis resolvi unaque cum angulis superioris labii futurâ intercepi confirmavique solidè: en tragœdiae felicem catastropham liberavi enim puerum memoratis ab molestiis eò quoque usque, ut applaudendo criticis meis extaret exemplo.

In castris hoc grassari morbi genus vehementer, autumnali præfertim tempore, regionibus sub jove frigidiore, prætermittendum hic non videtur, ut & prædicto pede curari ritè.

Hisce enarratis perceptu concessuque faciliora erunt mea cogitata rationesque, quare hunc morbum, genus speciemve dixerim hydatidum sphacelumque iis alium aliterque constituerim, quam cæteris corporis partibus; Ut rem extra omnem dubitationis collocem aleam, audi (lector: beniv:) multa, quæ doceant propositi veritatem ulterius: unicuique parti corporis, pro sua dispositione, esse specificos morbos, in confessio apud omnes est: ex: gr: arteria, vena, nervus &c. ex morbo an laboret? phænomena indigitant specifica, nulli alteri parti tribuenda. Sic in hoc morbo quæcunque apparent, nutritii lymphaticorumque spectitant, cum partis vesiculari elevatione, ut supra & ex ipsa jam liquet curatione, organum.

Moriuntur autem, hoc morbo affectae partes citius, alio quam quidem aliæ sphacelo corripiendæ; qui partes hæ in antecessum, stagnante liquido nutritio partim in organo secretionis partimque in lymphaticis (sanguinis proinde quoque munere distitutis vasis) jam nunc intus ad mortem, ad sphacelum sunt dispositæ proximè; cum in alias partes, puta carnem, vasa sanguifera, glandulas &c. prævia non fine & in partibus vicinis perseverante inflammatione, sphacelus agat eique vitalis mobiliorque resistat latex sanguineus: esse & sphacelum, ratione dispositionis partium, varium, in nervorum cætu patet distinctè: nervus quippe inferiùs, pone in manu, sphacelo exceptus, separatur, vicinis conservatis partibus, usque quandoque in ipsam axillam; hic verò arteriaque venaque &c. conservabuntur sphacelo in totum corrupto musculo eis adhærente quam proximè.

Ut autem in hoc morbi genere nutritionis lymphaticorumque cum contentis organum & vasa destituuntur munere sanguifera illaque cum iis perduntur; ita in sequenti genere lymphatica per sanguifera pessundantur.

Sed vide (lect: beniv:) hunc affectum ne cum ulcere virulento, corrosivo, arrodente, neque cum ulcere in genere, quod Græci *φλεγμόνα* dixerunt, confundas: omnia enim illa ulcera alia principia, alios progressus, alia phænomena aliamque obtinent curationem, de quibus singulatim dicere unius dissertationis nec pagellæ est; ne autem de verbis lis & in verbis versari hæc videatur doctrina; concedo facile, lymphatica in hoc morbo, cum organo secretionis succi nutritii, sphacelo vexari sui generis i. e. ab omni sphacelo disinguendo & hac dicendi nuncupandique methodo posse renuntiari, hunc morbum esse lymphaticorum & nutritionis organi sphacelum: esto, modò phænomena descripta curatio sequatur præscripta, juxta rationem, semper, sufficiat. Quare autem hunc lymphaticorum affectum ad hydatidum quoddam retulerim genus, monui supra repetoque verbo; quia in eo mox ab initio vas lymphaticum organumque secretionis succi nutritii turgent. Ubi

Ubi arteriae & venae, latice nutritio in partes detruso, lymphaticorum radices, paululum ab earum glandoso de organo (supra descripto) progessum, extus implicant, intricant, obambulant, adeo ut munere suo debitè fungi nequeant, nascitur tumor hydatico-faromaticus, id est, in quo sanguiferis luxuriantibus, lymphatica opprimuntur citissimè eorumque limpidus latex parum, in initio, postea verò nihil augetur: extus itaque farcomatis ex livido rubentis, intus verò hydatidis, laticem retinentis primum, præbet faciem.

Hoc tumorum genus, labiis genisque frequens, vulgo cancrum; sed malè, vocant; cancer quippe glandularum conglomeratarum, non verò lymphaticorum morbus est.

Horum tumorum, memoriae mandanda plurima suppeditavit exempla, praxis mihi mea chirurgica; præprimis in viro pubblicano, Annorum 26. aut 27., cui inferius labium hisce tumoribus, usque adeo intumescebat, claudi, ut nullo potuit modo, horrendo adspectu nudi prostarent dentes salivaque de ore, cum dolore fluitaret acerbiore continuò. Multis incassum ab aliis adhibitis remediis, mihi tandem, de vita jam quasi desperans, curationem committit, quam scalpelli forficisque ope auspicor; quam autem operationem; nisi post integræ horæ intervallum multasqne ægri vociferationes, absolvō. Horum tuberculorum, variæ magnitudinis, quædam racematim cohaerentia (semina cancri vocant) una vice, quædam verò singulatim, ad insignem númerum, multa sectione atque incisione aufero: omnium maximus tumor, dimensionem nucis avellanae non excedebat; multitudine, non autem magnitudine conspicui extant. Hæmorrhagiam restringo spongiis, gypso auxiliantisque juvenis digito, carpto obvolute, vulnerata vasa comprimentis. Peracto negotio omniq[ue] singulo-que deposito tuberculo, vulneribus lacerationibusque prospicio, chirurgicè. Sequenti die, apparatu amoto, pendulum video & quasi sine motu & vita labium; videt sentitque illud & æger, heu! quibus me, impatiens iræ dixerim, an furoris, non lacerat scindit-

scinditque dicteris scommatibusque! ut me criminatur! inficiæ crudelitatis &c. contumeliosè. Sed expédio rem: curatur; notissimis ex melle spirituque vini remediis labiumque spleniis machinisque ex charta, ligno, linteo, corio, pro re nata, confectis suffultum, corrugatur; ita ut, quod patulum invitus nuper, jam nunc, si velit, occlusum habeat os.

Non possum satis mirari, Clariss: SOLINGIUM, virum mihi amicitiâ quondam conjunctum, cap: 36. Operat: Chirurg: dictatusse, forficem, hac in operatione nullius, acum verò multi esse usus hæmorrhagiamque cauterio extare deprimentam actuali. Crediderim ipsi, veteres, hac in parte, imò & nominis hujus morbi respectu, sequenti, veram non innotuisse hujus tumoris dispositionem, nec extirpationis methodum, ab qua tamen tota & omnis dependet rei exitus; videlicet, labium pollice & digito indice ad ejus extima ora firmissimè arrepto, invertendum extrorsum & nunquam, nisi re peracta plenè, dimittendum; quinimò quemcunque avulseris tumorem, eum auferendum per alium, cui & sanguinis repressio, ut supra, commendanda. Si æger lassatus tuque digitos remittere cogeris, fac genas intus interim labiumque detergas, perlustres explor esque, an tumoris quid, quod omiseris, transieris, reperiatur & pergas eodem, quo incepisti, modo. Post curationem labium illud tenue cum superiore (& sic vice versa, in superiore si sit) quoniam mole differt, interius solummodo conjungitur clauditurque, eminente atque propendente labiorum altero.

Hisce anatomicè perlustratis tumoribus, eorum, ut supra innui, detexi dispositionem, fabricam, texturam; esse, nempè, hydrides sui generis, habentes, cum tumore *moro*, commune nihil: quod mox tumoribus dissecatis ad oculum patet: liquidi in *moro* intus enim nihil, hisce verò in tumoribus pellicula intus duriore obvelatis liquidi purioris, vel post longum temporis intervallum, tenacioris multum; puris tamen, ut hoc obiter moneam, formam induens, nunquam.

Ne postremò vobis (Tyrones medico-chirurgi: quibusdam et enim imposuerunt) similitudine cum prædicto aliisque imponant morbis, qui pessima ex consuetudine, irâ, aut furore, ab dentium compressione in labia, exstruuntur tumores, hæc vobis animadvertenda.

Primò; hosce tumores livescere, dolere, extuberare post actum mox; sed 2dò; pallescere, non dolere, flaccescere itidem mox curarique brevi, adhibitis, ztiò (dentibus carpo obvolutis, ne de novo inter se collidantur eundemque comprimant locum) *spiritu vini tepida diluto*, parti affectæ ipsique labio exterius *defens: Vigor:* quod si avulsi quid vix labio cohæreat, forfice auferendum illicò vulnerique primò; *aq: litharg;* deinde *mel inspergendum rosaceum.*

Quamvis (lector: beniv:) hac exercitatione de generali specificaque Hydrope tumoribusque symptomatibusque chyli lymphæque organa porrò spectantibus; dicendi nata mihi proba factaque vi deatur opportunitas, subsisto (affinitate etenim non ficta, cum hisce & alia conjuncta incedunt tumorum genera, longum quorum dimetiri syrma, non negligam imposterum) ne ab scopo, mihi hoc temporis momento proposito, avertar, quam opportet, longius.

EXERCITATIO
ANATOMICO-CHIRURGICA
TERTIA;
DE
PHLYCTÆNA.

 Nō eodemque nomine diversissimos aliquando indigiti morbos eosque singulos cum definitione nequaquam convenire, insigne, præ cæteris, in phlyctæna exemplum est.

In cruribus brachiisque oculisque uno nomine venit morbus, Phlyctæna; neutrum tamen eorum, definitioni huic, aut illi, ab auctoribus in hoc usque momentum traditæ in genere, aut specie respondere, patebit ex sequentibus liquidò.

Ipsi autem voci ejusque propriæ significationi non inhærentes (sive etenim illa ab ebulliendo, vel bullas excitando, Φλύζειν, deducta sit merità, vel non, ad rem faciet parum) submittamus examini morbi descriptionem; qui utriusque partis, nunc inflationis vacuæ, nunc vesicæ liquore subflavo, vel limpido lucidoque impletæ, modo pustulæ & mox hydatidis formâ, describitur; harum autem descriptionum nullam morbi phlyctænæ exhibere vim, multò minus indolem, colligere est ex utriusque morbi cum illa comparatione, ex qua constabit, Phlyctænam artuum esse, ab ea oculorum, diversissimam.

Primò; Phlyctæna artuum formâ pellucidarum vesicularum liquore nunc subflavo, nunc albido, magnâ copiâ, plurimis locis, citò, cum pruritu erumpens, cuticulam elevat; non pertusa, aut exsiccata mox facile scabiei, exedentis ulcusculi, herpetif-

ve, squamosæ, furfuraceæ &c. characterem exprimit.

2dò; Phlyctæna verò, oculi membranas anteriores, non autem cutim occupans, nunquam in vesicæ formam, id est, cum pellicula assurgens, intus non excavatur liquidique continet nihil, unà, lentò, sine pruritu & semper rubra erumpens, nicutetur, ulceris, ne indurati, vel exsiccati quidem unquam; panni verò quandoque induit characterem; ita ut cum Phlyctæna artuum epinyctides, efferae &c. cum ea oculorum panni initium, rario papula &c. similitudinis aliquid, essentiae verò nihil habere, ex earum descriptione constet probeturque nominibus nil fidendum, neque; ut ab multis assertum habemus, ex gracis titulis morbis inscriptis, morborum indolem posse percipi. Opportet ergo huic, aut illi diversissimorum prædictorum morborum aliis inscribatur titulus, ne sub improposito nomine, huic, qua illi est adhibenda, adhibeat medicatio; quod saltem tyronibus, vel ad titulum morbi, absente ægro, medico-chirurgis accidere facile potest; si quoque hæc & illa Phlyctæna eadem idemque esset morbus, unum & idem sufficeret remediorum genus.

Priusquam autem de curatione verba nobis sint; perlustremus (lect: beniv:) partes, quæ primariò, secundùm auctores, in hoc & illo prædicto morbo afficiuntur: unus venas, lymphæductus eorumque extravasatum liquidum, glandulas oculorum serosumque earum excrementum; membranas alter, bilem-salsam, pituitam, retentum menstruosum sanguinem, fermentum acre & salinum & quæ porrò istius farinæ plura passim inveniuntur, inculcat atque increpitat.

Ut modò diversas horum morborum apparentias, ita jam nunc ostendere conabor, diversa planè in iis primariò affici organa: in artuum, nempè, Phlyctæna cutaneas glandulas papillariaque cutis corpora, in ea verò oculorum, solummodò arteriam.

Ad prim: in artuum, crurum, manuum pedumque, sic dicta Phlyctæna elevatur, variis cum tuberculis vesiculosis, cuticula, quâ ablatâ detersoque liquore, asperitates eminentiæque, plus, minusve, pro glandularum, aut papillarum majore, aut minore affectione, duræ, aut flaccidæ conspicuntur, eodem fermè aspectu,

spectu, ac si cuti vesicatorium, vel leve aliud quoddam esset impositum causticum. Mador hic raro ultra quartum, aut quintum diem stillitare continuat, quibus pars affecta consolidatur denuo, vel in scabiosum degenerat ulcus, cum circum jacentium partium induratione, inflammatione, excoriatione &c. non raro, in veterascentibus hisce ulceribus, cutaneo tegmini foeda, erumpit, circumvolutis induratisque hic & illuc ulcerum labiis, excrescentias imò hoc ex morbo homines vitam trahere languidam, contabescre, continua vexari febre, vigiliis aliisque quandoque symptomatis lethiferis, ipsa me saepius docuit res.

Cutaneum hunc morbum foeminas, non mares; artus, non vero alias infestare partes, fabula est: in dorso etenim, pectore aliisque locis eum detexi multoties; quare autem plus in artuum extremis, quam aliis partibus inveniatur, crediderim ab eo loci pruritum scalpendi radendique prompto facilique accessu plus, quam ab alia causa dependere eoque magis; quoniam, ut plurimum, in iis quibus noverca fortuna viictum negat & amictum, reperiatur accedenteque porro corporis immunditate, socordia, pediculis &c. cutim infestantibus, morbi vis adaugeatur haecque incommoda morbi quoque causa existant; quoque (inquam) quia ejus variae statui possunt causae & originationes; ut sunt ex: gr: sudoris transpirationisque impeditione, cutanearum glandularum, vel papillarium corporum mala dispositio, abundans & malè dispositum eorum liquidum, vulnus non ritè consolidatum, cuticula mole auctior, indurata debitò tensilior &c.

Ad secund: Arteriam in oculi Phlyctena solummodo; sive primario peccare, sequentibus rationibus, confirmari, confido.

Primò; rubescensem, sine pellicula, hanc expullulationem in tunicam adnatam, corneamve ab vena originem trahere, rationi demonstrationique est contrarium: vena quippe sanguinem ab membranarum superficie intro vehit; fracta, nullum, nisi eo loci, tum temporis detentum, emitit sanguinem; ipsius quoque vene pars non est; quoniam pellicula caret & hoc sensu, potius variis extaret species; insuper, sanguis; si esset, qui expullulat, venosus, non iōbro-floridi, ut ab initio ad finem est; sed fusi exta-

ret coloris; itidem de momento in momentum non augeretur (sanguis enim in venis non retrograditur) quod in Phlyctæna semper ita obtinet; ut tandem panni, vel & excrescentiaæ tuberosæ efformet speciem.

2dō; non esse de lymphaticorum tuberculorum genere, docet ejus materia, originatio &c. & ipsorum vasorum lymphaticorum cum fabrica, usus.

3tiō; ex nervis male constitutis ortum Phlyctænam ducere, nemo anatomico-chirurgus suspicatus est unquam.

4tō; esse membranarum affectum easque corpore primariò pccare, probatu est impossibile; quoniam, non nisi jam nunc expululante in ipsis Phlyctæna, patiuntur; quinimò, ab ipsis illam separari, sine laceratione sui corporis elevarique posse atque ab membranis sanguinem non emitti, propriè loquendo, compertum est satis.

5tō; neque oculi glandulis hoc posse imputari vitium, vel ex eo patet; quod loco ab ipsis remoto maximè, oriatur.

6tō; tubulos aquoso-lacrymales corpore non laedi, neque hoc malum membranis injicere, probatione egere non videtur: quod enim emittunt liquidum non sanguis; sed verò limpidus latex est.&c.

Restat igitur (cum omnia illa organa, primariò, in causa non sint) probem, arteriam efficientem causam & esse, quod in hoc morbo peccat organum ejusque vitio postea infestari alias partes: posset enim quoque arteria (ut prædicta organa) extare inculpanda & hoc vitium, hæc Phlyctæna, ab exteriore quodam oculo accidente infortunio, materia &c. ortum ducere; sed, obstantibus phænomenis, non credo hanc difficultatem operosius esse diluendam: extraneum enim nihil, sua valet virtute, membranis oculorum sanguinem (ex quo tamen & soluimmodò fit oculi Phlyctæna) injicere deque momento in momentum, uti in hoc morbo fit, cumulo augere.

Censeo itaque Phlyctænam (qui morbus apud medicos vulgo oculi, non verò cutis est vitium) esse extremitatis arteriæ dehiscientiam ab fibi opposita venarum radice, cum apertura in membranarum cornæ adnatæque superficie, unde ipso temporis sui fieri puncto,

puncto, si balbida, mox verò, potius simul (nam vix admittitur temporis interstitium) rubra existit manetque; Quare autem liquidissimus iste sanguis de arteria oculoque mox itidem non distilit et defluatque, rogare defines (lect: beniv:) ubi tibi in mentem incidit; primò; esse ab initio vix visibile illud punctum, inter tunicarum filamenta detineri, frigore externo inspissari moxque concrescere; sed verò, tum temporis, digito carptove posse ex parte abstergi: vividum itidem effusum sanguinem, partibus cohaerentem; nullo autem velamine cinctum, mox non defluere, corripi, putrefacere, ex sarcomatum, ulcerum hypersarcoticorum multis speciebus demonstratu perquam est facile. Propullulantes luxuriantesque corpore arterias tumoribus inseri, cum iis plexiformi commisceri ritu cumque ipsis capere, praeter ordinem œconomiae animalis, incrementum ex citatis; sed verò maximè patet nasi polypis.

Oculi Phlyctæna, pro inflammationis initio haberi non potest: in illa enim arteriæ propagatio una, vel multa obstruitur, in hac aperitur.

Ultimò; cum ex interiore membranacearum lamellarum adnatæ, vel corneæ parte, peccans hæc quandoque arteria, sive phlyctæna assurgat, de vario Phlyctænarum colore, multus, sed inutilis sermo est (sequitur enim illa illuminationis omnium corporum regulam) rubet plus, minusve pro collocatione, mole &c. omnibus itaque hisce nominibus differentiisque, quæ ab colore petuntur, supersedeo: priusquam enim arteriolæ supra memoratæ extremitas in oculi anteriorem membranam eruperit, cum apertura, superficiem egeritque (ut supra) Phlyctænam non constituit; inter lamellas verò exteriorum tunicarum oculi non Phlyctænam; sed suæ speciei hypopyonem generari, excitari, docebo data opportunitate, luculenter.

Quæ igitur in membranæ corneæ, vel adnatæ superficie protuberant venæ, varicum sunt species; quæ vesiculæ liquore impletæ limpido, aut ex albo-turbidulo, hydatides, aut lacrymalium valvorum distensiones, quæ exaltationes liveſcentes unà cum membranarum prædictarum parte, intra eorum lamellas oriuntur, hypopyonum

pyonum initia: ita ut praxi chirurgica hæc constent infallibiliter; videlicet, conspici sine albescente sua dispositione materia Leucoma, sine pelluciditate Vesiculam, vel Hydatidem; sine rubidine Phlyctænam nunquam.

De morbis hisce eorumque definitione, differentia, ortu, progressu, apparitione tantum.

Utriusque postremò exhibituro curationem, liceat mihi primò descriptum morbum (cui alium & specificum inscribendi titulum, unicuique relinquo potestatem: sufficit enim jam nunc demonstravisse eundem illum, cum ejus nominis oculi morbo, non esse) ut Pseudo-scabiem tractitare; in cutaneo autem hoc symptomate, sive succi nutritii lymphæque, hoc loco, supra modum abundantis, profluvio, gradus ut sunt; ita plus, minusve de scabiei titulo & essentia obtinet: profluviū enim modò quod erat ad cuticulam, si continuetur, fractā cuticulā, ulcus excitabit; hoc, pruritu & liquorū horum mala dispositione, acredine &c. accedente, scabiei requisita & sic porrò.

Cutanea Phlyctæna curatur initio: mox enim adeat dolor, observata medicatione; si opus sit, interna diætāque ex malacticorum lenientiumque genere; topicis, anodynis desiccantibusque mediis. Ut sunt: *vinum dilutum, solutiones opii, ung: alb: capkar: ung: diaphom: aq: litharg: aq: plantag: cum sacc: Sarturn: & liq: tart: musciliag: sem: Psyll: portulac: addito* (quo tertio, quartove demum die opus est) *flor: croc: cum tepida expressorum liquamine ʒij. ad ʒij.* in genere abstinentum ab emplastris largaque unguentorum inspersione. Si vesiculæ indurentur, pertusione excipientur crebra iterataque; acu autem id fiat aurea, vel è chalybe, aut minuculo scalpello idem est; sed parti medicamentis exornatae, mox injicienda est ligatura eaque non laxa.

In ulcus si abierit, ulceris methodo tractanda, in qua sulphurata, mercuriata, nunc mixta, nunc seorsim, vel alternis vicibus usurpata, raro non profunt.

In scabiei specimen conversa, ut hæc solet, curetur.

Præservari ab hoc malo si corpora possint, fiet illud (diætā constitutā) multa cutis frictione, ablutione in balneis, sudoris expulsione, modico exercitio.

In

In oculi Phlyctenæ curatione, paucis exceptis, ut desiccatione & ligaturâ, quæ tamen alia est: aliud enim desiccari debet liquido-concretum aliterque laxè nempè applicanda ligatura, omnia è contrario fiant opportet.

Primò; mox ab initio abstinentiam ab omni pertusione: saniem enim (ut quidem autumant) non continet; sed verò compressâ, quæ defluit materia, ipsissimi laticis sanguinei est.

2dò; ab mediis sanguinis motum accelerantibus;

3tò; ab remediis, quæ cum oleis, adipe, axungia &c. miscentur;

4tò; melle & felle cujuscunque sit animalis;

5tò; liquidis collyriis &c. acrioribus, utpote in vicinas partes, et si penicillo inspergantur, defluentibus easque plus infestantibus, quam ad requisitam curationem ducentibus.

6tò; de maturatione, sive suppuratione non est (lect: beniv:) quod somnies: latex quippe hic mox concretus in pus degenerat nunquam, ideo maturantia cataplasmata, fotys &c. de hoc remediorum coetu removenda extant: lunæ enim radiis non maturescit botrys, nisi ubi mula pepererit.

Pustula (in oculo) Vesicula, Macula, Phlyctena, quibusdam eadem res est eademque recipit ab ipsis remedia; sed extra rationis normam: trajicere enim arteriam, pro vesicula, quis non horreat, Phlyctenam arteriarum extremitatem apertam demonstravi; perperam itaque illa pertunditur acu, perperam itidem Phlyctena arterium acu non pertunditur: vesica quippe cutanea est.

Remedia in curationem adhibenda (emplastra enim adhibenda nemo statuit) sunt; quæ, quantum est possibile, sine, aut saltem levissima cura incrustatione exsiccant: *gummi arabicum*, *gypsum*,

E. *sorco-*

sarcocolla, *cerussa*; sed verò omni arte in pulv: *impalpab.* redact: hæc enim propullulationi huic adhærentia, eam exficcant, depriment, cicatrice obducunt. Ut si velis hisce cum quodam liquido, immisceantur *albumini ovorum cum alumine conquisato*: de detersione non moneo; quoniam abstergi minas, quæm desiccari deprimique debet; inde est, quod ab *vitriolatis* in initio cavendum sit; ubi autem morbi statu mutatur, mutantur & remedia; ita Phlyctæna inveterata, malè medicata, extuberans in formam *panni*, aut *sarcomatis* &c. alio modo, quæm recenter nata, excipitur; statuendo tamen, escarotica vix unquam usui venire. Quod si vicinæ partes doleant ex inveterata, multave mole aucta, Phlyctæna, instituitur ac præscribitur, quæ in inflammatione, partium distensione; excoriatione &c. medicationis formula extus intusque. Phlyctænam hanc, ni ritè consolidetur, facile recidivam pati, exemplo didici & periculo meo; esse junioribus, ut & mero delere curas nimium amantibus æstivoque tempore, ut plurimum, oboriens symptoma sanguinisque iis missione conducere, pro comperto habeo. Quæ contra hunc morbum in præsidium vocari posse videntur, observato methodico vitæ regimine, sunt oculorum matutinæ vespertinæque tepidâ ablutiones ab frictione abstinentia, corporis animique quies, quæ inter curandum, uti in omni infortunio, non levioris est adminiculi & solaminis.

E X E R C I T A T I O
ANATOMICO-CHIRURGICA
Q U A R T A;
A D T I T U L U M,
D E
EXTRANEIS è VULNE-
R E EXIMENDIS.

RECPTISSIMIS ex vetustissimæ pariter pariterque
nobilitissimæ medicinæ titulis, venerati illum; EXI-
MENDA SUNT è VULNERE EXTRANEA, in
hoc usque momentum, cum omnis soleat Medico-
chirurgus; multa autem prudentique cum attentione eum obser-
vandum, opiner; mea ad eum commentaria animadversionesque
tecum (lect: Beniv:) communicare, frugis duxi alicujus: pericu-
losum enim est, huic titulo, dogmati, legi Chirurgices obtempe-
rare & non obtemperare. Ut hoc meum propositum exequar pro-
bè, utriusque exempla proponam varia; sed verò unum primò
quod nuperrimè mihi accidit tibique pro multis erit & memoriâ
non omnino indignum.

Jan Hendrik Minne/ Lugd: Bat: annorum xxxv. nauta epi-
 bata, in nave præsidiaria, cui nomen, *Civitas ultrajectensis* præ-
 ratque strenuiss: DEKKER, A°. MDCXC. Julii xmo. recepit in
 prælio navalí, quod ad promontorium *La Hogue*, Gallos inter &
 Fœderatos accidit, ab explosione tormenti, in sinistri brachii par-

tem superiorem, glandem, prope cubitum leviusculum, in pectoris ea parte (sinistra, videlicet & laterali) ab dissilientibus nave schidiis assulisque, duo vulnera majora; cum autem una eademque illa explosione plures vulnerarentur, judicarunt mox Chirurgi & compertum habuerunt, hostes tormento non globum ferreum tantum modò; sed & saccum glandulis plumbeis frustulisque abjicendarum ferrearum rerum impletum (vocant Belgæ schrot) intrusisse: hic noster hoīo, glande, ipso flagrante certamine, de brachii schidiisque de pectoris vulneribus extractis sepositisque, postridie ad nosocomium, quod in portu, sive statione vulgo Duyngt in maritimæ gentis commodum exstructum erat, cum aliis vulneratis, nave ducitur vectoria: consolidatis, intra mensem, vulneribus, LONDINUM abit; sed ab incurabilis NEPTUNO dicatus: viderat enim jam dudum eōas occiduaisque plagas, SCOTIS sese mox militari obstringit sacramento. Jactatus æquore toto per aliquot annos, revenit, tandem ad suos. A°. MDCXCIX. incipit conqueri de lumborum dolore apparentiae circa ilea tumor, qui apertus, ichorosi puris emittens laticem, insigni cum inflammatione cutisque induratione in ulcus convertitur fistulosum, cuius de orificio, nunc hiante, nunc carne luxuriante impleto, aliquando liquidi quid, aliquando vel nihil distillitat. Multos expertus; sed sine levamine, Medicos, Chirurgos eorumque amurcam, agyrtas aliptaque, dum incurvari sibi lumbos, attenuari atrocissimeque noctes atque dies, cruciari corpus sentit, impatiens molestiarum adit Clarsiss: meum Collegam DEKKERS, qui re explorata, eum mihi designat inspiciendum: noverat enim me, in auditorum meorum Reique publicæ Chirurgices commodum, pauperibus opitulari statutisque horis artis docere & demonstrare encheiresin.

Auditā ex ægro enarratā superius historiā, video inter ossis ilii marginem lumborumque ultimæ vertebræ processum lateralem, parte corporis sinistra, oblongum, fistulosum, cum luxuriante carne labiisque lividis, ulcus cutimque, cum alboescentibus vesiculis, inflammataū maximè; sentio circumiacentes partes induratās, interius corpus quoddam durissimum, os quod suspicor, carie cor
reptum



FIG: EXPLIC:

A. FERRI EXTREMITAS, ULCERIS FISTULOSI ORIFICO
PROXIMA, ALIQUANTULUM INCURVATA ET ASPERA.
B. EXTREMITAS ALTERA.

Ex figura videtur hoc ferrum esse fragmentum machine, quam Belg: vocant: een dubbeld windpuzer.

reptum & ab toto divisum. Injicio aperturæ spongiæ, cum cera coctæ interque lamellas ferreas expressæ, penicilla, turundas quanta capiat: procedens hac methodo, in largiorem labiorum ulceris dehiscentiam, corripitur quinto die æger febre, admittens, queribundus de dolore, vix ulteriorum disquisitionem, aut medicationem; invito autem reluctantique fit bene. Per novem dies, multo molimine, non sine ejus moroso murmure (invehitur enim hoc hominum genus facile in Medico-chirurgos) propullulantem de ulcere carnem reprimere annitor; immitto, prius cerulâ styloque ferreo rimate tentatoque fundo, ulcerosæ cavitati digitum conorque volsellâ, quod jam nunc è fusco atrum in conspeetum venit corpus proque osse habeo, ex ea depromere: sed incassum: adhaerens namque hic & alibi locorum sanguinisque emittens aliquid, dilato forifice, ad pollicis latitudinem, ulceris circumscriptionem differoque in sequentem diem conamen ulterius; quo, undecimo, videlicet, anno, ab in pectore inficto vulnere, mihi volsellâ masculâ, non carie infectum os; sed frustum ferri trium pollicum longitudinis uniusque latitudinis, extremitate utraque asperum, de ulcere, non sine adstantium demiratione ægrique acclamatione, eximere datur. Intrudo leniter excavatae parti indicem exploratum, intus an quid restitet extranei? verum nihil perfentisco; impleo itaque eam, quantum possum & decet, carpto ornoque, per quatuor dies, plagam intus *ol: hypericon: ung: digestiv: calido, extus empl: defens: Vigan: ung: alb: caphurat: conspergo labia solut: vitriol: cyprin: consolido* (Deo adjutore!) intra 16. dies obducoque eam cicatrice firmissima & proba.

Priusquam ad propositum explicandum me accingam titulum dictiōnisque lemma; operæ pretium reor investigare; Primò; quâ viâ ferrum hoc, pectori huic homini, ab latere, intrusum, illisum, usque in tergorum ima (2dò;) ullo fine dolore (3tiò;) notabili sine cutis eminentia (4tò;) vicinarum sine partium actionumque earum laesione, ad spithame & diuidice longitudinis, descendere (5tò;) imo loco per decem ferè annos (6tò;) sine symptomate commorari potuerit (7mò;) levi tantum modò ferrugine conspersum?

spersum? ad illistrandas tollendasque hasce difficultates quæstionesque, respondeo;

Prim: ferrum, ab latere, pectori illisum, musculum inter latissimum dorsi, qui facilè ab communi membranaceo, corporis quanto velamine generaliore dehiscit, aditum sibi fecisse ad dorsi ima: liberrimè enim cum moveri debeat hic musculus, fibris instructus est longioribus, multiplicibus atque ab sese invicem dissitis; quoniam itidem ilea ullo sine osse (respectu laterum) prostant, receudentes partes non pupugit, neque (z dò;) dolorem excitavit, durissimos inter maritimosque labores, cutimve (3tiò;) notabili elevavit eminentia, obstante quoque imi trunci laxa densaque plicabili que ipsius cutis mole; adde, ad latera ossis sacri ejusque cum ilei ossis margine, triangularem conventum & conjunctionem, multum collocari pinguedinis: ferrum itaque (5tò;) diu hoc loco absconditum, vicinarum partium functiones non læsit symptomataque (6tò;) non produxit, usque dum asperitate ejus extremitatum circum jacentes partes frictæ, agitatæ, læsæ tandemque succum emittentes suum, tumor postea & ulcerus fuerit productum: quamobrem ferrum (7mò;) levi tantummodo ferragine; non verò nigredine fuerit conspersum, demonstrando perquam est facile: succus quippe purus, qui & nutritius alluit circumluitque ferrum, multa ornatum pinguedine, ex ferri metallo, non nisi levem, longam morā, contraxit conspersitque in ferri superficiem, subrubram ferruginem, quæ vix contacta abrasaque ferri splendorem exhibit conspicendiā integrissimè; ita ut hic succus, pinguedinis liquidum & ferrum, affecto loco pro balsamo exitere diu: in ferro etenim ego acidi corrosivi nihil, acidum verò temperantis, destruentis, sive, ut mentem meam voce exprimam recepta, alcalini agnosco multum; rupto autem tumore intusque, cum medicamentis ei exhibitis, ruente aëre, superior ferri extremitas paululum nigescere incepit.

Huc usque hoc de casu, de universali Medico-chirurgico dogma mate tituloque:

EXTRANEA È VULNERE EXIMENDA,

diciturus, quæ sequuntur notanda observandaque videntur:

Primò; an illud ad curationem necessarium sit semper?

Secundò; mox, an post aliquod temporis intervallum?

Tertiò; quibus mediis, instrumentis &c.?

Quartò; fieri id si nequeat absolute, quid, secundum artem, tali in casu, viro Medico-chirurgo, salva ut, sarta tectaque cum arte ipsius sit fama, præstandum extet?

Regero ad primam questionem: imoverò; constans oportet hæc lex sit æternū: ni enim extranea, secundum artem, è vulneribus eximantur; omnis & quæcumque vulneris agglutinatio, consolidatio, curatio, non nisi palliativā (quod ajunt) renuntianda est; posse autem, multa sine molestia, extranea in corpore, consolidatis extus; imò & intus vulneribus, ad vitæ finem gestari, latere, exemplis confirmatum habemus innumeris; sed heus! *lector benivole*, intellige extranea per se partes non laedentia & cavitatibus, puta pectori, axillis &c. locisque laxè cohærentibus minusque movendis, immissa. Hoc quod in Nobiliss: cohortis equitum vexillifero HEEMSKERK, glandem plumbeam in pectoris cavitate; JOANNE GÖLTZ, ductore ordinum, ensis mucronem in inguine gestante variisque ex aliorum observationibus, compertum habui dudum.

Vigeat hæc oportet lex; *extranea è vulnere eximenda*; verum exerceatur decet (*respondeo ad secundam*) aliquando *mox*, aliquando *post temporis intervallum*: *mox*, si extranea commodè arripi & ab partibus corporis liberari possint, retrocedere videantur, dolores excitent ingentes, hæmorrhagia non sit magna &c.

Post temporis intervallum; si contraria hisce eveniant, aut fluxus sanguinis

sanguinis sit ingentior; vulnus dilatari debeat, aut instrumenta (quod eheu! quām sāpē accidat, ego novi) in promptu non sint. Primum hujus articuli propositum comprobavit JOHANNES LENIER, Nobilis, tertii ordinis dux exercitus Anglicani; hic concussione acierum prima, prope *Steenkerken*, glandem inter quartam quintamque recipit costam; sed verò membranam pleuram non perforantem; tertio quod die, regio ex mandato, inspiciens vulnus, specillo digitoque (BRUXELLAS enim jam deceptus erat) habui exploratum: hærentem mox constrictumque inter costarum margines glandem eximendam pronuntio, urgeo, jubeo; sed frustra, negante id Chirurgo atque affirmante, non glandem, verum costæ fragmentum sentiri glandemque resiliuisse, non verò latitare in vulnere. Habetur homini fides! debilitatur interea, de hora in horam, æger, aggravescitibus symptomatibus, dolore, difficultate respirandi, siti, vigiliis non absque deliriis, febre, live-scentibus, cum vulnere, labiis facieque tota; postero die accedo cum Regis Chirurgo iterum videoque convulsionibus agitari corpus, expeto inspectionem vulneris; verum ni abiisset, male me excepisset inverecundus dibaphus.

Paucis; æger non dulce; sed decorum belli colligens fructum, pro patria, ut imperatorem decet, moritur.

Perlastrari jubet Sereniss: Rex cadaver; elucescat ut rei veritas; ad actum autem priusquam accedo; ecce, juvenis, defuncto heröi ab cubiculo, in foetenti & sphacelo correpto ulcere, nigredine conspersam digito demonstrat glandem; videlicet, remissis jana nunc contractis quondam convulsionibus costis, glans exterius prominebat. Accerso Chirurgum, ipse ut incitiae; ne quid pejus dixerim, in se constitutus, cum infamia, poenam. Agit rem, agnoscit culpam brevique munere privatus, castra relinquit,abit, fugit. en (lect: beniv:) negle&tæ legis, EXTRANEA È VULNERE EXIMENDA, lugendum exemplum: si enim glans mox, commode quod potuit, è vulnere fuisset exenta, viveret homo, aut certè lethum sine crimine haberet.

Priusquam secundum hujus articuli propositum , experientia confirmem ; post temporis , nempè , intervallum opportere aliquando extranea è vulnero eximere : noverit studiosos & tyro Chirurgus : pessimo ausu multos Chirurgos (potius lippos alterius cuti non timentes) vulnera quasi explorare , nunc digitum , nunc ferrum iis ruditer & vi injiciendo , illa aperiundo , &c. cum è contrario exquisitè inspici leniterque tractari , quæcunque quoque loco sint , in initio debeant ; ne haemorrhagia , dolor &c. excitentur : si quis autem tales objurgaverit , iis obstiterit eorumque impeditiverit carnificium , in promptu proverbium est . Zachte meesters maaken stinkende wonden : quasi verò inficitia & crudelitas Chirurgie fideles extarent comites & delicatula , non itidem audax & prudens posset esse manus : hoc enim , quo vivimus seculo , ægri omnes non sunt urendi , secandi .

Cadens in terram vir mercator Amstelædamensis , adultæ etatis robustissimique corporis & in pollicis musculum abductorem vulneris recipiens minusculum , me Chirurgum secundo die appellat , queritans intolerando de dolore ; sanguinis autem parum cum emitat nihilque extranei cereâ , neque stylo ferro sentiam , balzamo peruviano calescente exorno vulnera totamque *empl: defens: Vigon:* manum : post aliquot horas vocor iterum , cerno hominem tremebundum , dolore percitum ad ravim ; pollice tumente horrenter ; tendinem læsum non dubito . Inspicio exquisitè vulnera denuo . Exploro cerulâ interiorâ , experior duum quod intus latitare , quod depressis labiis , vitri frustulum videtur & esse , auriculari dígito sentio tandemque video : ceciderat enim (ut postea ipso ex loco , multis vitri fragmentis consperso , patuit) in vitri frustula : arripió statim volsellulâ extraneum , legi Chirurgicæ satisfacturus ; sed dum id molior , deficit homo robustissimus animo ; gelido autem refectus latice , repeto ego conatum , ille animi defectum idque toties , quoties vitrum tango eaque vi ; ut convulsionibus agitatus planè cadat in terram . Scalpellum producens , vulnera ampliarus , uxor ejus & qui porrò advolarent amici , hoc impediunt tentamen inque sequentem diem differi jubent . Injicio manui *cataplasma* sequens ;

R. fol. bismalv. m. ij. violar. m. j. sambuc. m. f. inoid. coq. in latte
dulci; exprim. contund. adde mic. pan. alb. q. s. pro cataplas.
& sub. fin. vitell. ovi n^o. i. croc. Britt. 3. l.

febre jam nunc correpto sitibundoque, præscribo amygdalatum
tenue. Postero diem ulti manè accedens, quod fore prædicteram,
exerior, dolore, nempè, virum torqueri miserrimè; imò, præ
anxietate, sudore madere frigido.

Nec jam vulneris dilatationem, neque vitri extractionem con-
cedentibus amicis, cogor peragenda procrastinare, usque dum ab
digitorum extremis in brachium, cum tumore, inflammatio gân-
grænam minatur; tertio itaque die, ampliato vulnere, extraho de
illo frustulum vitri, adjunctæ figuræ: in vitri frustulo
animadverti velim, priùs; apicem superiorem potuisse
sentiri; angulum verò eminentiamve ad latus non, quæ
ut & basis ipsa, in causa fuit, quo minus extrahi potuerit,
luxuriante & circumeunte mox vitrum carne spuria. Sedatur do-
lor & curatur brevi vulnus, non tamen sine actionis musculi læ-
sione;

Sed, ubi mihi sermo de differenda procrastinandaque, secun-
dum artem & ob causas supra memoratas, extraneorum exemptione
est, intelligi velim, me hæc docere, non impedientibus id
amicis, &c. sed ipsa re. Ita in conflictu *Landavensi*, fracti ha-
stilis festuca, auricularis digitæ longitudinis, straminis latitudinis,
apice acuto, oculo pedestri sclopetario intrusa, secundum artem
mox, neque & diu postea, eximi potuit: hærebat namque imæ in-
fixa, per adnatam, scleroideæ, cum totius interioris oculi supe-
lectilis destructione, retractâ dolores excitans infensissimos;
abscissam itaque ad tunicae vulnerisque limbum, eam gestitavit, do-
nec tandem, multo cum pure, præruptis membranis, expellere-
tur eximereturque.

*Ad tertiam questionem; quibus exemptioni fieri debeat mediis, instru-
mentis &c. cautæ &, pro viribus meis, appositè mentem detectu-*

rus meam; duo in anteceßum monenda habeo: *Primum*; bella hodierno tempore aliis cum gerantur modis, armis, inventionibus, machinis &c., de extrahendis extraneis, putaglandibus ferreis, plumbeis læsionibusque ab in corpora intrusis, ope pulveris nitratii, lapillis, festucis, vestibus, arena &c. aliam nunc, quam olim esse rationem agendi que normam; quæ verò nunc, ut quondam, corpori casu & infortunio intruduntur extranea, nunc, ut olim esse excipienda atque eximenda. *Secundum*; me omnem *de vi urgente attractiva medicamentorum* fabulam omnemque spernere & ridere incantationem (magiam dicunt, vel exorcismum) quibus creditur extranea posse de vulneribus eximi: exulent itaque ex Republica Medico-chirurgica, hoc respectu, *adeps talpa*, *pinguedo leporina*, *fola* sive in usum vocetur, sive cum *dictamno*, *ranis combustis*, *mumiâ crurum*, *magnete*, vel aliis misceatur medicamentis. Respuat incantationum ludibria faciatque ista Fabulino Lalloque sacra, cui fana, vel in corpore ægrotante, frui contingat mente: nam

Stultum consilium non modò effectu caret;

Sed ad perniciem quoque mortales devocat.

absit autem hoc dixerim de Chirurgis: atro enim hoc carbone castrensi, præprimis, lixabundam agyrtarum facem denotata in yolo: multos enim hac eorum nequitia abeuntis illuc quo priores abierunt, dolui eoque magis hæc moneo, quoniam amurca hæc circumforaneorum, apud castrum caupones in pretio, postquam aliquandiu sanguisuga, miserorum militum sudore & sanguine vicitavit, non raro doctis peritisque præfertur Medico-chirurgis inque tentoria papilionesque repit præfectorum ducumque, lautè ab iis excipitur, *verbosis acquirentes sibi famam stropis*, usque dum creduli ægri, pessimo ex eventu, didicerint, *caput sese non dubitavisse credere hominibus*, quibus notis, ne calceandos quidem commisissent pedes.

Exemptio extraneorum fit mediis, vel instrumentis:

Sub voce (*mediis*) intelligo comprehendendoque omne illud, quod contribuit facitque aliquid (præter instrumenta ad ipsam exemptionem necessaria) ad exemptionem ritè celebrandam: si enim cum pure, sanguine, ichore, &c. extranea de vulneribus ulceribusque rejiciantur, eximi ex iis non dicuntur: media itaque hæc erunt, vulnerum amplificationes, dilatationes, quæ spongiis in cera coctis, medullâ sambuci exsiccata, penicillis, turundis &c. vel secando, scindendo, vel labia expandendo, deprimendo, &c. vel partis vulneri oppositæ pertusione, quod in extraneis eximendis, harpagonibus munitis, frequens est artificium, fiunt institutus turque.

Instrumenta quibus extranea de vulneribus eximenda veniunt, sunt *communia aliis* quoque operationibus notaque satis ex: gr: syphon, styli gummi, vel cerâ obliniti, vectes, volsellæ, forcipes, forcipes, rostrâ corvina, gruina, hamuli, terebræ mares, fœmine, veldelitescentes, aut sunt *aliis operationibus non communia* &, pro re peragenda, excogitanda, fabricanda: hinc statuo Mechanicam ab Chirurgica inseparabilem; manum autem omnium arreptioni aptorum instrumentorum osque syphonum esse typum & exemplum..

Ipsa de dilatatione, præsertim quæ incidendo fit, multa habeo monenda; *paucis etenim temeritas est bono, multis malo;*

.Primò; quantum res ferat, parcatur vasorum sanguiferorum nervorumque ramis majoribus; ut & ligamentis tendinibusque usus ut servetur partium symptomataque vitentur graviora.

2dò; fiat secundum ductum ordinemque fibrarum (cutim enim hac in re non multum moror) musculorum, sola quod docet Anatomica.

3tiò; sit liberior potius, quam parcior: parvæ quippe dilatationes, ut plurimum, majoribus, prudenter institutis, effectu minores, curatu difficiliores comperiuntur.

4tò; quod si extraneum, instituta dilatatione, eximi nequeat, ex:gr: si glans dentibus, priusquam sclopeto injiceretur, aspera facta, partibus firmiter inhærescat, &c. vulnus carpo, vel spongiâ impleatur injicianturque ei

5tò; ligaturæ, pulvilli, lichinia laxè; ne, nempè, extraneum, eximi quod debet, deprimatur.

6tò; repeterè non licet incisionis actum; nisi sanguinis represso fluxu (si adfuerit major) & phænomenis, ob quæ instituta prima hæc fuit operatio, permanentibus.

Ipsa de methodo eximendi extranea de vulneribus, in genere, hæc dixerim tyronesque docuerim.

Primò; fint instrumenta ad normam fabricata, in antecessum experta, omnia, quæ vel forsitan usui venire, possent, simul ad manum.

2dò; arripiatur extraneum eximendum firmiter.

3tò; moveatur in omnem partem, priusquam extrahatur.

4tò; extrahatur lentè, adhibitis ad plagæ orificium & locum extraneum continentem manus non trahentis, digitis; ut quid intus agatur, percipiatur proque re nata conamen exemptionis in hanc, aut illam partem, cum instrumento & eximendo extraneo, flectatur.

Ad hoc autem thema hancque ad doctrinam confido facere maximè, ultimam hanc etiam monitionem; eam esse videlicet, in extrahendis eximendisque ossium fragmentis ab extraneis, differentiam; ut, quod in uno vitandum, in altero casu observandum existat strictè. id est, si perioftio, perichondriove duntaxat paululum adhæreat; ne moveri quidem ossis cartilaginifve debeat fragmentum; si vero perioftio, perichondriove extraneum aliquid adhæreat;

reat, omni esse studio & arte, removendum: ossium enim fragmenta non raro & facilè; extranea verò partibus, in totius ustum, nunquam applicantur cùmque iis uniuntur.

Ad quartam diluendam quæstionem:

Exemptio fieri si nequent absolutè, quid secundum artem, tali in casu, viro Medico-chirурgo, salva ut, sarta teletaque cum arte ipsius sit fama, præstandum extet.

Unum sufficit responsum; de impossibilibus vana est disputatione. Interdum, enim, docta plus valet arte malum; Simili autem in casu ego famigeratissimos cogo in consilium viros Medico-chirurgos: plus enim vident oculi, quam oculus; si artis antistites mecum judicarint confirmarintque exemptionis extranei, secundum artem, nullam affulgere spem, euro primò, ulceris luxurians caro quotidie deprimatur, ichor & quod fluit, aut ulceri inhæret, de ulcere liquidum deponatur, pars cui extraneum inhæret, ab dolore liberetur, fasciā muniatur; quod si viderim tractu temporis ipsum consolidari ulcus, vel ejus desiccari superficiem, observo, an postea partes circumiacentes, tumescant, inflamentur, vel non; si prium, injicio iis emplastra, fatus, cataplasma, vocant maturantia &c. ut rumpantur, vi laticis æstuantis interius extraneaque propellantur foras; si secundum, confirmo cicatricem descantibus emplastris, plumbeâ lamellâ pulvillisque ligaturisque; non negligo autem quandoque ægros interrogare, an, praeter pondus injecti extranei, partes amissum experiantur naturalem motum tracto-que saepius partes oppositas, experiundi gratiâ, anne huc, aut illic extraneum descendat exitumque quærat? quod si ægrum languidam observem trahere viram, prospicio intus œconomiae animalis inserviatur medicamentis, præscribendis pro parte prius affecta. id est, cum vulnere extraneo pectori, abdomini, lumbis &c. illiso, quæcunque horum visceribus lesis in genere & specie, sive per contactum, sive symptomaticè patientur, in solamen adhiberi debent, adhibeo indefinenter: moneo tandem ægrum ne quis-

quis vagabundus alyptes, me sine conscientia, aliquid experientur, molliatur, tentet; sed si novum oboriatur phænomenon, intumescencia, inflammatio, febris &c.; me ejus mox faciat conscientiam. Hac methodo, functus officio munereque meo prudenter, sperno facioque flocci omnem malevolorum scolorumque strepitum & calumnias.

Cum perro nuper ab me vir Medico-chirurgus quæsiverit; alicet corpori partes, è quibus extranea eximi non possunt, in totius conservationem, adimere? & quissimum duxi, hisce adjicere quid ei responderim. Post alia: quid ni? quæ enim agitur quæstio, de decurtandis, extirpandis, amputandis, artubus, cruribus, brachiis, vel aliis corporis partibus exterioribus est; sed quid ni ego tecum aperius? & locus conjectura sit, credo te de extirpanda quadam manu, grandinibus plumbeis pessime excepta, sollicitum; age, effare; si minimus & celari hominis posse crimen forsitan autumes, tace; ego interrea dicam, quod res est; Si (quod ex curiosis tantum hausi) grandines carpum metacarpumque lacerarint insolubiliterque eum in modum cartilaginibus, tendidinibus ossibusque inhæreant; eximi ut de iis non possint, dolor agrum continuò infestet, cum factore digitorum imingescere brachiumque inferius intumescere incipient; quid moraris hominem servare, quem; si inutilem studueris servare manum, perdidderis certò; Tempori itaque rem, moneo, ne committas: nosti ob haemorrhagiam non sistendam, lasa, extractione rudi glandis minoris, carpi arteria, manum compressulis, ligaturis, cauſtis, dilatationibus, incisionibus &c. cruciatam, donec in eam rueret sphacelus, viro milii in nasocomio caſtreñi BRUXELLENSI: ob deformitatem, pollicem pedis HAGÆ COMITUM, hortulani famulo Nobiliss: quondam magni syndici, C. FAGEL: ob festucam, ex unguis dextri indicis regione non erucendam, hunc ab me, secundum artis regulas meritèque esse, ut mox memoratas partes, corpori ademptum. Quæ te monet ratio, quominus hoc in casu, idem hoc non auderas? quæ tibi eximendi grandines cum nitrato pulvere (si forsitan inde omne malum) conservandique manum blanditur spes! &c. &c.

Vides (lect: beniv:) quid simili in casu præstitum volo, urgeo.

De vulnerum, ulcerumve, hoc respectu, curatione, omnium Medicationum fine, quædam commemorare, æquum nemo non judicet. Exemptis extraneis, convenire videntur detergentia, puta *ung:* quod Chirurgi *mixtum* vocant, videlicet, *ung: basil: ʒj.* & *Præcipit: Rubr: ʒj.* & similia; verum; ut cogitata mea aperiam candidè: *utilius, enim, homini nihil est, quam rectè loqui,* omnis medicamentorum supellex, *extraneis exemptis,* brevi momento ferè nullius pretii est: intus etenim omnia, balsamico succi nutritii accedente coagulo, in pristinum reducuntur œconomiæ statum; ut demonstravi superius: quæres, post ossium fragmenta exempta, aliter sese quandoque habet: restitat enim persæpè ulcus cavernosum, hypersarcoticum, vel fistula curatu difficillima; exemptis verò extraneis, osse non læso, cavitates, margines oraque solutio-*nis, mox contrahuntur, uniuntur eumque cicatrice obducuntur in modum;* ut de exsiccando ulcere, vel consuendis ejus labiis similibusque artificiis, nemo peritus Medico-chirurgus fiet sollicitus.

Hæc de Extraneis è vulnera eximendis; de extraneis autem, ma- la fide, vulneribus intrusis, hisce subjicere volui exemplum; ut juniores Medici Chirurgique, moniti, discant sibi cavere molestumque non ducere, manus partibus affectis adhibere auxiliatrices; ne decepti, impostoribus populoque ludibrio sint risuque postea.

Vir, spectatissimo J. S. quondam urbi A M S T E L A E D A M I con-suli, artium studiorumque ac antiquitatum fautori, ab negotiis, in suræ medio tumorem cum dolore animadvertis, Chirurgum advocat, hic eum pertundit; qui pure, intra paucos dies, exhausto, in ulcus convertitur, multo quod hebdomadum intervallo non consolidatur. Doctiss: Consul, indole cautus, dixerim, an suspiciosus, alium accersere jubet Chirurgum, P. A. V. qui ulcere perlustrato, ipso in unguento, pulvillo insperso, Nob: Consuli ægroque frustulum vitri demonstrat ullaque sine mutatione, ulceri eundem apparatum injicit. Vocatur alter (liceat mihi lect. beniv:

nomen: fatis enim cessit homo; non verò facinus tacere) accedit, solvit apparatus, quem præstigiatoris adinstar tollit, removet; sed Argus alter mox emplastrum desiderat, expedit tandemque eo potitur exhibetque expallescenti homini vitri frustulum accusatque eum improbitatis; ille autem factum negat criminaturque pharmocopœum, quasi ille vitri pulverem mercurio præcipitato admisisset; multis porro inventaque facilibus usus effugiis, ē consilio nocens & quāvis poenâ dignus, omnem tamen evasit poenam improbus ægerque brevi extitit curatus. Rectè de talibus sagax ille mythologus PHÆDRUS;

Qui sē committit homini tutandum improbo,

Auxilia, dum requirit, exitium invenit;

verum ab prudentibus flagrante in scelere ubi deprehenduntur, quadrat in eos, ejusdem liberti dictum;

Consilia qui dant prava cautis hominibus,

Et perdunt operam & deridentur turpiter.

hoc exemplo, cum prædicto auctore, aliud nihil quæro, quam corrigetur error; ut mortalium acuatque se diligens Medico-chirurgorum industria.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
QUINTA;
DE
AMULETIS.

LECTURO S:

Facturus verba DE AMULETIS; de re & ritu in
sacris & profanis, ab omni hominum memoria,
recepto monumentisque prodiit multiplicibus; ab
viris ingenio præstantibus atque eruditione claris,
honorificè & sèpenumero citandis, non semel agitato; mul-
tis nominibus intricato, inexplicabili dixerim, an imper-
ceptibili; ipse cum Deus, Angeli eorumque Ordines, De-
astri, Diabolus, Dæmones, Spiritus, Astra, Portenta,
Mysteria, Miracula, Ænigmata &c. ad amuletorum com-
probandos effectus, in scenam produci soleant: hac de re,
inquam, verba facturus & non publici saporis: vulgus enim
hominum superstitiones adamat sectaturque, impossibile vi-
detur; ut in multorum non incurram reprehensionem èoque
magis; quoniam decantata repetere, non enodanda solve-
re & quasi supra excellentissimos viros velle sapere ipsis vide-
bor; antiquorum Veterumque præterea in transitu, è con-
silio verò nostri temporis in Rempublicam-Medicam errores,
præjudicia, superstitiones & cum sceleribus imperitiam, stul-

titiam, verbo, idololatriam perstringere non vereor ultraque vulgum sapere studeo; ad tres autem priores harum insimulationum articulos, regero; absit, ut mihi, tenuitatis curtæque eruditionis meæ perconscio, nova, inaudita virisque sagacioribus incognita, aut explicatu difficultia, in publicum protrudendi imperitent præsumptio, arrogantia, superbia; de quarta & ultima verùm consideratione, meticulosis, quæ forsan possent remoram injicere, confiteor me, totis animi viribus, ultra profanum ac indocile sapere vulgum nugasque erroresque facinoraque hominum fuisse silentio suppressurum; nisi, pro viribus, quoque illa corrigere melioraque docere in animo habuisssem; quia autem mihi aquam pistillo tundere ac veluti cum ratione insanire videntur, ineptam qui student ab præjudiciis liberare, mores ejus emollire tandemque erudire plebem; de re tamen, urgente munere & officio meo, utili planè, sermones serere, negligere nolui; sed ne eodem ego claudicem pede, velim (LECT: BENIV:) hasce qualescunque lineolas, non iu gratiam vulgi, cuius favorem non aveo, furorem non paveo, exaratas credas; non sanè, ita me boni ament! verùm illas Medicinæ, Auditoribus meis studiosis ipsique Veritati sacras & inscriptas, agnoscas. Si insuper (teste enim FLACCO optimus ille est, qui minimis urgetur vitiis) ego ab præjudicii superstitionisque pessimo vitio fatuorumque quorundam, respectu artis Medices, dogmatum sarcina, ingenuos liberare tyrones ipsaque in veritate, jam nunc concepta, doctos confirmare studeo viros, non videbor, sana utenti bus mente, munere, aut tempore abuti meo. Impellor, adstringor ad hanc exornandam dictionis materiam maximè: experior namque animi imbecillitates & præjudicia ab quibusdam foveri nobilissimæque perceptionis lumina & rudi-

menta

menta obfuscari, destrui; quinimò scelera, seculo hocce gravi, quo premimur, eum crescere, regnare Reiquepublicæ Medicæ insultare, in modum; ut; nisi qui salvam eam velint, quantocytus mecum ei opitulaturi currant, eos mecum eam sublatam postea; sed frustra quæsituros affirmaverim facilè: ipso etenim, quo hæc conscribo, momento, fida instruor relatione, hominem hac in urbe, methodo, sympatheticis erronibus adhucdum non usitata, Medicinam facere; videlicet, ægros in antecessum adstringere, promittant, interposito jurejurando, fese, quæ ab ipso peraguntur, nulli mortalium revelaturos unquam; deinde medicamenti ipsis præbere nihil; instrumentis vero ægritudines omnes curandas statuere specimenque (ipse ut ait) dedisse luculentum; sed de isto, aut huic similibus Medicinæ maculis, plura inferius.

Si itaque virtutis sit, domare, quæ cuncti pavent; ego virtutem experiar meam monstraque præjudicium, superstitionem & imposturam, Medicam foedantia, lacerantia, pessundantia domare, saltē refrænare conabor: non enim ego ferreus adeo & omnia æqua ferens mente sum; ut finam lues hasce impunè in auditorum meorum ruere animos; si verò eas ex Republica Medica, in totum profligare nequeam; potero tamen eas ab doctrinæ meæ limitibus arcere semper; verum enim vero, quoniam medicationis curationisque genera & methodi varia & plura describuntur exercitationisque hujus formula lectori mox oportet innoscet dilucidè, dicam, quo ordine eam conceperim pertractandam:

PRÆLIBATÀ primò; brevissimè, ANTIQUORUM
AMULETORUM HISTORIÀ exhibitisque EORUM
RAUCIS EXEMPLIS, agam

2dò; DE CURATIONE MORBORUM DIVINA, SACRA, MYSTICA;

3tò; ----- SACRILEGA, PERFIDA, SUBDOLA, FRAUDULENTA, PHANTASTICA, NUGATORIA, TEMERARIA;

4tò; ----- PER IMAGINATIONEM ANIMIQUE PATHEMATA, ARTE, AUT CASU, INCITATA;

5tò; ----- EMPYRICA, RESPECTU AMULETORUM;

6tò; ----- RATIONALI; QUA OPORTUNITATE PERSPICUÈ DEMONSTRABO, DARI CURATIONEM RATIONALEM, SIVE (QUOD AJUNT) À PRIORI COLLIGENDAM.

Cum autem hoc exercitii genus hæque dissertationes præsertim studiosos atque Tyrones Medico-chirurgos spectant eosque multa jam nunc legisse, intellexisse compertaqùe habuisse, non sit supponendum semper; omnia non per synopsin, qua pessima instructionis methodo ab lectura bonorum auctorum divertuntur; sed à capite ad calcem & simplicissimè quædam tractitabo: exercitatio itaque hæc Chirurgica est; quatenus de remediis, manu corpori malè disposito extus adhibendis, agit; ANATOMICA; quatenus eorum multa examini subjiciuntur Anatomico; puta partes humani corporis animaliaque in medicamenti & amuleti formam redacta, parata; MEDICA (strictè loquendo) quatenus de remediis, corpori malè disposito, intus adhibendis quoque in ea sermo habetur; PHYSICA; quatenus in ea medicamentorum, corpori malè disposito manu extus admotorum, vis, virtus, effectus, potestasve in illud corpus agendi, rationis trutinæ appenduntur. De hisce (LECT. BENIV.) te instructum, specificas ob rationes, volui. Faxit Deus! ut, quem mihi proposui, attingam scopum.

ARTIC.

ARTIC: PRIM:

Pīpiātīa, ἀστράπαια θολεωπαῖa Græcis AMOLETA, AMULETA, PRÆBIA, Romanis, nuncupabantur omnia, quæ gestata, malam fortem amatire, benignam conciliare credebantur: et si autem collo præprimis; aliis tamen quoque corporis partibus appensa, vestibus adfusa, arboribus ædificiorumque partibus affixa; imo & in propatulo exposita tandemque huic & illi terræ loco mandata, memoriae proditum habemus luculenter.

Irruente de tempore in tempus in mortalium animos superstitione, credulitate metuque, eo usque tandem hujus commenti vis accrebit; ut contra singulos infortunii casus, singulos morbos; imò metum, terrorem anxietatesque atque pro omnibus, quæ sperare audebant, singularia amuleta excogitare, formare, non desierint illaque ex varia materia (licet in superstitionis infantia ex gemmis præsertim fabricata videantur) metallis, lapidibus, viventium partibus, lignis &c. insculpentis injicientesque iis imagines, figures, (Talismanicas vocant) literas characteresque; eò quoq: usque; ut ipsis corporis ornamentis, ligaturis, nodulis, chartulis multisque quisquiliis, eundem in finem adhibitis, verba nunc intelligibilia, nunc verò nihil significantia, inscriberent.

Sive itaque amuletorum inventum ÆGYPTIIS: necltere enim stupendas machinas Ägyptios, in proverbium abiit, sive CHALDAEIS, GRÆCIS, aut aliis nationibus; GNOSTICIS, BASILIDIANIS eorumque posteris debeamus, sufficit demonstrare mentis obfuscationem, errorem, superstitionem, hanc Deo sapientibusque hominibus invisam & odiosam, ex metu & inscitia ortam, nostra quoque ætate inter Christianos non esse abolitam: credebant enim Antiqui, credunt & Hodie quidam, amuletorum, ut supra discriptorum (de medicamentis autem in amuleti formam usurpandis pœstea) quædam Deastrorum eorumque ordini, Dæmonum, Syderum, Veneficorum; quædam verò (taceo D. O. M. quis enim mentis compos unquam ei, ex quo omnia sunt, in omnia potestatem non tribuit; verum prædictæ idololatriæ nugisque præesse statuit sine crimine) Angelorum, Genierum, Animarum, Sanctorumque

que hominum imperio & potestati subiecta atque , hoc modo, amuleta quædam non sine peccato ; quædam verò in pium salutaremque corpori usum posse ; quinimò & debere, summa cum veneratione , gestitari.

In conficiendis, fabricandis ornandisque amuletis, tum Antiquorum cum Hodiernorum seculorum, de malo in pejus deque levi superstitione in turpem idolatriam cecidisse homines, vel ex eo quoque patet, quod primigeniæ simplicitatis inscitiaeque temporibus rudes, ad hoc, vel illud religionis specimen, ad hunc, vel illum idolorum cultum facile dūctiles, primò, Deastrorum, Deastrarum fictorumque semideorum, postea Imperatorum, Regum, Heröum ; deinde bestiarum, belluarum, monstrorum, reptilium, insectorum imagines & tandem dictu demonstratuque turpium, obscenorum (furente dolo, fraude, lasciviâ, nequitia) ridiculorum, non intelligibilia, pudendorum, nefandorum execrandorumque amuletis injicerent, cum inscriptionibus, simulacra atque delineationes ; quum autem nulla adversa, neque prospera excogitanda existat fors, fortuna, valetudo, in quam & contra quam, in Rei antiquariæ cultorum scriniis, gazophylaciis scriptive, hujusmodi non reperiantur amuleta ; specificè isthæc omnia proponenda non autumavi : ex iis propterea, quæ mecum liberaliter communicare, non sunt dignati & si plura voluissem, dare non denegassent, de Re antiquaria optimè meriti doctiss. J: S M E T I U S, J: D E W I L D E aliique, pauca, brevi huic dissertatiunculae, æri incisa, inferui exempla gratulabundus, ex quorum examine & perlustratione, dicta quæ sunt superius dicendaque inferius restitant, confirmabuntur abundè suasque obtinebunt, pro re nata, animadversiones.

HERCULIS leonem suffocantis imaginem , amuleti in modum adhibitum, docent (vide tab: 1. fig. 1.) nummus hic æneus auctoresque varii. ALEX: TRALLIANUS, qui sub imperatoribus AR CADIO & HONORIO claruit interque principes medicos Græcos non infimum locum habet, post multa, ex omni medicamentorum ordine, contra Colicum morbum, præscripta remedia, ait, pag: mihi (JO ANNE QUINTERIO interprete)

AUR.



AES.




AES.



ARGENT.



L. Caius, fec:



296. HERCULEM erectum suffocantem leonem in lapidem medicum insculpito ac inclusum in annulum aureum, gestandum dato. Huic addit multa porrò amuleta contra eundum morbum. CONSTANTINUS CÆSAR, L: ii. hanc, imaginem, ad herbam disperdendam leguminibus infestam, pingi in testis solere, auctor est: HERCULIS nōmen affectaviſſe, affūmpſiſſe Deumque hunc credi voluſſe, Reges, Imperatores ALEXANDRUM, qui suum filium HERCULIS quoque nomine ornavit. Vide JUSTIN: L: 15. c. 2. COMMODUM, DOMITIANUM, cæterūm pro Diis, divinos petiſſe; arrogatis sibi eorum nōminibus, honores, cultus &c. membranis est divulgatum abundanter. Vide NONIUM comment. in GOLTZII Græc: ad Tab: 30. 21. 32. 33. & GELLIUM L: xiii. c: iv. si cui porrò de tabulis votivis inscriptionibusque, in signum gratianimi, pro accepto ab HERCULE beneficio, multa legere lubet, videat M. Z. BOXHORN: Quest: Roman: prim: JAC: PHIL: TOMASINUM Cap: xii. xxii. xxiii. & xxiv. cum autem plures & secundum ARNOBIUM, sex, divino exceptos honore, HERCULES videamus; hoc de idolo, ubique apud Mythologos, poëtas, hieroglyphicorum & numismatum explanatores, legendi larga est missis & copia; multa de illo congeserunt N. COMES L: 7. c: i. H. ALEXANDER JUNIOR, sub explicatione *Tabula heiliace*. MICH: ANGL: CAUSEUS DE LA CHAUSSE, in enodatione quorundam idolorum. PIER: VALERIANUS de sacr: Egypt: velim autem hi hisceque similes posteriorum seculorum auctores, nobis pro elenco sint nosque solummodo ad auctores antiquos ducant:

Dulcissimis, enim, ex ipso fonte bibuntur aquæ,

Antiquos autem gentiles HERCULEM (cui, ut ait SENECA, JUNONIS jussa exequi, minor erat labor, quam novercae jubere) fortē, musicum, medicum, astrologum, cultu prosecutos facro eumque appellavisse DEFENSOREM, CONSERVATOREM, DEBELLATOREM, VICTOREM, INVICTUM, POLLENTEM,

PACIFERUM, DEUM-FIDIUM, SANCTUM &c. mirari medius-fidius minus subit, quam ex Doctiss: Christianis G: I: V O S S I U M & P: CLUVERIUM eo usque abuti sua eruditione & S. scripturâ (ex ea enim omnia antiquorum figurae esse desumpta, deducta, credibile non videtur) ut primus, op: de Theolog: Gentil: cum HERCULE (extiterit ne hujus nominis heros, an non, jam non inquiram) comparabit SAMSONEM, ESAVUM ET JOSUAM: alter vero eum dixerit SPIRITUM SANCTUM. Si (lect: Beniv:) propria ejus verba velis, en habe illa ex ejus GERMAN: ANTIQ: L: I. c: XXIX. HERCULIS equidem nomen propriè spiritui sancto conveniebat: Ἡρκηλῆς enim gravis dictus est, quasi ἡρες κλέος, i. e. aëris gloria; per aërem autem quum intellexerint JUNONEM, qui est filius Dei; recte spiritus S. dicebatur Dei gloria; Jam vero HERCULES credebatur gigantes interemisse, quum calo propugnaret, quasi virtus deorum; ut ait MACROBIUS predicto l: xx. l. i. Saturnal: Gigantes hosce nulos alios fuisse, quam angelos, quos rebellanteis Deus calo déjecit, patebit infrâ: Dii igitur illi etiam, quos gigantes calo pellere conati sunt, nulli alii fuere, nisi in unitate Deus pater & Deus filius; Quis autem ille HERCULES, qui hos adjuvit in propugnando calo, nisi tertia Deitatis persona, spiritus Sanctus & permitte mihi (lector) semel in literis & nominibus ludere; nos belgæ utimur, ubi quispiam fabulas, vel non credenda narrat, phrasî, h̄p̄ k̄l̄yf̄d; hujus sanè comparationis respectu, hic auctor suo nomine, ne quid pejus dixerim, dignus revera est, een k̄l̄yber:

Sed quid vetera, quid hæc queror! nostrorum enim temporum scripta & scriptorum dedicationes, quibus homines sese titulis ad ethnicorum invidiam, supra mortalium characterem, extolli sinunt, mihi pro augurio & ad instar præfigi sunt, nos nostrosve nepotes, nisi Deus ipse labentibus rebus opem ferat nosque conservet, servituti & idololatriæ submittendos extare certos. Pro typlo sint adulaciones, quibus S. PETRAS ANCTA tract: de symbolis Heroicis, & P: GILLE, Tract: coron: gratulat: Salib: Principes Purpuratosque prosequuntur impiisque QUINOTII cantus; nostrum autem parasitorum lucripetarum panegyristarum que idololatrarum servum enumerare pecus, quis in se suscepere?

Secun-

Secundum nummismata ex auro (vide fig: 2dam.) **ALEXANDRI MAGNI** imaginem exhibens, amuletum credebatur, *in omni actu eum adjuvans, qui auro, vel argento illud expressum, gestitaret.* Ita ut (vide TREB: POLLIONEM in Tyranno QUIETO; Hist: Aug: Rom: tom: 2. pag: mibi 382.) tota MACRIANORUM familia, viri in auro & argento, mulieres & in reticulis & dextrocheriis & in annulis & in omnibus ornamentorum generis excusptum semper haberent; eousque; ut tunicae & limbi & panile matronales in familia hodie sint, que ALEXANDRI effigiem deliciis variantibus monstrant. &c. **AEREO**, hac effigie ornatos, nummos capiti pedibusque circumligatos ex CHRYSEOSTHOMO, homil. 12. patet: horum plures CHIFLETIUS, ut ipse tradit, uno alteroque foramine, ad trahicendum funiculum, quo gestarentur, pertusos, conservavit.

Frequentissimum fuisse, locis publicis privatisque omniisque ferme supellectili corporisque ornamento, fausto omine, non tantum Deorum, herorum; sed & doctorum virorum effigies appendere, insculpere, cum ex multis aliis auctoribus, tum ex PLINIO de EPICURO. L: 35. c: 2. liquidum est.

Inter Nobiliss: BREDERODIANÆ FAMILIAE cimelia moniliaque aereum (vide fig: 3.) amuletum hoc, canem dormientem, qua hic apparet magnitudine, exprimens, conservatum est nitidissime. Hujus interpretationem viris doctis harumque rerum peritis, trado venerabundus. Qui in hujus imaginis dorsi medio assurgit perforatusque cernitur aereus pedunculus (catenam quippe, ornatus causâ, pector addidit) argumento est, pependisse de re aliqua; parte autem altera hoc amuletum leve & planum, sapit undique antiquitatem veram.

De superfluis canum cultu, veneratione &c. ut, fuisse domus & familiae praesides; Deos quosdam eorum pellibus ornatos; custodiæ & fidelitatis signa; Diis semideisque adjunctos; in sacrificiis maestatos; epulatos ab gentilibus; templorum quorundam aedituos; quarundam gentium Deos, vel Reges; quando fuerint locuri; qui eorum cadavera luxerunt ac sepeliverunt, haec, inquam multaque alia de hoc animalium genere, qui scire amant, utantur, pro indice, **ALEXANDRO, AB ALEX: cum not: AND: TIRAQUELLI.**


Monstra porrò imaginum cogitationumque amuletis inscripta, liquet ex argenteo hocce numismate (vide fig: 4.) in quo horrendo, vel; ut verius ridendo, prostat aspeetu ABRAXAS, ABRACAX, sive ABRASAX, unus ex Diis, ab hæreticis in quasi Deorum numerum inductus. Vide GYRALDUM *synt: deor: L. i.* aliosque; habetur autem propriè inventum BASILIDIS, MENANDRI discipuli, multis figuris celebris: ut virtutes principes cœlum condidisse; ex eo plures, usque ad 365. ad annos dierum, scilicet, numerum derivatos, non JESUM CHRISTUM; sed SIMONEM CYRENENSE ejus loco cruci affixum &c: nemo enim facile, saltem cum utilitate, omnia ejus deliramenta assecuratur. De hoc Idolo. cum J: MACARIUS, J: S: CHIFLETIUS, A: KIRCHERUS, Collega meus J: GRONOVIUS, L: AUGUSTINUS, I: SPONIUS & aliis, viri ob immensam in enodandis antiquorum hiëroglyphicorum inscriptionumque obscuriorum literis peritiam, OEDIPI omniumque literatorum & stimatione dignissimi, plurima habeant; confirmaverim ego solummodo, in scopum meum, credi amuleum hoc vires restaurare, victoriā adferre & esse antidotum pestis & ærumnarum; gallinaceo quod capite, serpentinis pedibus, scuto & flagello designari videtur. Aliquando (vide tab: 2. fig: 3.) gladio, non raro stellis, animalibus &c. circumdatus (vide tab: 2. fig: 1.) ut plurimum adscriptam habet vocem IAW, vel, uti in hoc numismate ejusque opposito latere (vide tab: 1. fig: 4. & 5.) literas nullum continent sensum; vel (inspice tab: 2. fig: 1. & 2.) Angelorum nomina.

Ita hoc amuletum lapidi corni: incis: in circuitu ornatur nominibus ΟΤΡΙΑ. ΣΟΥΡΙΑ. ΓΑΒΡΙΑ. ΜΙΧΑΗΑ. URIËL. SURIEL. GABRIËL. MICHAËL superbit insuper octo animalibus tribusque stellis, supra caput noctuâ, deinceps accipitre & columbâ in fustibus sedentibus, scorpionibus duobus totidemque serpentibus & infra pedes, crocodilo. Porrò, quod Deum pudeat! membro rigente virili, VENERIS characteri chimico coniuncto, totus prostans nudus, ad latus sinistrum vocem habens IAW. IAW.

Hujus amuleti alterum latus literas obtinet Græcas; P.X.A.D.H.T. quid significant? dicant, qui eas intellexerint. De-



CORN. INC.




TAB: 2



CORN. INC.

Pag: 60.



JASP. INC.



CORN. INC.



JASP. INC.

5



De tertio amuleto, utpote supra ex parte discripto lapidique Jaspidi insculpto, plura non dicam; nisi in ejus opposito latere voces legi; CABAW ABAANΛΘANAΛPA ABPAXAZ; primæ SABAΩ, SABAΩT, ut & tertiae sensum capio, secundæ minimè.

De noctua, columba, scorpione, serpente, quid ineptierint cum antiquis veteres quæque mysteria ex literis nominis ABRAXAS BASILIDIANI & JUDÆORUM CHRISTIANORUMQUE quidam, turbatæ mentis homines, sibi & aliis persuadere conati sint, recitare, molestum, ut & sine fruge, opus, supersedeo; ne cum H: CARDANO & ALE: MAGNO superbire, vel cum H: C: AGRIPPA, de cuius vita & cane nigro, pueris & nucum emptoribus venalia exponit P: Jovrus in elog: doct: viror: entusiasmo correptus videar: ille enim in occult: Philosoph: sua ita de Deo, Angelis eorumque nominibus ordinibusque differit, ac si ab intimis Deo esset consiliis; sed apage cum istis sibi nimium fidentibus mortalibus! De animalium superstitioso abusu, vide cl: G: J: VOSSIUM.

Quod figura stā. & sextā, conspicitur amuletum, lap: corn: incis: effigie est hominis captivi, raso capite, columnæ triumphali alligati, abeunte ab victore, pueri intercessione, genubus flexis, libertatem deprecantis votivumque videtur amuletum. Septem quod planetis totidemque ornetur, ab opposito latere, characteribus non intelligibilibus, novum non est: primò; pro acquirenda libertate, vel cùdem acceptâ hæc, aut similia πολεπταῖα, malorum averruncatoria esse gestata, docemur ab ARISTOPHANE, TERENTIO &c. 2dò; de septenario horum planetarum characterumque numero, constat, et si de numeris aliis præsertim verò ternario, de quo postea, multa quoque somniant, antiquitus obtinuisse;

Numerō Deus impare gaudet.

Sed dixerit de septem hisce characteribus forsitan aliquis? qui tu istos non intelligis, non sequitur, esse non intelligibiles.

nimè; verùm, quod nemo hominum & hoc statuo de hisce characteribus, intelligit, id non est intelligibile; si quis verò sit qui eos percipiat, aggrediatur eorum enodationem, amo dōceri.

Victoriæ Amuletum (vide fig: 7. & 8.) leo pedibus infistens, lap: Jaspidi insculptus & nomen alteri inscriptum I A W, de B A S I L I D I A N O R U M cœtu esse, docere videntur.

Hoc quod sequitur amuletum (vide fig: 9.) corn: incis. pro C H I M A E R A mihi venit. Quid de hisce iisque similibus amuletis, acceptum ab antiquis habéamus, vide apud L: AUGUSTI NUM, tract: de gem: antiq; fig: 203. & 204. & A: G O R L A E U M, p: 2. dactyliothec: fig: 222. 223. prim: ex versione, alter: ex editione Cl: J: G R O N O V I T.

Ex Chemicis aliisque itidem characteribus ejus commatis mystica quasi nummismata amuletaque ab aurivoris infatiabilibusque Medicastris, impostoribus eorumque pòrrò affeclis esse fabricata, patet, ex tab: tertiae fig: 1. & 2. argenteo nummo: fig: etenim Prima exhibit I O V E M, ♀. stannium inque ejus pectore, S A T U R N U M ♂, plumbum, manu tenentem V E N E R E M, ♀ æs, sagittâ instructam, hujus capiti imminet, D I A N A, L U N A, ♂. argentum, supra T A U R I tergum signum cœleste micat, ♀. five salis gemmæ frontique tauri affulget, A P O L L O, S O L * aurum. inter ♀ & ♀ corvus est & ad eorum latera nomina leguntur S A T Q U I È L A N A È L.

Hisce opponitur parte altera (vide fig: 2.) imperceptibile multorum numerorum, in quadrangulo schema, supra legitur A N A È L, cui præfigitur signum ✸ cœleste piscium, ab latere ♀. & ♀. salis alkalini, inferius æris, ♀ & Sulphuris, ♀.

Hoc quoque Chemicam spectare, nullus dubito ex argento, quod sequitur, nummisma; vide fig: 3. & 4. ab uno & altero latere literæ crescenti & decrescenti lunæ inscribuntur; primæ; R E G E C O R P U S E T A N I M A M M E A M. Secundæ D E U S D A N S I N C R E M E N T U M O M N I B U S. Primum latus D I A N A M in manu face & luna in fronte ornatam, asino (de quo animali multa apud B A S I L I D I A N O S) ignem percurrenti impositam, cum voce hebraïca

2. Pag. 62.



AR. G.

Tab. 3.





Fig. 5.



A. E. S.

AR. G.





braïca & latina GABRIËL & charactere mihi incognito ad marginem, representat.

Alterum latus, sub voce MURIEL & corruptis literis hæbraïcis; Cancrum pisces exhibit. De cancro in Zodiaco, cancris aureis, cancro pisce, varia leguntur apud mythologos, ut & J: SCHIFFERUM de antiquis torquibus, PLIN: SECUND: &c.

Sed eheu! abyssum obscuritatis & ineptiarum! in quam, si operae prestitum videatur, descendant: per me enim, hæc omnia non intelligentem, licebit, Chimici: aurum si exinde reportent potabile, aut devorabile, mecum dividendum non arguam.

Ultimò: festino quippe ad alia, profligatae nequitiae mortales turpia quoque, sub specie religionis, pro amuletis, ut antiquitus pueri, imperatores & alii bullas, fascini nomine, gestitavisse, liquet ex figura quinta, leviter adumbrata, ne impietates hasce quam delere, revelare potius videar denuò: qui plura de hisce legere & videre desiderat, pervolvat VINCENTIUM ALSARIUM; de invid: & fascino veter: PIGNORIUM, de Mens: Isaica, pag: 33. sed ut stomacho non facile conciliatur, quod ingratiis acceptum est; ita mihi ex antiquorum deliramentis, nuditate & idolatria, cum fastidio, nausea est & vomitus perpetuus. Tu interim (lector Benivole) averte cum mente oculos pudibundus ab hisce; sed persecutus nihilominus tecum, nostri temporis, respectu Amuletorum, præjudicium, superstitionem & imposturam, usque dum, qui amuletis verus usus quæque in genere Medicina sit Rationalis, percepferis.

ARTIC: SECUND:

DE CURATIONE MORBORUM DIVINA,
SACRA, MYSTICA.

Hanc curandi methodum, captum hominis definitum, erro-
neum, imbecillem indefinite superantem veneror, miror;
fidem ei adhibens illibatam, quatenus ipsa S. Scriptura, quæ
sæpius illam commemorat, monstrat, docet, illam nobis de-
scriptam

scriptam reliquit. Hæc illa est curatio, quæ actu humano præstari non potest: licet enim hanc, aut illam materiam extus adhibitam videamus, illam tamen, vi sua naturali, peregisse curationem, neminem credere confido; quoniam illa ab mortalibus postmodum sexcenties adhibita, spem illusit votique compotem nunquam fecit auctorem: in hanc curationis methodum itaque inquirere superbi, dementis, aut impii est. Ita JAMBЛИCHUS CHALCIDENSIS ille Philosophus, de quo multa apud historicos Ecclesiasticos inventiuntur; conatus est explicare (vide ejus fragmentum DE FATO) quo modo Dii opem ferant precibus: ita & alii Icareo ausus effectu, in abditissima hæc sacra penetrare non sunt veriti: sive ergo ægritudines, morbos, ulcera &c. in populum Israëliticum miséra; primogenitorum aliorumve mortalium stragem (populo Israëlitico inter eos conservato) vel Deum ipsum se SANATOREM renuntiantem videam, audiam; vel MOYSEN aliasve Dei Ministros ægris medentes, actu, humanæ menti non perceptibili, observem, in veteri Scriptura: vel cæco visum, leproso munditiem corpori restitutam, fluxum sanguinis ab duodecim annis restrictum, aliasve morbos, iætu temporis immediatèque ab SALVATORE NOSTRO, JESU CHRISTO, ejusve discipulis curatos; quinimò ab morte resuscitatos, in nova scriptura, comperiam homines; obstupesto & extasi resoluta, exclamo animitus o! prodigia, miracula non vacua, mentisve non constantis illusione ficta; o! DIVINAM, SACRAM, MYSTICAM CURATIONEM, o! flagrantem, incomprehensibilem sanitati corporeæ coöperantem exsuperantissimamque summi numinis, in humanum genus, gratiam, amorem, misericordiam!

Cum autem multæ quæstiones ex hoc argumento, vel in illud formari possent, eas, ut merè Theologicas, viris in studiorum genere spectabilibus, venerandis, decidendas relinquo, Theologis, inquam, orthodoxis; non verò illis (Theologorum enim sub titulo veniunt) qui, demissâ quasi in eos cœlitus auctoritate & Jure vitae & necis in mortales, unumquemque hominum ad sua dogmata carcere, igne, ferro agnoscenda cogit; imò post martyrium corporis, animam quoque ad æternum damnare supplicium non verentur.

Hac

Hac opportunitate non inutile duxi tamen DE MIRACULIS
 (de iis enim hoc in articulo agitur propriè) quædam monere; præ-
 primis CLARISS: CONNORI Euangelium Medicis spectantia;
 quoniam mihi cum hocce viro multa fuit consuetudo hacque de
 materia sermo multus, synopticus hac in dissertatione enarrandus:
 Absit interim (LECT: BENIV:) etiamsi ejus cogitata, ut futile,
 rejiciam, ejus famam & quidem post obitum, invectivis proscin-
 dam, convitiis lacerem; hoc quod, vel ab inscientissimis, dum
 viveret, expertus est facinus indesinenter.

Quæ ergo contra ejus cogitationum molimen, gretenus, cum
 ipso communicavi, erant,

PRIMÙ; IPSUM MULTA GRATIIS DE MOTUS LEGUM SUS-
 PENSIONE SUPPOSUSSI: SECUNDÙ; IPSUM ITA DE
 DEO EJUSQUE POTESTATE STATUSSE; UT, NE LATUM
 QUIDEM UNGUEM AB MULTORUM DOGMATIBUS RE-
 CE DENS, INUTILITER INQUISIVISSE VIDEATUR IN MO-
 DUM ACTIONUM DEI; DUM AIT, Vid: pag: 27. Supremum
 rerum opificem, solum esse unicam & immediatam omnium
 affectuum causam & pag: 3-. (hæc enim ipsius sunt ipsissima verba)
 nemo non videt, quod supremum & absolutum est summi
 numinis imperium in omnia corpora & in reliquas, quas
 ipse creavit, substantias: ipsius nutui subjiciuntur, à sola
 ipsius voluntate dependent & conservantur & in omnem sta-
 tum elevari, aut mutari possunt (addens) scimus quoque,
 quod non tantum miracula omnia; sed etiam solita & com-
 munia rerum phænomena à Deo unicè & immediatè produ-
 cuntur; inutiliter ergo (inquietabam) ipsum inquisivisse in mo-
 dum, quo Deus efficeret miracula; quia, et si (quod minimè con-
 cedo) percipi posset, quo modo Deus efficeret miracula; illa ta-
 men perceptio imitandi istam potestatem mortales non doceret
 modum atque sic multis verbis Reipublicæ Medicæ utilitatis (qui
 tamen ipsius scopus videbatur) attulisse nihil suaque speciosa me-
 thodo illustrandi operationem, eventum, curationem divino actu,

homini non imitando, probare, quæ sexcenties sunt probata, esse & dici divinas operationes, eventus, effectus, curationes; miracula; adjiciens huic meæ sententiæ adstrunctionem; expetens, nempè, ut ipse ille (perpensis eis ter & amplius) cogitationum suarum optimus vindex, earum utilitatem demonstraret effectu: ait enim pag: 25. Perpensis primùm motus naturâ & legibus; nec non triplici motu suspensione, sequentia & plurima alia stupenda circa corpus humanum phænomena, quæ miracula quoque esse fatebor, explicare aggrediar; quomodo, nempè, concipi potest, quod corpus humanum, ardente igne cinctum, non comburatur? quomodo per mare, aut super undas ambulare poterit; nec immergatur; quomodo sine alimentis diutissimè; immo in perpetuum vivere potest? quomodo generari poterit ex foemina sine mare? quomodo formari potest sine mare & foemina? quomodo recens extintum; immo & ante plura sœcula in pulverem jam dudum sedactum ad vitam revocari potest? Ultimò; regavi ipsum inter confabulandum, præsentibus duobus medicis Anglicanis; an ipsi non viderentur verissima antiquorum & acutissimi MARCELLI MALPIGHII *de recentiorum Medicorum studio*, effata videlicet; a subtiliore animalium & plantatum Anatome ad pom-pam & ornatum instituta, commodi nil accipere Rempublicam medicam? & an omnino non aliud quid sit, philosophari? aliud mederi? Cujus ultimum opus sanitatem respicit; demonstrans ei experimenta medica & practica constituere medicum ejusque esse studium morbi progressum & adhibitorum medicamentorum effectum observare frustraque in salium inquire figuras, quorum virtutes erant notæ, antequam de figuris cogitarent scholastici; verbo (hoc enim de themate plura habet MALPIGHII) convici, ipsum claudicare, pede, quo claudicant quandoque acutissima ingenia; laboravisse, nempè, in rebus inutilibus & non solum non profecisse; sed verò commoditatis cum tempore amisisse multum, cui veritati, serò sapiens, annuit animitus; scrupuli tamen quid inferens, circa observationes phænomenorum morborum & me-

dica-

dicamentorum adhibitionem effectumque ; contendens comparativè solummodo hanc methodum investigandi morbos obtinere deque uno in alium ægrum non posse transferri ; pro individuo, sexu, ætate, regione, regimine vitæ &c. eum in modum differre ; ut certi inde nihil statuendum videretur ; haec discriminis aliquid & molestiæ in se habere negavi minimè ; verum probavi facile, exactam morbi & medicandi historiam luminis plus medico dubitanti & morbum investiganti adferre, quā solum & unicū, cum omnibus Geometria figuris, ratiocinium mechanicum.

Tantùm de Curatione morborum Divina, Sacra, mystica : transfeo ad

ARTIC: TERT:

DE CURATIONE SACRILEGA, PERFIDA, SUBDOLA, FRAUDULENTA, PHANTASTICA, NUGATORIA, TEMERARIA.

SACRILEGUM illud est & fictitium CURATIONIS TENTAMEN, in & ad quod Dei, Trinitatis Jesuque S: S: nomine abutuntur, qui, dum illud aggrediuntur, se norunt impios, rei medices ignaros deque horum verborum efficacia, neque ratione, neque experientiâ instructos & tamen præviis hisce sine verbis, curationem non posse fieri, quinimò non medicamentis; sed hisce verbis, suo, nempè, de ore enunciatis, opus esse, miserae plebi persuadent; sic amuleti in formam ipse cum aliis vidi nugas varias collo pedibusque adhibitas; diris nunc, nunc ridendis inscriptionibus variisque involucris ornatas: puderet referre (nisi ipsa me pertractanda urgeret res) infandum hujus sceleris exemplum; vetulæ, nempè, ex amaurosi laborantis collo appenderat nequam oculista circulator, variegato panni margine (een Zelfkant) incluso, divinum (ut ajebat) amuletum, quod ab nobis apertum, schedulam continebat, in qua hæc legébantur verba, de Dypbel sch... ie de oogen vol.)

Hujus classis is iste est medicus, quem in hujus exercitationis prefatione designavi: jure enim jurando interposito, per tria unius Dei nomina, ægros promittere cogit, se de mystica sua curationis methodo nihil revelaturos; jurans ipse per idem iurandum, sibi esse ab Deo datam potestatem omnes morbos curandi, sine medicamentis; cum eo, pari passu, ambulare mihi videntur medicastri, qui cum obstetricibus, in nomine Trinitatis, comburunt secundinas, sale conspersas multo quique ex amnii, choriive plus, minusve lacerata membrana, cum, vel post foetum, prodeunte, de fato, sive futuris, respectu infantis, vaticinantur, præsagiunt, quæ norunt parentibus esse accepta & se ipsos haec tamen latere: si enim homines, teste GELLIO, res futuras prænoscerent, tolleretur, quod maximè inter Deos & homines differt.

Hoc sub titulo mihi veniunt superbi, invidi, lucripetae, qui, contra animi sui religionem, medicos clam imprudentiae & inscitiae arguunt, qui ante ipsos tractaverunt; non verò curaverunt ægrotantes; is etiam mihi sacrilegus est, qui, quod ipsa pudicitia morumque integritas celari, siobi, ut solūm saxe curiositati immodestæ satisfaciat, detegi petit; ut exinde, scilicet, exactior ipsi sit morbi cognitio & remediorum applicandorum instruictio; differt, scilicet, maximè ratione curationis, innotueritne medico, vel non, ubi vir, aut mulier gonorrhœam contraxit, ab quo, vel ab qua? quo statu corporis? quo loco? &c. in hunc morbum inciderit? tandem & notandi mihi extant, hâc maculâ, illi abortuum promotores. Sed percurramus fugiamusque ea, qua, decet celeritate, hanc hominum colluviem.

PERFIDI sunt, qui contra decorum; taceo iurandum HIPPOCRATIS; cum erronibus praxin communicant praxeosque rapinam dividunt, celanda revelant, revelanda celant, furibus tamen & latronibus feliores: illis enim sceleris pretium crux; hisce, munera, honor & argentum est; porrò, qui vulneribus sordes injiciunt, ægris timorem, ultra necessitatem, incutiunt & SUBDOLÈ curare fingunt, quæ curanda non extant, vel ægros blandiendo, perdunt atque tūm respectu medicamentorum, tūm ipsius ægritudinis, quid pro quo FRAUDULENTER venditant.

FANTASTICUM, FANATICUM & PHANTASTICUM, illud est, curationis molimen, quo, quis impetu (ut in fanis quondam oraculum editurus) correptus furit, aut ubi ab veneratione in res divinas, cadit in superstitiones, homo medicans ; credens paganus, numerum ternarium ; Palladi-sacrum, Hecaten triformem, Cerberum tribus de faucibus latrantem, tres Furias, tres Gratias, tres Parcas, ter lustravisse, ter clamavisse in exorcismo, ter con-clamavisse in funere &c.; aut Christianus in hoc numero & figura triangulari, vim latitare curationis magnam ; hi illi sunt, qui credunt, vel nomen Dei, apostolorum, sanctorum sufficere, ad omnia curanda malā: ita amuleti in modum Jobi nomen, chartulæ inscriptum, contra luem pestiferam & (quod pudendum dicam, an ridendum?) Venereum, partibus affectis, appendunt; convenientes cum NUGACIBUS ; qui filo, rubro colore, nempe, saturato (scharlaaten Verf) subluxationes carpi curari sustinent ; dentem furis, laqueo necati ; sed per tres dies terræ mandatum, contra dentium dolores ; clavum fortuitò de solea equi in via relictum, contra podagram commendant. TEMERARIA, sanè curatio est; et si hæc aliquando cum fruge sit instituta; quā (Ex: gr:) quis contra febrem, decem uncias Spir: Vini: laetis press: 3v. & piper: contus: 3ij. præscribit: in Chirurgia, dente VERRUCAS eruendas; ungue LINGUÆ VINCULUM percindendum; ob levem HERNIAM, testes homini adimendos, suo docet exemplo : Hosce autem contra scurras (præsertim respectu ultimi casus & quidem JACOBI DE BEAULJEU, pseudo-eremitæ) DECADE SECUNDA agam ex professo..

ARTIC: QUART:

DE CURATIONE PER IMAGINATIONEM
ANIMIQUE PATHEMATA, ARTE,
AUT CASU EXCITATA: -

Imaginationis viam omnes medico-physici; imò & plebei agnoscunt convenientque in eo recentiores; esse imaginationem

aëtum animæ; proinde brutis negari; qui verò eam quoque in brutis obtinere contendunt, exemplum verbaque Geneseos Cap. 30. vers. 37. &c. de variegandis colore pecudibus & similia in probationem adducunt; si quæ autem sit, quæ maximorum virorum ingenia lassavit ratiocinandi materia, hæc illa erit de methodo, quæ imaginatio agit; exercitatione hacce quæstionem hanc ad normam pertractandam non suscipio; quia minùs de methodo actionis imaginationis, quæ de actionis effectu & curatione per eam, juxta hujus articuli titulum dicendum, mihi videatur; inspectione tamen anatomica constat, de matre in fœtum, utero inclusum & vice versa, nullum transfire vas; neque stamen nerveum, aut fibram; imò fœtum per se subsistere, incrementum capere liberumque esse, tempore saltem quo ab ovario ad uterus tendit; per contiguitatem atque ita solummodò per appositionem & mutuum contactum, fœtum cum matre commune quid habere, per nervos autem in corpore animalis omnem fieri motum eumque in brutis elasticum, ultrà in homine per animam dirigi, demonstratum reor, exercitatione decadis hujus ultima, perspicue.

Hinc facile colligo in omni completorum (ut vocant) animantium genere posse mutari formâ, figurâ, loco, colore, &c. fœtum: nam quod organorum actu nervorumque vi elastica in brutis, id idem imaginatione, actu animæ, insuper nervis accedente, in humano fit genere; etsi ergo Jacob ex Dei mandato virgas populares virides, amygdalinas & ex platanis, decorticatas &c. gregibus ante oculos posuit, non pecudum imaginationem; sed cum visu cæteros nervos in aëtum duxit inordinarium; ne autem hunc S. S. scripturæ locum, cuius versio variat pro interpretibus, ultrius exagitem, experior; multa phœnomena præsertim in gravidis, deduci ab imaginatione & animi pathematibus, quæ, reprobè investigata, aliundè derivanda extant; ita (non violo tamen, dum hæc enarro, sponsonem Hippocraticam) exercens embryulciam, de utero puellæ non maritatæ deformi corpore fœtum; quinimò monstrosum, cuius skeleton in musæo meo est, extrahens, de puerperæ ore excepì, se utraque manu, quæ potuisset violentiâ, in quadratæ mensæ punctum continuò compressisse abdomen, defigura-

figuravisse hoc pacto; immo necavisse embryonem; idem hoc intellectum volo de multis deformitatibus corporis, nullo modo imaginationi; sed verò violentiae exterius illatae corpori imputandis; respicio, dum haec contempnor & simul horreo nugacissimas istas historiolas & improbas, de monstris: ex: gr: si in fronte cujusdam bestiae assurgat excrescentia, vel embryoni, ante diem utero excluso, macula quædam cuti inhæreat, inde affirmetur ab nonnullis, Deo mulierum hodierna capitis ornamenta esse invisa.

Imaginationis animique pathematum effectus & exempla, ut omnis auctor hanc qui tractitavit materiam, attulit multa; ita Clariss: J: N: PECHLINUS observ: l: 3. talia & tanta, nunc de morbis, excitatis, nunc curatis per animi pathemata, qualia & quanta vix ante ipsum quisquam, enarravit; non autem ego is sum, qui suspicor (agitur enim de fide auctoris & historiae) me valere omnibus inficias ire; sed tamen; si quo in negotio, in hoc, credere periculosum est; verum agamus ad titulum, morbos per imaginationem animique pathemata curari, verissimum est; vides itaque (*Leet: beniv:*) quoniam hic circa corporis animæque actionem, multa ab medicis possunt & debent præstari, aperiri sicut, ad scelerata exercenda, spatioſſimum campum circumforaneis, medicistris, rabulis, lucripetis; vide ergo, de latebris ut prodeant suis fraus, astus, dolus, impostura; vide, ut, qua possunt, celeritate, ruant, primò; in miserum popellura, in quadrivias & angportus, hinc in cives; tandem in magnates, secum ducentes, nunc metum, terrorem, sollicitudinem; nunc verò vanas promissiones, temeratam fidem & blanditias, sternentes viam credulitati, una quæ animi imbecillitas istis impostoribus medicis (dictis patheticis) inexhaustæ quondam aurifodinæ fuit quoisque Clariss: LEUFNEU Mèd: Doct: Roterdamensis eum in modum nuper exercuit risuque contemtuique exposuit, ut de iis; et si in propriam meam personam illorum fraudem inscitiamque expertus sim, ne gry quidem sim commemoraturus.

Ut per imaginationem animique pathemata ægrotantibus auxilium adferatur, opus est medico probo, prudenti, experienti: probo; ut omnia juxta animi religionem peragat & nec spe, nec metu, vel animi

animi passione quadam in partes alliciatur; sed qui proximo quām sibi benevelit: prudenti; ne ab vafris & morbos fingentibus decipiatur, cuius exēplum nuperrimè mihi cum chirurgo Viardengensi in puella, convulsiones fingente & olim Hagæ-Comitis, cum celeberrimis medicis in quadam, cruciatam se ab diabolo asseverante, accidit: experiente; ut pro re nata, nunc menti, nunc corpori medeatur: quia cum delirantibus, furibundis, melancholiis, meticuloſis pluriſque cum uterum geſtitantibus ipſi eſt negotium: affentior vehementer Cl: CARTEſII penultimo de paſſionibus animæ articulo contraque earum vim ſapientiſſimi Philoſophi tranquillique animi pii Boëthii remeđio, quo immoderatæ animæ affeſtus probè, prudenter & experienter moderari ſtudet.

ARTIC: QUINT:

DE CURATIONE EMPYRICA, RESPECTU AMULETORUM.

NE iterum in veterum neotericorumque nugas incidam anili- busque & Jove nondum barbato, jam nunc notis fabellis, tibi (*Leſt: Beniv:)* mihique oneri ſim ultrò.

E M P Y R I C A, respectu amuletorum, **C U R A T I O** eſt, quā appenſo, vel adhibito læſae cuidam parti extūs medicamine, ab multo tempore proborumque virorum experientiā & auctoritate proditum habemus, eam, alio ſine adhibito remeđio, poſtmodum extitifſe curatam; etſi quoque tūm ægro, tūm medico appenſi, vel adhibiti extūs medicamenti virtus ſit ignota; hanc ſi quis ſequatur methodum curandi; tria, oportet tamen, obſervet:

P R I M Ó; FAMÆ SUÆ CONSULAT NIHILQUE ADMITTAT,
P R Ä S C R I B A T V E EXTŪS PARTIBUS APPLICANDUM, RATIO-
N I PLANÈ CONTRARIUM.

2dò; AN IN IIS, QUÆ ADMITTUNTUR, VEL PRÆSCRIBUNTUR EXTÙS ADHIBENDA, NOXIUM NON LATEAT PHARMACUM.

3tiò; POSSE QUÆ DAM HONESTÈ PRÆSCRIBI ET ADHIBERI EXTUS, QUÆ NEC NOCENT, NEC JUVANT; EUM TAMEN IN SCOPUM; ÆGRI UT DESIDERIO ET VOLUNTATI SATISFIAT, quod nobis Belgis in proverbium abiit;

Baat het niet / het schaad niet.

Ad Primum: si enim fidem adhiberet omnibus amuletis ea que præscriberet, vel admitteret, quæ (Ex: Gr) ab NIERIMBERGIO, ineptissimo nugatore, cui lapides loquuntur, saxa sudant quisquiliarumque nullus est finis, vel phantasmatibus LEMNII, ALBERTI MAGNI, WIERI, LAVATERI, DELRIONIS, FICINI similiumpque fumivendulorum, eò duceretur; ut cum ipsis insaniret præscriberetque in formam Amuletorum, quæ illi præscribunt, jure merito famæ jacturâ plecteretur; qui nimò; et si famigeratissimus KIRCHERUS PARACELSUM, ob deliramenta & nugas varias, rideat rectè; caveat tamèn sibi, qui mercari velit cautè, KIRCHERI, circa Amuleta & faciendam medicinam, mentem sequatur: si enim liturâ excipienda forent, quæ rationi in ejus scriptis non respondent, una toti ejus operi sufficeret: illi enim cum CASALIO famæ suæ non consulunt, qui in sic dictum agnum Dei, Scapularium, dentem Apolloniæ, recitationem trium primorum versuum Euangeli S. Johannis &c. &c. &c: multarum curationum, ut pagani in Bellas aureas (vid: J. SCHEFFER) contra magicos dolos pro pueris, quod jam, qui nondum aëre lavantur, vix credunt, spem ponunt: nam et si antiquitus (vid: Clariß: J. SPONIUM, V. ASSARIUM, L. AUGUSTINUM aliosque de re antiquaria optimè meritos quorumque scripta jam sunt netissima) quemadmodum & superius monui, ex metallo, lapidibus, gemmis &c. cum iconibus & inscriptionibus amuleta fierent; non tamen eò deveniat, oportet, medicus; ut lapidem (dictum Aquilinum) extùs corpori adhibitum, sursum,

deorsum, horsum & vorsum in utero foetum trahere, pellere; neque fasciis fascinationes impediri, vel carminibus, inducis obvolutis, de cœlo lunam deduci posse; neque ranarum visceribus prodigia contegi, vel pelle crocodili, vel capite osseo asini, tempestates arceri credat; nisi cum A. THYANÆO, ZOROASTRE & TAGÆ impostoris titulum dividere non vereatur; sed verò Amuleti in formam contra pestem *Mercurium vivum extus*; imò vestimentis adhibitum: contra narium hæmorrhagiam, *Vitriolum Cyprium*: contra hystericas passiones, *Succinum*, *Assam fætidam* &c. præscripsisse, adhibuisse extus & empyricè, prudentis medici famæ non Oberit: hujusmodi enim de remediosis effluvia nostrum in corpus posse agere, nemo est, qui neget; de herbis (ex: gr:) *Verbena*, *Hypericone*, *Myrto*, *Lattro*: de arboribus, seminibus, (sic dictis) sacris magicis Amuletisque aptis; si quis multa legere amet, inspiciat M. LIPENII *Stren: Histor:* de sola enim verbenæ habebit, quod satis erit hocce de lemmate.

Ad Secundum; sic sub Amuleti forma collò; si appendatur sternutatorium, vel nauoseam, nervorumve concussionem excitans medium, fœminæ uterum gerenti, noxiū & ultrò signo est abortum moliri eum, qui hoc Amuletum præscribit: iden si sanguinis æstum instigantia naribus apponat, venam secari corpusque moveri violenter jubeat, dulcia manducanda, frigidam sub lustrationum specie (scilicet; ut rigores, tremores excitentur) adhibendam manibus, commendet.

Ad Tertium; ita sylvestris cardui capita, contra hæmorrhoidum fluxum; talpæ vivæ abscessi pedes, contra arthriticos dolores; ossa secundi articuli alarum gallinarum, contra spasmum secum ferant ægri, medicus facilè permittit; non autem commendat; hoc de commate plura, et si ab me commemorari possint; sufficere pro specimine tamen haec, tu (*Leet: Beniv:*) annuis facilè.

ARTIC. SEXT:

DARI CURATIONEM RATIONALEM, SIVE, UT
VOCANT, A PRIORE COLLIGENDAM;

Ut perspicue demonstrem; oportet primò definiam, QUÆ
SIT CURATIO RATIONALIS: 2dō; EAM A PRIORE
STATUTAM, CERTÒ EXTARE EFFICIENDAM.

Imò; rationalis curatio est, quæ juxta certas & rationi consen-
taneas, in antecessum positas leges, regulas, normam &c. mor-
bum certè tollit cujusque agendi methodus ab medico tam clarè &
distinctè percipi potest, quam clarè & distinctè percipere potest ad
designandum triangulum, tres debere exprimi angulos.

2dō; Hoc modo definita curatione à priore; deduco demon-
stroque ex chirurgia, medicinæ fundamento, certas rationique
consentaneas posse statui leges, regulas, normam easque executio-
ni mandari certòque hasce sequi curationem: si enim ex:gr: pars
quædam corporis præternaturaliter est unita, conjuncta, cohærens
cum alia, statuit lex, regula, norma agendi in ejus curationem,
illam unionem débere dissolvi, cui ubi satisfactum est (& ei satis-
facere est possibile) certò est peracta curatio: præternaturalis enim
unio est ablata, dixerim idem hoc de cæteris chirurgiæ curandi le-
gibus, regulis, methodis deque omnibus casibus, in quibus hæc
ars versatur; puta de partibus præternaturaliter solutis, ablatis,
auferendis, apponendis, restaurandis &c.

Si quis dicat; Primò; hoc in genere, omni in curatione obtine-
re, videlicet; ut, ablatâ causâ, ablatum quoque sit malum & 2dō;
solutione peracta, unionem præternaturem quidem esse ablatam;
sed verò partem hanc, hac medicandi methodo, non restitutam in
integrum, quod ad curationem requiritur; quinimò ex ea novum
oriri malum, nempè, vulnus.

Resp: ad prim: rarissimè de morborum non chirurgicè tractando-
rum causa & indole, certi aliquid posse statui atque proinde in an-
tecessum ad eos curandos leges non posse statui; quod si verò de eo-

rum causa & indole (quemadmodum semper in chirurgicis, in quibus morbi cognitio captum medicantis non fugit) certi aliquid possit statui, eos omnes, juxta certas leges, regulas &c. & sic à priore, extare curandos.

Resp: ad 2dum: Hoc argumentum contra meam thesin non esse: quemadmodum in primo casu, sic iterum in secundo satisfacendum est legi alii, indigitanti certam methodum, quâ, secundum artem, præternaturaliter soluta nunc uniendo, nunc desiccando &c. in integrum & statum naturalem restituenda certò extant atque hoc ad oculum & chirurgicè demonstrabile est in restaurandis ossibus luxatis, depressione suffusionis, extrahendis de vulneribus extraneis, componendis osseis fracturis &c.

Neque erit quisquam, ut autumno (apud artis enim medices peritos me jam verba facere statuo) qui me roget, quænam hæc, aut alia circa alias chirurgicas operationes sit lex, regula &c. quoniam ipse quisque morbus ejusque phænomena & rerum exequendarum status requisitaque ad curationem tam clare & distinctè conspicienda prostant; ut nemo sanæ mentis Medico-chirurgus ea non videat ultrò eisque legique satisfaciens, non percipiat, hac methodo se perventurum ad plenissimam curationem certo.

Si quis me tenere tentet, argumentando; hinc sequi omnes morbos chirurgicè tractandos semper debere curari; ei respondeo, hoc in thesi (ut ajunt) verum esse; sed multa huic objectioni & curationis effectui obstare; ex: gr: si morbus ab initio & à priore demonstrabiliter lethiferus; vel in loco, ad quem non datur tutus aditus, sit; si æger viribus non constet; si instrumenta, medicamenta &c. in promptu non sint; si ab arte chirurgicam inepto homine tractetur & sic porro; respectu ultimi obstaculi, quod eheu! inter maxima est; sustineo: **CHIRURGIA, MEDICINÆ POTIORIS PARTIS, VED POTIUS FUNDAMENTI ENCHEIRIDION ET PRACTICAM IMITANDO; NON VERO SOLUM-MODÒ RATIOCINUM MECHANICUM ET CHARTACEAM DOCTRINAM SEQUENDO.. ACQUIRERE ET CHIRURGIAM NON POSSE AD NORMAM DOCERI, AB EO, QUI ILLAM NON EXERCUIT, NEQUE INTER DOCENDUM ACTU DEMONSTRARE POTIS EST.**

Demon-

Demonstrata rationali & à priore curatione morborum, rever-
tor ad hujus exercitationis proprium argumentum probatumque
confido mecum habebit (leet: beniv:) amuletorum præscriptiones,
non ad rationis leges; sed ut plurimum juxta veterum idolatriam,
præjudicium & ineptias esse institutas hodieque institui, proinde
mecum rejiciet, de medicandi ordine, cum talibus amuletis, om-
nes Talismanicas aliasque, ut nullius effectus, figuræ, charac-
teres, lineas &c. quoniam ipsi harum stultitarum propugnatores
AGRIPPA, CARDANUS, ALBERTUS, FICINUS, DELRIO &c.
afferunt icones & figuræ, aliam radicem, virtutem, vel vim non
habere, præter arbitrium & auctoritatem instituentis eoque ma-
gis spernet mecum hæc mentis ludibria; quia ex AMMIA NO
ubertim constat, ab omni temporum memoria, viros animo for-
tes sapientesque & ab primordiis Christianæ Ecclesiæ doctores
defendisse & reprehendisse (exemplo sit contra quartanam febrem
collo appensum amuletum) amuletorum figmenta & abusus.

Ultimò, curatio rationalis per AMULETA illa est, quæ ad
normam, supra descriptam, instituitur; ita; si somno profundo,
vigliis exactis, motu sanguinis rapido, respiratione liberiore,
sternutatione violenta &c. opus videatur, in eum scopum præ-
scribuntur medicamenta, de quibus constat, aliquid in ægrum,
aut ex eo in illa, aut utrumque, transire illaque alligantur ap-
pendunturque probè, Medico-chirurgicè & juxta rationem &
experientiam collo, vel parti laboranti sub titulo AMULETO-
RUM.

EXERCITATIONUM

ANATOMICO-CHIRURGICARUM

SEXTA;

DE

VARICIBUS.

Annno MDCCI, postridie Kalendarum Aprilis, accessit ad me JAN ROBBERTZ, Goudâ-Batav. ætatis XLI, vir macilentus, scipioni inhærens, præ dolore repens potius, quām incedens & ne minimum quidem gressum sine querela & gemitu promovens. Denudato pede dextro, veniebant mox in conspectum in genu regione exteriore, varices ingentes tres, livido subrubro-que colore extus conspersi, intus multo sanguine impleti eumque turgentes in modum, ut jam jam cuti rupturam minari viderentur: inquisivi mox in eorum causam, ortum, ætatem & de tempore in tempus mutationem; hauriens ex ipso ægro ejusque uxore, ipsi annos nato octo, in genu parte, quā ad tibiae os descendit, erupisse tuberculum pisi magnitudinis subrubrum, quod; etsi continuò caperet incrementum, negligenter tamen ab ipso tractabatur, usque dum ad ovi columbini magnitudinem assurrexisset atque *Trajecti ad Rhenum*, Chirурgo cuidam Gallo inspiciendum exhibuisset, qui, postquam ei timoris sat injecisset incuriaque arguisset vehe- menter, curationem est aggressus; ligaturâ, nempè, toti tumori circumjecta eaque firmiter constricta, scalpello majore, euin abstulit; sed verò non sine relicto postea ulcere impuro; cui alius Chirurgus, post multos labores multumque tempus, dubiam injecit cicatricem: expullulante indies hocce & duobus novis ejusdem

dem generis tumoribus, res de mala in pejorem abibat: de causa hujus mali suspicabatur ipse æger, eam ex gravibus laboribus & gestationis onerum molestia, quibus ab ipsa juventute fuit expostus, verisimiliter fuisse productam, saltem auctam; degens postea hac in urbe (Lugduno in Batavis) & ad fores civium lac vaccinum circumferens & vendens, ea tandem in varicem unum erat sanguinis coacervatio, congeries & affluxus; ut ille caput infantis magnitudine æquipararet inque ejus superficiem cum gangræna jam videatur ruiturus sphacelus, nigrescente, videlicet, quibusdam locis cute & dehisciente cuticula ab eadem: auxiliatrices itaque postulat, febre saepius correptus, doloris impatiens & animo, neque viribus constans, famigeratissimi quondam Chirurgi, CHRISTIANI à STEENEVELD, manus, qui, usus consilio celeber: viri H. OOSTERDYK SCHACHT, renuntiato morbi titulo (varicem enim dicebat) ei mederi conatus est incisione & aperturâ, cuius ad tibiæ os vestigium expulsa ergo de varice, ingente sanguinis copia plagâque continuò, secundum artem, exceptâ, ulceri postea expurgato, omni molitus est modo, cicatricem inducere; sed vero (docta enim plus valebat arte malum) non sperato eventu, existente vulnera & ulcere quidem inferius consolidato, varice autem non suppresso, vel ablato; è contrario, de novo protuberante surcomaque cutaneum, vel hypersarcoticum fingente ulcus.

Postquam aliorum Medicorum & Chirurgorum medicationes palliativas esset expertus obseruassetque cum iis, varices continuò, de minoribus in majores doloresque de levibus in gravissimos, cum perditione motus genu abire, me quoque convenit & consuluit: egi itaque cum quibusdam ex medicis & chirurgis, quos habuerat consultores, aut actores & quamvis eorum plurimi, moniti veterum dogmatibus, statuerent, hosce varices esse intactos, ut incurabiles, relinquendos; sedulus tamen desperato huic incubui negotio & hoc noli me tangere, tangere eam, quâ par videbatur, prudentiâ mihi proposui.

Ex tribus itaque hisce varicibus, examinatis cæteris omnibus que

que corum circumstantiis, unum, pugni magnitudinis, curatu ap-
tiorem & faciliorem tractitare incepi, quâ methodo, sequetur in-
ferius. Qui curandi spem & opportunitatem mihi faciebat, is erat,
qui infra apicem genu ad ejus latus eminens, interioribus partibus,
tendinibus, aut ligamenti non adhærebat & cum sibi vicinis vari-
cibus nullum commercium habere videbatur quique rupturæ proxi-
mus, spatii satis inter se & sibi vicinos relinquebat; ut solus tracta-
retur: persuadebam ultimò mihi miserandam hanc hominis con-
ditionem, per meum aliquod, prudente institutum, conamen,
in pejorem non posse verti ducique; sed videamus, priusquam ad
curationis actum progrediamur; Primo; quid sit varix; Secun-
do; an unus ab alio differat? nomine, re &c.

Ne multis te, Lectorem & sœpè sœpius citatis morer, incipe
cum Hippocrate & pone lectioni tuæ, cum hujus ævi scriptoribus
finem, experieris denique, omnes, mutatâ literâ, solummodo
supponere; *varicem esse venæ dilatationem*; cuius causam Veteres
sanguinem melancholicum, atrum, concretum; Neoterici *crassum,*
terrestrem, statuunt: primi; *splenis oppilationem, hepatisve debili-*
tatem; secundi; *venæ valvularum laxitatem, affluente in eas prædi-*
*etō sanguine easque extende*nte, inculcant; afferentes, arteriæ aneu-
risma, quemadmodum venæ varicem, esse vasis sanguiferi dilata-
tionem præter naturam; sed o! falsam & tyrones chirurgos de-
cipientem varicis descriptionem: et si enim ab quibusdam addatur;
venam non simpliciter dilatari; sed quodammodo intorqueri sub-
indeque quosdam nigricantes nodos contrahere; illud ad varicis
veri designationem, ne hilum quidem facit; sed verò è contrario
varicē verum, cum hæmorrhöide & multis aliis, tum venarum,
tum harum & arteriarum morbis atque symptomatibus confundit;
nisi forsitan sufficiat, pro distinctione & descriptione hujus (va-
ricis) morbi specifici venæ, venam in eo dilatari & vice versa;
cui tamen assertioni nemo prudens medicus suffragabitur: nam
et si in varice verò vena dilatetur; aliud tamen quid hæc vena mor-
bifica habet, præter dilatationem, quod facit ad morbi hujus ab
aliis morbis distinctionem & ex quo petendus est morbi titulus,
notitia & curatio.

Inspi-

Inspiciamus quām parum, cum varice, conveniat aneurisma.

Primo; aneurisma, cum reliqua vicina sibi cute, concolor; varix discolor est.

Secundo; in aneurismate unus & solus ille tubus arteriosus, in quo aneurisma, non unus & alter; in varice verò major vena & ejus ramificationes simul plus, minusve, pro ætate morbi, extenduntur.

Tertio; ex aneurismate, licet inveterato, ipse sanguis nunquam inter partes vicinas diffunditur; quod verò frequens in varice: nam et si in aneurismate quandoque partes vicinæ inflammatione corripientur, idem hoc symptoma aliis morbis multisque, imò omnibus majoribus ferè tumoribus familiare est: sic ab exostesi, talpa, steatomate &c. distentæ, compressis vasis sanguiferis, vicinæ inflammantur partes.

Quarto; aneurisma nunquam chirurgicè; varix verò semper cum fruge aperitur.

Quinto; aneurismate, sponte sua, rumpente, mors certa; varice verò suapte distentione crepante, doloris levamen & ullo sine vita periculo, ulcus, præ foribus est.

Sexto; aneurisma cum cute nunquam; varix semper cohæret: cum igitur comparatio aneurismatis cum varice & vice versa non procedat (audi lector) quid, secundum me, sit varix, nempe, venæ alicujus cutanæ majoris, unâ cum suis ramificationibus morbosa dilatatio, ex qua in corporis superficie livido-ruber, inæqualis & sine pedunculo tumor oritur; proinde varices in in- & externos distinguendi non videntur: et si enim primorum meminerint cum Hippocrate veterum multi, eorum & secundorum omnes posteriorum temporum Chirurgiæ scriptores: qui enim pro varicibus habentur interni quidam tumores, puta sic dictæ herniæ varorum spermaticorum, hæmorrhoides & alii, venarum quidem;

sed non sine dilatatis simul & arteriis, dilatationes sunt: argumentor itaque morbum, quo vasa dicta spermatica distenduntur, non esse herniam: in omni enim hernia peritonæum extus extenditur, quod in sic dicta hernia vasorum spermaticorum non plus, quam in illa, sic dicta, gutturis, obtinet contendoque prædictum morbum non esse varicem, utpote in quo & venæ & arteriæ simul peccent & distendantur fiatque ex iis sarcomatis quædam species, aliquando ab vicinis partibus solubilis, aliquando insolubili, sine laceratione, nexus, ipsis affixa.

Varix porrò ab varice non differt; nisi magnitudine, loco, tempore; quia autem primariò, hac in dissertatione, mihi proponui agere de varice in cruribus & artibus oriundo, relicta ulteriore cæterorum investigatione & ratiocinatione, an omnis varix, methodo ab me describenda, auferri possit? ad prædictorum varicam causam detegendam accedo, non facilè iis accedens, qui ab sanguinis acreidine interiore venæ lamellam corrodi, perforari & ita varicem fieri affirmant, statuens violentos artuum motus & multam mox insequentem quietem amissionemque toni partis alicujus venæ, porrò venarum ultra modum compressiones, constrictiones & similia, varicem producere; exemplis uti si liceat, ea habemus in cursoribus, onerum gestatoribus iisque, qui pedibus diutiùs insistere coguntur iisque, quibus pedes, aut brachia, catenis vinclata, uno loco, firmius comprimuntur. Exploremus nunc, an varicis curatio factu facilis, an verò difficultis? in aliquod tempus differenda, an verò acceleranda? corporis decori solummodo, an verò corpori omnimodo inserviens & necessaria sit?

Primæ propositioni favent quidam neoterici, afferentes, scilicet; *varices plus molestia adferre, quam periculi: porrò, varices, nec dolorem inferre, nec vitæ impedimentum parere, nec per se periculum adferre;* sed eorum curationem saltem propter decorum, & non necessitatis gratiâ expeti: item; quosdam vulgares Chirurgos varicum curationem aggredi reformidare; verum ad hanc eliminandum tumorem

tumorem ea conducere, quæ ad melancholiā hypochondriacam melanholicamque insaniam consignata sunt: quinimò, varices præservare & liberare ægros ab omni morbo melancholico: hic enim morbus (varix) preterquam quod nullo modo periculosus, corpori insuper (sic ajunt) utilissimus est. Bellè, me Hercle! sed, si licet & pateris (lect. beniv.) tacebo horum auctorum nomina; ne ipsis videar gravis & ut aliàs, ineptam solummodò exercere criticam. Belle (inquam) me Hercle! quoniam ipsissimi hi scriptores, huic suæ assertioni mox subjiciunt; ut carentur varices cantè hic procedendum; si intempestivè tollantur varices insaniam, pleuritidem, renum dolores, hemorrhoidum fluxum, tuffim, sanguinis expunctionem, apoplexiā, cachexiam, hydropem adferunt: porrò; difficilem esse varicum curationem, docerē cum omnibus veteribus compendiosè Forestum & varicem morbum esse contumacissimum. Tu lector, artis chirurgicæ & simul pacis amans, dicta mihi, quæsto, verba, quibus sine horum auctorum indignatione & extra odium positus, liceat dicere, eos sibi non constare, aëra verberare & verisimiliter varices veros nunquam tractitavisse.

Sed apage verba! demonstrem potius, primò; omnem varicem curatu difficultem, secundo; ejus curationem accelerandam, tertio; corpori toti esse necessariam; quod si hæc probavero, habebo te (lect: beniv:) eosque scriptores mihi amicos: amant enim, ut spero, nobiscum, veritate n & ægrorum salutem.

Primò; ad primum, militant pro me ipsi illi auctores, experientia & quæ hisce prior tempore & jure est, ipsa ratio: quæ enim vis, ab inhærente sanguinis mole venæ accidit extendendæ, superat cutis resistentiam immensū, desiccantibus adstringentibus medicamentis; quinimò, nec ligaturis, aut pulvillis, partibus innoxiiis vicinis, coercenda; quoniam venæ interque partes adjacentes moliores recedendi seque extendendi datur opportunitas; cum itidem in varicū curatione, nunquam levi peracta, opus sit violentiore medicatione, igne, ferro; imò & hisce, in hocce morbo, nunquam aliquid boni efficiatur, patet, varicis curationem factu esse difficultem.

Secundò; ad secundum: acceleranda est, quæ fieri potest, curatio: tempestivè enim si non tollantur varices (teste ipso modo cito auctore) incurabiles prostant; tempestivè autem significat hoc loco, mox ubi erumpunt, mox ab ortu: inveterati enim multis secum trahunt morbos symptomataque varia; acceleranda ergo est varicis curatio.

Tertiò; ad tertium: Toti corpori varicum curatio necessaria est & maximè: totum enim corpus in quo varices deteguntur, pericitatur dirisque exponitur morbis (Vide supra eorum elenchum) varicibus vero ablatis, hic metus omissus absit; ergo, varicum curatio (totum namque spectat corpus) toti corpori necessaria; festinemus itaque eam tueamurque totum corpus contra infetum, toti corpori, prædictum morborum agmen.

Suppono (ut brevius rem ipsam expediam) methodos curandi varices, ab veteribus atque neotericis descriptas, notas esse nimium, quam ut illæ ab me singulatim & quasi ex proposito recitentur: tentavisse, nempè, eos adstringentibus remediis, ligaturis, incisionibus, pertusionibus, transfixionibus, extirpationibus, ferro auroque ignito, huncce superare atque curare morbum, præscriptâ insuper conveniente diætâ, memoriae proditum extat luculenter; quam parum autem frugis in curando vero varice, ex hisce mediis, hauserint cum medentibus varicosi, docent & doent omnium temporum monumenta medicō-chirurgica.

Sed en, Deum ē machina! sed en, qui agenti & patienti omnem adimat sollicitudinem ac difficultatem felicemque catastropham huic adjiciat tragœdiæ, CAROL: MUSITANUM: is enim gloriatur de curandis varicibus pag. 99. His verbis: *nos expertum habemus remedium, ad varices curandos, quod nunquam nos felici defrancavit eventu, hoc est bryonia succus, qui sanguinem ingurgite stagnantem, fluxilem reddit, venam dilatatam corrugat, priuinoque statui restituit.* Miror hominis jactantiam & temerarium assertum, edictus multaque experientiâ certus, isto succo ecchy-
mosin

mosin maculasque quasdam cutaneas dissipari : sed varices veroz
hocce remedio, æque minus ac Dæmones monachorum exorcis-
ticis imprecationibus carminibusque, aut futilibus lustrationibus
expelli fugarique. Posthabitis hisce & aliis nugis reliqtisque in
integrum aliorum tentaminibus, appendam artis trutinae meam,
non infelicem & hoc tempore inspiciendam varicis curandi me-
thodum, de qua, ex narratione inchoata pag. 78. & jam nunc
absolvenda, velim statuant renuntientque, quod ipsis videbitur
æquum, medico-chirurgi. Præscripta convenienter vivendi me-
thodo, toti genu injeci *emplastrum defens. Vigin*: sed ad modicam
duritiem concoctum ; ut partes varici vicinas contra corrodentis,
tumori applicandi, medicamenti vim tuerer unoque in emplastro
haberem simul, ut vocant, agglutinatorium & inflammationi
resistens : foramine emplastro huic inciso, ad varicis magnitudi-
nem, ei imposui *butyro antimonii madens carptum* (plumaceolam)
hujus tamen circuitum carpto, *aq. lithargyricā* consperso, ornavi
intraq: limites compescui, non neglecta ligaturæ, modicè compri-
mentis adhibitione.

Accedens, post aliquot horas ad ægrum, conquerentem de
intolerando dolore, videbam totum apparatum multo madere
sanguine, partim fluido, partim concreto solutisque ligaturis,
tumorem partim crustulâ obductum, partim rimulis perscissum:
ex quibus, levi digitorum compressione, quod potui, expulsi
sanguinis penicilloque denuò *butyrum antimonii* iis & toti tumori
inspersi, illinens lautè *ung alb. caphur.* partibus vicinis ; ullo
sine motu pedem seque in lecto detinuit, hoc die, æger; poste-
ro, linteamina quidem extus conspurcata, liquore sanguineo;
sed, iis resolutis, varicem incrustatum, nigricantem partesque
vicinas nullo modo corrosas ipsumque ægrum doloris patientem
observavi: ut ergo incepi, perrexii, usque in quintum diem, quo
mihi tentaturo spatulâ escaram elevare, magna obstitit sanguinis
effusio, quam tamen pulvere meo siptico suppressi, supercedens
per biduum cæteræ & omni disquisitioni; nisi quod sensim re-
laxarem ligaturas. Prudenter iterum ablato apparatu, crustam

inveni duram ac nigerrimam, omni itaque molimine eam augere studui & eo quidem cum successu, ut intra decem, aut duodecim dies, pertusâ interim primo puncturis, deinde incisionibus (scarificationibus dicunt) escarâ adhibitisque de die in diem, supra memoratis mediis, conservatis partibus vicinis, eam totam de fundo separarem, nullâ in sequente hæmorrhâgia; ulcere ritè purgato, id porro instar plani, comprimendi & consolidandi, tractitavi eique, conservata genu mobilitate, tandem cicatricem probam injeci; ab quo tempore æger, doloris expers & ex hoc experimento multum spei concipiens, non desistit me precibus efflagitationibusque prosequi; ut cæteros varices, indies incrementum capientes, eodem modo, quo descriptum, amoliri, vel intra limites compescere, tentem: quod, ut supra retuli, mihi in animo est: ausu ergo dicam, an spe, si excidam, sciolorum fugillationibus non vapulabor meritò, neque temeritatis accusabor ab artis Churigicæ peritis hujusque historiæ æquis lectoribus, utpote, qui secundùm rationem & artem, proximo laboranti succurrere, pro scopo habui unicè; dicturus, data in collegio meo opportunitate, corrosiva & escharotica diversè applicanda & de eorum & in specie butyri Antimonii usu & abusu, in morbis medicamentis acrioribus chirurgicè tractandis; adhibitus illi dissertationi eorum varia exempla observationesque multiplices.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
SEPTIMA;
DE
OCULO PURULENTO.

Vest de OCULO RURULENTO (*Hypopyo*) cuius variae statuuntur species & denominations, respicientes propriam, vel comparativam vocum ὑπὸ & πύον significationem, distinctè meam aperiam mentem, subjiciam primò; hunc affectum distinctum ab sic dictis suis speciebus, examini sedulo, ne cum aliis & inferius describendis ejusdem tituli morbis, ut plurimum solet, confundatur.

OCULUS PURULENTUS est liquoris oculi lymphatici, ab causa interiore, infra membranas bulbum constituentes, impus mutati, collectio; apparens per corneam, nunc cum magna, nunc cum parva hujus; imò & vicinarum membranarum in totum, vel ex parte, protuberantia; quæ, si pedetentim sensim que ceperit incrementum, intensi non est; si verò citò emerserit, intensissimi doloris, cui accedunt in primo casu, visus obfuscatio, in secundo, visus abolitio, externarum oculi partium inflammatio & intumescentia, quarum comites febres totaque earum molestissima & fida turba. Hic morbus curatur nunquam sine visus abolitione, ut me cum ratione docuit, mea ab multo tempore praxis & singularis hujus morbi observatio: pus etenim vulneribus partibus oculi vicinis inflictis aliquique morbis agitatis, in oculi bulbum posse effundi, verum est; non autem verum est, inde OCULUM (ad titulum) PURULENTUM confici,
sed

sed an & quoque, respectu visus, hæc symptomata sint curabilia? docebitur inferius.

Completo huic morbo, qui dissipantibus, aut maturantibus in-vel externè adhibendis, resistere mederique conantur, accizare & olerum additamenta apponere mihi videntur; dissipari, aut fugari cum pus nequeat ipsaque maturatio partibus interioribus tenerimis devastationem ipsique morbo morbum superaddat novum, priore nocivorem; in Chirurgiam itaque medenti sit refugium?

Etsi verò ab multis pertundendi corneam, hoc aliisque in casibus habeas methodum, sine tamen (*leit: Chirurgo-phile*) uti eam, secundum me, te doceam & tu videsis, eamne correxerim eique utilitatis aliquid adjecerim? vel non.

Ægro firmum occupanti sedile, luci exposito, fasciâ pulvilloque oculo ab morbo non infestato, obvelato, affecti verò bulbo, Chirurgi digitis, vel speculo confirmato detentisque ægri manibus, pertundatur tumor parte circuli iridis inferiore fiatque per adnatam scleroticanque ad- & per corneæ limbum apertura: Instrumentum, quo, sit scalpellus (de alia quadam scalpelli figura mox) in formam rostri passeris acuminatus: de internarum quippe partium conservatione, hoc in casu, inutilis est sollicitudo, ut-pote jam nunc deperditarum dispositione & usu. Motu, sed leniore, quam est possibile, omne pus & peccans latex eliciendus est, quod sanè in aperiundis omnibus tumoribus idem non obtinet. Moneo vulnus per limbum corneæ tantum esse infligendum & non ulterius estque mihi hujus asserti suasorum hoc argumentum, primo; hiare hoc modo vulnus fatis, secundò; pellucentiorem electro corneam, hac methodo, ab foeda libera-ri cicatrice & quasdam pristinæ diaphanitatis postea conservare reliquias: nam lens crystallina & ipse liquor vitreus hoc in morbo quidem vera destituuntur dispositione & sic vero usu; sed ta- men saepius non liquecant bulbūmque oculi tenent distentum; quod si verò in liquorem solvantur, unā cum pure per vulnus eliminari possum. Medicamenta afflictæ parti abhibenda aliaque hoc thema spectantia, prostant in sequenti observatione.

Multos

Multos jam ab hinc ante annos, duxit me Vir quondam Consularis J. SIX, artium nobiliorum antistes, Amstelæda mi in fossam (vulgo) **de Geldersche Haap** / ad œnopolam, cuius decem annorum filius ex hypopyone laborabat insigni. Ex parentum relatu accipiens, infensissimos post totius exterioris oculi dolores inflammationesque, cecidisse puerum in bulbi intumescentiam deque die in diem augmentum cipientem protuberantiam, cum visus primò obfuscatione & postea abolitione, fuisse ei seftam venam, alvum solutam atque cataplasmata varia in oculum adhibita: intelligebam deinde ab Chirurgo, me monitore, advocate, ea fuisse de maturantiu in genere, utpote *ex radicibus liliorum*, quas, cum multis, calidas credebat, *unguento Basilic. far. lin. fruct. fic. &c.* composita; apta, nemipè, nata, qui in ocu lo latitabat, tumorem ad maturitatem promovere. Æger qui, decimo die ante cataplasmati hujus applicationem, acus apicem ab ejus capite discernebat, jam corneam albescensem intus, pupillæ vestigium nullum atque visus ne specimen quidem obtinebat, eminente, de ossea orbita, toto ocu li bulbo & prolapsu minante horrenter: vociferante, instar furiosi, ægro, parentibus renunciavi visus conservandi, recuperandive nullam spem supereruisse, versari imò ægrum in vita discrimine; ni illico pertunderetur oculus. Operationi ob stabat Chirurgus, urgens & instans apud præsentes; esse tempori committendam aperturam, quasi tenera pars corporis, oculus, non admitteret ferrum; cui ego, egisse eum maturationem promovendo pessimè scarabeumque vocavi aquilæ obstetricantem. Consentientibus, secundo die; parentibus pertusionem, præmonui eos, esse mihi tantum in animo, puero vitam & ejus oculo conservare formam; non vero visionis munus, ut pote desperatum; claudi quippe pal pebris

pebris jam nullo modo ab aliquot diebus poterat; dictum, factum, methodo quâ, monui supra: de vulnere parti inflito ruebant mox pus, lema, limpida materia, membranularum striæ ac sauguinis aliquid. Toti injeci oculo, quod sequitur, medicamen;

2. Medulla pomorum putrefacta. 3ij.

Croci Britt. 3j.

Land. opiat. gr. v.

Aq. hordei & mic. panis albi q. s. pro Cataplasmate, Inter linteamina tepide oculo adhibendo.

Uno hoc die ter oculum inspexi, nequaquam neglecto Cataplasmate prædicto; ter oculo leviter compresso & pure ab eo expulso omni, inspersi lactis (sic dicti) virginis tepidum cum linteis & pulvillis laticem, cuius formula hæc est;

2. Aceti acidiss. lib. i.

Concoquat. cum 3iv. Litharg. aur. Colat. adde-

Rad. Rub. Tinct. 3ij.

Sacchar. Saturni 3j.

Caphura gr. v.

Ebulliant leniter per hora quadrantes, filtrant.

Colatura conservetur in usum..

Vesperascente, dolore sedato, altissima ægro beato quiete: & iterata saepius ea nocte medicamenti adhibitione, expetiebar, in ipsius diei diluculo, rerum faciem felicissimè mutatam: continuo itaque medicationem usque ad insequenter vesperam, quâ eum, qui clamoribus contrastaverat totam familiam, subrisu & blandimentis eam exhilarare totam, gaudebam. Doloris expertem ægrum oculumque ejus de hora in horam in orbitam recedentem, cum viderent

parentes, nescio, quæ non fausta, de visus recuperatione ominabantur; omni verò expulso pure ulcerosoque consolidato vulnere, prognosin meam probavit evenus: amissum namque omni visu, oculo absuit deformitas; nisi quod per corneam subluridam interioris suppellestilis (puta) iridis quædam & ligamenti ciliaris, non verò ipsius visus, vel minimæ quidem apparerent reliquiæ. Observatum ultimò volo, hac in curatione genis excoriationem, vulneri excrementiam ejusque labiis indurationem nullam, cicatricem insuper planè lavigatam; Chirurgo verò famæ fuisse & mansisse fœdum stigma inscitiae & gravem imprudentiae cicatricem.

PURULENTUS itaque O C U L U S, ut supra descriptus; et si curetur nunquam sine visu abolitione, pertundendus tamen est tempestivè, in totius hominis & partium internarum qualemcumque conservationem: febre enim alias & vigiliis emaciantur ægri protuberante oculi bulbo & in prolapsum tendente; festinanda, inquam, pertusio & ultima mox experiri ratum; ut, omni amissu usu, ad minimum faciei decor conservetur vitenturque, quæ semper alias sequuntur, ulcera, stillicidia lacrimarum & liquorum, bulbi flaccidens, vicinarum partium excoriatio, ex quibus omnibus dolorosa & tabifica vita tandemque mors: ut in publicano, pertusionem non permittente, cum Clariss: Chirurgo AL: CYPRIANO expertus sum Amsteladami.

Hoc de O C U L O P U R U L E N T O, cuius sub specie veniunt primo; tumores purulenti purisque collectiones inter cornæ tuncia lamellas: secundo; puris purulentæque materiae collectiones ab lessis partibus vicinis, puta inflammatis, vulneratis, ulceratis &c. multo tumentibus pure, in oculi bulbum, temporis tractu, effusæ.

Horum autem morborum hujusque puris in oculi bulbo collectionis diversa cum sit causa, locus, sive pars primo affecta, curatio & finis ab præfato morbo, autome hosce morbos esse ha-

bendos pro morbis alterius & sui generis atque hoc respectu pus in oculi bulbo collectum, non esse nisi symptoma: oportet enim ut verbis utamur intelligibilibus & res proximè designantibus; si quoque partium affectus, cum sibi vicinis partibus commercium habentes in eas ruunt & laedunt postea; verò ab primarum propriis affectibus, nomine non distinguantur, unus sine alio distinctè describi, aut percipi non poterit & ipse Delius natator ne per conjecturam quidem morbi alicujus typum, historiam, aut rei assequetur statum: ut hæc omnia explicatius edoceam, agam primò; *de tumore inter cornea tunica lamellas oriundo.*

Hujus tumoris purulenti, vel saniosi descriptio traditur, ut a lios taceam, confusè ab J. V. MEEKEREN: in principio enim **PURULENTUM OCULUM**, ut **SOLINGIUS** pioſin & postea, ut ille idem **HYPOPYONEM**, describit; sed præstat meliora docere, quam perperam docta recitare & carpere.

Qui inter lamellas membranæ corneæ oritur tumor (*de arteriarum*, venarum nervorumque propriis tumoribus nihil commemo) duplicitis est generis; videlicet, ab effuso sanguine, vel extravasata & stagnante lympha; primus nunquam, altera semper in pus degenerat; inde primus tumor ex subrubro-livescente, secundus-albescente de die in diem magis colore, dignoscitur, utroque agnoscente causam in-vel externam: puta dictorum liquidorum, ab statu naturali, mutationem, vel vasorum lacerationem, rupturam &c. uterque extus propullulans; quinimò etsi maximus, modo hujus generis tumor sit, magno sine visus detimento, curatur; si curatio ad normam instituatur: hi, ut opinor, sunt illi oculi purulenti, quos cum PAREO & aliis, se, salva visione, curavisse noctericorum referunt quidam. Quod si tumores hi interius rumpantur contentamque materiam in oculi bulbum evomant, visum primò suppressunt, deinde vestigia suæ læsionis post se relinquunt majora, aut minora, pro materiae copia, sanguine, nempè, aut pure eorumque tempore, ab quo fuerunt retenta in bulbo, pro symptomatibus &c.

Hec

Hoc in affectu convenienti mox ab initio venæfctiones, cucurbitularum impositiones earumque pertusiones, medicamenta dissipationia, alvi laxationes &c. et si exterius emineat tumor livescatque ex albo, pro quibusdam solummodo horis, maturantia; si vero extus, intra biduum suapte distentione & vi non erumpat collectum liquidum, pus, saniesve, moneo te, Chirurgophile, properes; ne serius absolvas, ad tumoris per scalpellum apertioem; ne interiora perdantur, aut uvae membranæ postea sequatur procidentia; cornea extus quasi illæsa; sed heus! audi, cuius oporteat sit figuræ scalpellus quaque methodo tumor intrudendus; arcum, vel hominis linguam exprimat sitque anterior pars solummodo acuta; latera vero obtusa: ita enim ulterius, quam velis, non ruet; ne autem una; verum iterata incisione, per & in eundem sulcum, tumorem perfores observesque; si possibile sit, quæ jam in O C U L O P U R U L E N T O, de eligendo loco pertusionis & eliciendo pure commen-davi.

Imprudentis porrò mifii videtur, completissimam, ut ajunt, moliri & exspectare tumoris maturitatem: neque id solum hoc in tumorum; sed vero & in multorum aliorum genere vitandum, sustineo: optimo etenim cum successu tumores pertusi, praesertim urgente dolore, antequam undans me apertioem monere videtur contentus in tumore latex; ipso immo in tumore cedematoso id peragere vereor minimè; firmissimis hoc adstruerem dogma argumentis experientiaque multiplici, brevitati si non studerem, super-fdeo insuper iis hoc in scripto; ut ventilationi relinquatur nascaturque opportunitas.

Quæ ex hoc tumore (curabili, nempè, sine ullo, saltem magno visus detimento) elicitor puris quantitas, adeo exigua est; ut guttas sex, aut octo, pondusve dimidiij scripuli vix superet: quod si majore adfuerit copia, majori afficietur visio noxa. Hujus exempli si desideres (lect: beniv:), en habe:

Juvenci robustissimo ætatis xxir. ann., dolore correpto in-

fensissimo ex protuberante in punctum & albescente sub cornea distentaque adnata (re in antecessum agitata & perpensa cum Clariſſ. quondam Amstelædamensib⁹ Medicis, MATTH. SLADO & SAM. APOSTOLIO) pertus⁹ obliquè ab nasi regione, corneæ extimam partem: vulnere inflict⁹, mirabamur effluentis materiæ paucitatem: puris enim puri, puti arduum erat, vel unam guttulam exhibere, ei quoniam admixtus erat humor viscidus subruber ad guttas 5. aut 6. quem speravimus, obtinuimus tamen effectum, subsidente, videlicet, mox protuberantia, cedentibus medicamentis topicis anodynisque cum dolore febre vigiliisque, albumen ovor. cum alum. crud. conquaſſ. ſolut. opii & mucag. per expreſſ. coctor. flor. melilot. in aq. fænic. in initio, nobis uſui veniebant probè.

Vulnusculum per aliquot ſeptimanias madebat, ſtillante ex eo, nunc aqueo plus minusve rubro, nunc verò glutinous liquore, donec fotu ex vino rubr. gall. aust. & Rad. rub Tinct. iſte fluxus ſisteretur tandemque ei cicatrix induceretur ſequenti medicamento;

$\frac{1}{2}$. ſacc: ſatur: 3 fl.

ſief. alb: 3 j.

liq. Tartar. 3 j. m.

evaderetque æger curatus perfectè.

Tumorem hunc materiæ agitatione & motu potius ejus intestino, quam copiâ, dolorem hunc gravem excitavisse, pro explorato habuimus omnes: paucis quippe diebus orum & complementum acceperat.

Etsi porrò, ſecundūm quosdam, HYDROPTALMIA, HYPOPHAGMA eorumque ſymptomatā; quinimò TUNICÆ CORNEÆ LIVESCENTIA TURBIDULA, species OCULI PURULENTI dicantur, ab eorum tamen deſcriptione me abſtinebo, egredine, quos mihi pro-

proposui terminos, videar. Cùm autem SUGILLATIO (merito verumtamen echymosi adnumeranda) unà cum adjacentibus ipsam sàpè sapientius infestet corneam, ejus curandi brevem methodum huic annextere dissertationi utile erit facietque ad propositum meum aliquid; utpote in cuius festinatione, quemadmodum in Oculo PURULENTIO, omnis situs est curationis successus.

SUGILLATIONI, livedini ab exteriore percussione oculo suboriente, præscribenda adhibendaque actutum sunt remedia: hoc enim ni fiat; coagulante, nempè, sanguine & liquoribus extravasatis, compressis, contusis, collapsis, frigescientibusque vasibus vix postea resolvendis, restaurandis, fœda usque in ultimum quandoque vitæ terminum, nigredine partes consperguntur exteriores ipsaque visus acies; non sine totius visus periculo, obtunditur: quid in hoc morbo præstandum Medico-Chirurgo collige (Lect: Beniv:) ex sequenti narratione.

In prædio Loensi ab regio ostiario, mensarum præfecto, pugno percussus, illico intumescet, oculus, laborans brevi ex SUGILLATIONE ingenti: postero die (ita enim solet inter aulicos) lautissimo prostans æger cachinnantibus argumento: præ cæteris enim hic morbus cum infortunio homines ridiculos facit & contumeliis exponit, deserebatur ab ipsis Chirurgis, qui potius hoc malum riderent, quam ei medicarentur: coactus porrò fœdissimum coram Rege abscondere vultum & aliis se ulterius obtrudere aversans, ibat ad me, qui, quod sequitur, ei præparabam medicamentum;

*2. Rad: ir: flor: recent: 3ij.
cepar: contus: 3j.*

f. in lint: nod: 4: injiciendi &

macerandi in spir: vin: & ad partem.

affect: sapè sapientius adhibendi calidè.

est & aliud epith. cuius virtutem non semel expertus sum hoc in morbo.

U. sferc: columb: contriti in pulv: 3ij.

croc: Britt: 3j.

sal: volat: gutt: vi.

F. ut supra, noduli.

Qui post aures *cantharides*, aut aliud vesicantium genus nuchæ injecerit, vitium omissionis facile fugerit.

Primo hocce remedio intra biduum oculo totique faciei (ipsæ etenim genæ cum palpebris ad nigredinem livescebant) colorem restitui naturalem, eum quidem in modum; ut vel petulantissimus pedissequorum, quod rideret, non inventiret.

Crustâ tegi occultarique cerussâ, cretâ, bolo & albrumine ovi postea *SUGILLATIONEM*, lippis totamque faciem colore hoc modo mutari ab naturali, comicorum principi jam olim notissimum novimus. *salis volatilis*, *cum spiritu vini mixti penicilloque sigillationi tenuiter inspersi*, stupendum planè effectum atque successum expertus nuperrimè est juvenis fustibus pessimè exceptus & ante aliquot annos, amici alicujus mei, ex equo lapsus, stabularius.

Quod si mox ab principio sugillationi non occuratur, ipsius curatio quandoque est difficillima; ut meo periculo didici in homine Baccho pleno, cui genæ, buccæ, verbo, tota ferè facies inflata nigrescēbat; dormiverat enim ea nocte, quā ceciderat, aut alio forsitan infortunio male esset exceptus, in platea; tertio die ad eum vocatus, videbam hominem febre correptum trementemque spasmodica agitatione, toto corpore; venam itaque secandam judicavi; postea levi adhibito sudorifero sequens toti faciei injeci fomentum.

R. Herb. bismalv. m. ii.

flor. melilot. m. j.

sem. fœnic. 3*D.*

incid. concoq. in lacte dulci; exprim. applic. cum pan-
no molliore, cavendo, ne post crebrus applica-
tionem, partes frigescant.

Repetito saepius hocce medicamento & depulsa ex parte nigredine; corrugatis verò hic & alibi, cum palpebris genis, inspersi eis, quod in fine hujus dissertationis extat *ex liquore tartari* &c. medicamentum: hisce etsi de tempore in tempus faciei reveniret color ex luteo albus; naturalis tamen in integrum restitutus est nunquam; relictis cuti ex fugillatione multis maculis istoque colore, quo Javani tinguntur: in curanda fugillatione itaque actutum ad omnia simul accurendum; excipio autem applicationes viventium dissectorum columbarum & similium animalium, in nucham, quas ullo sine commodo, ad stipulatione & commendatione potius quorundam scriptorum, quam secundum rationem & experientiam, fieri sustineo. De dolorem sedantium familia *lac muliebre*, *opium in aq. fœnic. dissol. mucilag. seminum cydon. psylli*, *portulac.* rejicienda sunt minimè: suffitu & vapore herbarum fragrantium & sale refertarum volatili, dissipari concretos cum sanguine humores dissolvique in faciei superficie in sudores & liquamina, hausto interea *Thea*, vel ejusdem virtutis potionē, compertissimum est, internè adhibenda remedia de leniter sudorem promoventium & malactitorum oportet sint classe; constipata si ægro alvus, hoc modo purganda: plura ad hanc normam præscribi etsi possint; te autem (lect. beniv.) multorum remediorum farragine non obrutum; sed verò, selectis quibusdam, instructum volui, externè olea unguenataque pinguiaque, de cœtu remediorum, hoc in affectu, rejicienda, dictum est dudum.

Faciei ultimò decori, qui post curatam fugillationem studeat (& studeat oportet) inspiciat discatque ex Clar. WEKKERI *Antidot. general. titul. de unguent. faciem ornantib. varias in hunc scopum collineantes præscriptiones.*

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM

OCTAVA;

D E

EXCRESCENTIA,

Fœminæ derepentè inguini oborta.

Dixi nuper, me in pertractandis hisce exercitationibus moliturum, morbos, de quibus in iis agitur, examinandos artis Chirurgicæ peritis fistere: hoc enim modo differendo & agendo, minor erit verborum & cavitationum strepitus; minor invidis & maleferiatis opportunitas absentis rodendi famam (quoniam *omni medico & chirurgo casus inspiciendi & animi sensa proponendi, hocce in Collegio, facta est integerrima potestas*) minor de lucro comparando suspicio; sed verè major, vocatis in consilium viris honestis & doctis, dubio eventui securitas; major tyronibus utilitas; major denique probis mecum miseris opitulandi stimulus: en igitur (lect: ben:) Rhodus & saltus, en casus stupendus initio & fine.

Anno hocce MDCCIII: ipsis Kal: Aprilis, duxit ad me, WILHELMUS BEAUDOUX, Warmondae Chirurgiam exercens, MARRY TJE KORSZEN, ætat. XLVII. viduam, quinques prole beatam & quidem vice ultima A°. MDCC. Novemb. VII^{mo}. ab sex jam nunc annis, in inguine sinistro, gestantem cuti concolorem, doloris omnis

omnis expertem, in principio pisi; temporis verò tractu minoris castaneæ magnitudinis tumorem subdurum, circa mensis hujus anni Martii initium valdè extuberantem (ad ovi ferè dimensionem enim jam pervenerat) & continuò incrementum capientem: ad hujus inspectionem XIX. ejusdem mensis, prædictus BEAUDOUX vocatus, audita relatione, accrescere, nempè, hunc tumorem immensum, quotidiè sanguinem emittere aliquando ad quatuor, aut quinque libras, rei mirabatur statum eumque, post octiduum: rustica, pauper enim & ultra duo milliaria ab eo vivebat remota, præscriptis quibusdam stipticis ligaturaque comprimente, iterum vocatus, horrebat: ea enim brevissima dierum intercapedine hunc tumorem ferè rotundum 5. pollicum diametri & 8. longitudinis experiebatur; ego, elavo triduo, perlustrato eocum hocce casu, eocum cum sanè horrui, stupui maximique momenti & periculi renuntiavi; cùm autem hic Chirurgus solus & ægræ plures huic visitationi interessent consanguinei, iis, quantùm potui, persuasi, consulerent & alios hoc de negotio Medicos & Chirurgos statuerentque: in mora enim periculum monebam, de rebus peragendis, quantocyùs.

3tiò; Apr. denuò cum Chir. ALDERKERK & BEAUDOUX, rem examini subjeci observavique tumorem ad oculum quasi continuò augeri, nigredine conspergi, fætore & putredine superficiali corrupti; inquisivi sedulò in omnes mali hujus circumstantias, quo, videlicet, modo & pedunculo inguini adhæreret? quo effet de genere tumorum & sic porrò; brevi, convenimus sequente die horâ matutinâ septimâ, Chirurgi TORRENIUS, CONTENOT, ALDERKERK, VAN LOO, BEAUDOUX & quidam Med. Studiosi; quibus coram mentem meam de hacce excrescentia

& methodo, quâ, secundum me, curari, aut saltē tractari posset, explicai: esse, nempè, distentionem, excrescientiam glandulæ cuiusdam inguinalis, lato quidem pedunculo inguini inhærentem; sed tamen ad ejus interiora non pergentem; vicinas quidem partes tegentem, iis tamen (puta meatui urinario & aliis) non affixam: de causa, ut vocant, proxima, citissimam, post tot elapsos annos derepente hanc promovente extuberantiam, opinatus sum; glandulam hanc inguinalem, obstructâ arteriâ, primò induisse & mansisse eo in statu, usque dum magno accedente motu impetuque sanguinis, obstructio illa resolveatur, pertunderetur extensaque protensaque propagataque arteriarum glomeratione, brevi extrueretur, quam videbamus; excrescens: posse verò hoc modo paucorum dierum spatio formari magnum tumorem liquido demonstravi & exemplis de bubone pestilentiali, de fungo & similibus, defumtis, illustravi; huic sermoni alia adjecti eisque de methodo agendi in hunc tumorem; eum, videlicet, tutò non posse auferri escaroticis, inustione, neque incisione; sed verò in constrictiōnem qmnm esse collocandam spem: hæc & plura hunc casum in genere & specie spectantia, leguntur explicatiū inferius.

Prædictis ergo viris mecum sentientibus mihi auxilia-
trices præbentibus manus, injeci elevatæ undique & annulo
ferreo plicabilique coarctatae & ab abdomen, quantum fie-
ri potuit, avulsæ excrescens decussatim duo, cerâ oblini-
tâ, vincula linea (sericis enim potuisset forte percindi cutis
nimium citò) horum finibus adaptavi in utraque inguinis
parte, ex levi ligno torcularium, cuius cochleæ manubrio-
lum apponi curaveram; ut, pro re nata, versatili hocce in-
strumento, ad abdominis & inguinis figuram formato, ex-
crescen-

crescentiæ pedunculus arctari, aut laxari posset ad nutum.

Hocce die, suffulta, ab omni parte, pulvillis (compressulis) excrescentia, de hora in horam constringebatur, usque dum, ex dolore, judicaremus esse ab ulteriore coarctatione abstinentium.

5tò; Mane experiebar, omnia pro tempore meaque intentione sese habere benè ægramque & alvum & vesicam sine molestia exoneravisse; strictius ergo ligavi molem; vesperi autem, ne forsan inflammatione, aut gangræna partes vicinæ infestarentur, fœtor, planè cadaverosus, abigere tur ipsaque excrescentia desiccaretur, abdomini, addito spiritu vini, femoribus verò ipsique tumoris simpliciter sequens, corroborans dicunt & desiccans, inspersi fomentum:

24. *Herb. absinth. M. iij.*

Scord. M. iiij. majoran. M. j.

Rad. polypod. 3. spic. nard. 3ij.

flor. Rosar. Rubr. M. jj.

incid. coq. in vino Rhenan. aut Gall. generos; col. serv. in sum.

6tò; Inspexit mecum & Chirurgis ALDERKERK & BEAUDOUX (iis enim usus sum ex munere) negotium nostrum Clariss. Medicus H. OOSTERDYK SCHACHT renuntiavitque, perlustratis discussisque omnibus ad rem facientibus; ab me agi secundum artem exitumque mecum dubium; sed verò hac una methodo premendum urgendumque, statuit.

7mò; vidi excrescentiam putredine corruptam, gravi magnoque cum fœtore nigrescentem; dormiverat autem ægra satis benè constrinxique iterum vincula firmiter;

8vò ; Accipiebam, ægram, præ dolore, hac nocte fuisse inquietam, insomnem, alvum non deposuisse; vesicam verò sæpè sæpius; sed tamen sine molesto dolore, pulsu itidem generumque rubedine febrem denotantibus, injici ano curavi *suppositorium*, quod circa meridiem intentioni meæ satisfecit: sitibundæ quidem aliquid potionis præscribere volui; verùm illa ad medicamentorum titulum, eam testata est ab iis aversionem; ut potius iis supersedere, quam ea, hac hora, urgere, ratum duxerim.

9nò ; Iterum omnia è voto succedebant, utente alimentis, non sine appetitu & hilaritate, ægrâ observavique circa vincula pus cutimque perscrissam; ulceri itaque huic, *ung. digest.* calidè applicari curavi.

xmò ; Dormiverat in utramque aurem patiens tota ferè nocte: hoc die abstuli excrecentiæ flaccidam luridoque-nigerrimam insignem partem.

ximò ; Nobiscum convenerunt Chirurgi TORRENIUS & LE M A I R tentavique vincula constringendo, totam avellere de corpore fœtentem molem; sed stillitantibus quibusdam sanguiferis vasculis puri puti sanguinis aliquot gurtulas, me ab hoc proposito abstinui constituique; ut ab initio, prudentiæ & temporí rem committendam totam.

xiimò ; & xiiitiò ;	{ Ægra & omnia fese habebant ad normam artis nascebaturque mihi jam nunc boni eventus firmior spes; affirmavi & non vanus vates prædixi, nos in portu na- vigare.
---------------------------	-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

xivto ; Vedit mecum Doctiss: Medicus, W. MYLIUS,
quem

quem habuisse discipulum gaudeo & Chirurg: ELLINKHUYZEN, totum ad vincula circulum, ulcere circumscriptum puro abdomenque femoraque ab naturali dispositione, nullo modo, mutata.

XIVTO; Et ita duodecimo, ab injectis Vinculis, die, (me absente) solvens, cum fascia, apparatus, Chirurgus ALDERKERK, unà totum vidit solutam de inguine exscentiam inguinique ne vel minimum quid ejus restitare, aut sanguinis effusum; ulceri itaque detergens, mixtum vocant, adhibuit *unguentum*. Vesperi (fateor summa cum voluptate) ægram lætitia exultantem remque ipsam in vado comperi.

Constitueram, postero die, in avulsam hanc molem anatomicum instituere examen; sed tantus ei erat fœtor, quantus, ne per minimam quidem horæ partem ab naribus sustineretur: quod tamen obserware potui, est, massam hanc glandofeo-carneam, uno constitisse corpore, ejus excepta parte pudendæ proxima: hæc enim sulco distincta singularique circumscriptione notata videbatur; hinc statui unam majorem, duas porrò, aut tres & quidem temporis interventu, hocce morbo fuisse infestatas glandulas; duæ tamen minores, versus ilia & naturaliter constitutæ adhucdum inveniuntur:

XVITO; { Eousque ulcus depuratum obser-

XVIMO; { vavi; ut,

XVIIIVO; Misera nuper, plenissima nunc fruens valetudine ad consanguineos suos, in pago VOORHOUT degentes, abierit: ulcus autem cicatrice obducendum, Chir: BEAUDOUX, irtote huic loco proximiori, tradi-

derimus quodque eo cum successu peregit; ut XXV. maxima parte & 3^o; M. Hujus Maji, illud in totum consolidatum invenerimus, adjecto solummodo inguini puro, cum fascia, carpo.

De fasciis ab me usurpati nihil commemoro: suspensoriæ enim in initio & retinentes apparatus postea fuerunt tantum.

Observatum autem volo, ægram medicamentorum, ne vel unum unicum assumpsisse, per os, granum.

Habes (Leet: Beniv:) rei feliciter peractæ historiam; quæ autem (ut supra monui) cum Chirurgis & studiosis medicinæ in antecessum communicavi, duo erant, nempè, cogitata mea de hocce morborum genere & methodo illud tractandi; professus, me statuere, tria dari carnearum excrementiarum genera darique, hoc ex systemate, tria carnis genera, musculosum, glandulosum & specificum; sive fibrosum, vasculosum, lamellatum.

In musculoso obtinere verum SARCOMA, assurgens una & æquali superficie, cuius margo, temporis tractu incurvatur, circumvolvit, invertitur & tandem oculum latet: in eo curando probè usui venire cauterium (quod vocant) actuale; potentiale verò minimè: abscissione porrò, incisione, neque ligaturâ hocce posse extirpari malum, affirmavi; nisi (quod in extirpatione mamellæ feci saepius, ejus pedunculus unà & simul, cum parte musculi, ex quo ortum duxit, abscindatur: hoc autem quām quibusdam locis factu sit difficile, pronuntient veri Chirurgi; addidi, incisione hoc modo non instituta, SARCOMA citius violentiusque excrescere & propullulare; insuper vinculo, ligaturâ, non posse auferri, cum infra excrescentiae Principium, injici tumorique illa adhiberi nequeat.

Glandularum carnearum systematis excrescentias duplices prouintiavi generis; congregatarum, nempè, una mole & circuitione; conglomeratarum verò variis sulcis, protuberantiis fissurisque divisa, erumpere.

Ad hasce auferendas, rejecto utroque cauterio, commendavi cultrum (incisionem) & ligaturam, usus exemplo abscissionis mammarum, glandularum tum axillarum, tum inguinum, uvulae &c.

Contra hanc doctrinam, ex Chirurgis quidam movit dubia & fortiter & amiciter, contendens, escaroticis glandulas carneas scirrho; imò exulcerato & carcinomatè infectas, mammam, papillam, uvulam, &c. posse curari; cui ego, me nunquam; nisi in principio morbi & una, aut altera, tantum, glandula laborante, cum optando eventu, illud tentavisse, aut ab aliis tentatum vidisse demonstravique eandem illam curationem tutius & citius incisione & ligaturâ potuisse fieri & escarotica post infelicem harum partium incisionem, scirrho non probè extirpato & repullulante &c. solummodo locum obtinere; retuli porrò me cum famigeratiss: medic: Chirurg: (sit leet: ben: huic digressioni venia) Burcinac: &c. dynast: ad extirpanda prædicta mala ut plurimum escaroticis nunc exterius ad extruendam crenam, ferrum postea excipientem, nunc interius & ad finem usque utente, hoc de lemmate, quondam seruisse sermones, postquam mamellæ scirrhosæ extirpationi, ab me incisione peractæ clanculum & nisi post actum facièt enus notus interfuisset meque èo eum, pro mea causa dicendo, duxisse & presuisse angustiarum, ut pro omni argumento solummodo diceret; *age tu pro consuetudine & methodo tua;* ego tamen meam excolam; quærens tandem omne effugium in aquam suam quam (lesch-
of blandstellend water) dolores & inflammations sistentem appellabat, asseverans hocce suo Arcano, escarotici sui etiam Arcani sœvitiem ad lubitum possè moderari, frænari & cum tempore hoc modo, sine dolore, aut hæmorrhaga, scirrhos cancrosque curari; cum autem postea hæc aqua causticumque hoc Orbi innotuerunt, compertum est, fuisse lac quoddam (ut ajunt) *virginis*, cuius formula satis jam est cognita & *mercur: sublim: corrosiv:* sed quādam larvatus massâ gypseâ: quapropter multi mecum sunt suspiciati, cum terribili sub titulo cancri leviores glandularum indurations &c. (nam de ulceroſo carcinomatè, ne unum quidem exhibuit exemplum) hoc remedio excepisse & curavisse.



Quàm

Quàm malè escaroticis; præsertim ol: vitriol: uvula, torfillæ &c. & quàm probè ligaturâ & incisione excrescentes auferantur; primum matrona nobilis hac in civitate experta, adhucdum dolet & secundum; *Hagæ comitum Juvencula quædam lactatur,*

Tertium carnis genus, quod constituit glandem penis, ginvivas, &c. cum frequentissima; imò ab nativitate hominis habeat excrescentias, docui, pro opportunitate escaroticis, ignito ferro, incisione, ligaturâ, verbo, vario modo, posse deprimi, coërceri; auferri.

De fungo (excrescentia subitanea in corpore animalis, alio nomine aliquando hypersarcosi) Sustinui, estè ex arteriis lœsis, aut ad earum extremitates, tono perditis, succi nutritii profluvium, cuius prima guttula tubulo arterioso adhærens, sequente alia, protruditur; sed tamen huic adaptata atque cum ea, vivificante subtiliore succi nutritii portione dotata, vivit & hoc modo in sequente una effusione succi nutritii alteram, porrò fieri hanc excrescentię Pseudocarneę speciem.

Pro ulteriore meæ hujus opinionis astructione, duxi in medium omnia illa phænomena, quæ in FUNGO prostant quibusque ille ab SARCOMATE, GLANDOSIS & TERTII GENERIS CARNEIS EXCRESCENTIIS, distinguitur, ut; initio digito, linneo, carpto &c: posse abstergi, removeri instar glutinis; albescere; quinimò etsi tractu temporis subrubrum, vel lividum obtineat colorem, induruerit variisque ab latere, ornatus fuerit sanguiferis; eum tamen fibris nunquam instructum carneis, vasis ab ortu, aut lamellis apparere: inde collegi fungos, mox desiccantibus & comprimente ligatura; postea verò vinculo (intellige simul ligato fonte, arteria) aut actuali cauterio debere auferri: de abscissione docui eam, minimè convenire, utpote quâ morbus potius augeretur, quàm corrigeretur: de escaroticis itidem, hoc in symptomate omne conamen esse irritum; nam unâ coniectâ escarâ eâque separatâ, secundâ opus est; propullulante interea de fonte, fungi materia & alimento: videntur mihi cum Sisypho saxum volvere, qui hoc opus aggrediuntur: problemati huic, assentiri nemo negabit, qui ab ulceribus, dictis hypersarcotico-impuris, ab mola

mola &c. fungositatis & citissimæ excrescentiæ probam petiit fungi & aliarum excrescentiarum comparationem: quæ enim materia, fluidum quod, ulceri huic, de hora in horam eximo adfluit eique adhæret, dicitur quidem (sed falso) caro; sed verò nec genere, nec specie est: nullæ etenim carneæ, hacce in pseudosarcosi, deguntur striæ: verum quidem est, ulcere neglecto ac diutius sor- descente gluten hoc duritie & colore quodammodo carnem, potius spuriam, carni similem massam fingere; sed tamen ritè examinatum, nihil minus, quām carnis vestigia relinquere inspicienda; sic de mola, polypo & aliis.

Fungositatem hanc, ut curetur, usque ad ipsa ossa, cum quibus, ut plurimum, ei commercium est, debere abstergi scalproque abradi ipsa ossa & in totum crudescere, notissimum novimus: hujus generis ulcus, ante aliquot menses, in hujus civitatis nosocomio studiosis considerandum proposui.

De glandulis vesicularibus nihil memoravi; et si sui generis potuberantias excrescentiasque patiantur frequentiores: de carneis quoniam excrescentiis agere, pro scopo, hac in dissertatione habui tantum.

De excrescentiis cutaneis censui, eas esse de glandoso - carneo genere atque proinde eodem modo, cum iis hujus generis; quamvis in aliis corporis locis, tractitandas extare: de verrucis tamen aliisque quibusdam cutaneis tuberculis, cum diversa, ab communi, mea sit opinio atque illa meum hoc thema directè spectare non videantur, differam brevi ex professo.

Restat (Lect: Beniv:) ut enarrem, quid me moverit, quare vinculo, non verò alia methodo, hanc excrescentiam auferre constitui.

Primo; cauterio actuali posse desiccari, perurive eam, salvo, cum inguine, abdomine, nostrum nemo, vel proposuit: nota nempe, nimium imi ventris tenera tendinosaque dispositione, quām ut rudiori huic exponi posset medicationi.

2dò; Quare escaroticis uti ratum non videbatur, ratio non erat una; sed multiplex. 1mò; major erat excrescentia, quām ut iis consumi, sive in totum necari posset, priusquam ex ipsa hac me-

thodo toti corpori noxa induceretur & vitæ periculum. 3tò; ac crescente indies tumore observabam eum jam multo latice & sanguine hic & illic madere, quapropter de escaroticorum vi, hoc in casu, nulla mihi erat expectatio; adde 4tò; quæ supra circa fungi curationem dixi de extruendis & solvendis continuò escharis.

5tò; Cultro, incisione sanè ad excrescentiam nullus patebat tutò aditus; basis item excrescentiae latior erat firmiusque inguis cavitati inhærens, quam ut incisione posset extirpari; huic rationi adjice instantis hæmorrhagiae periculum vestigiaque ejus, supra memorata, me terrentia; vinculo itaque descripto, Deo adjuvante, opus hocce magnum peregi tutò, citò & jucundè.

Ultimò; ut probem, me verbis non inhærere & suum Antiquitati semper tribuere honorem, concedo facile SARCOMA esse horum morborum quasi genus; cæteras verò carneas excrescentias, ejus species, aut classes: modò meam de curatione doctrinam & agendi methodum approbaverit peritorum calculus.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
NONA;
DE
VERRUCIS.

Morbos quosdam, si eorum definitiones descriptionesque examinemus, nomine inter se se; non verò re & vice versa convenire, docet VERRUCA, utpote, cuius sub titulo, diversissimos ab ea, tumores morbosque recensent auctores.

Sive itaque VERRUCA ab eminente de monte loco nomen habeat comparativè, sive aliis rebus, puta vestium cuidam generi, vel in cultis hominibus, ex sua similitudine, nomen dederit, id ipsum nomen VERRUCAM non exprimere, constabit ubertim: datur enim VERRUCA (taceo alias) plana, lævigata, glabra, clavum mentiens; ut inter digitos, in vola manus, planta pedis aliisque in corporis partibus, videre est; sed missa faciamus nomina comparationesque, videlicet, claudicantes omnes videamusque potius, quid, in hoc usque tempus, hocce de tumore ejusque essentia, renuntiatum sit ab medico-chirurgis & an parte affecta, non cognita, ejus curatio rationi potuerit esse convenientis?

Ut singulorum auctorum nomina non commemorem, hic VERRUCAM definit, ex crescentiam carneam, fungosam, vel sylvestrem, sensu expertem, cuti concolorum, statuens ejus causam, et affiorem sanguineam materiam, quam robustior calor de toto latice

sanguineo separavit : ille, melancholicos, terrestres & phlegmaticos inculcat humores : neque desunt, qui VERRUCAM ex secco vere alimentitio ; sed vitijs, poris cutaneis infarto & tandem propul lulante extra solidas fibras, ortum ducere contendunt : sunt & qui eam ab externis injuriis, puta vermibus, araneis, fimo, sale leniter corrosivo &c. poros cutis intrantibus succumque naturalem vitiantibus generari & germinare sustinent.

Hæc ut figmenta (esse namque figmenta demonstrare mox conabor) exornent suasque tegant hallucinationes, confundunt cum VERRUCA varias excrecentias carneas tumoresque fungosque varios ; exempl: gr: Thymum, Sycosin & alios, de quibus latius infra.

VERRUCAM, non quod ab auctoribus est dictum ; sed vero esse papillarum nervearum cutanearum excrementiam, oculo apparebit, insipienti eam, armato, distincte ; ad oculum autem hæc cum possit demonstrari veritas, ab ea omne abscindo inutile verborum plurium syrma ;

Quia vero hasce inter papillas cumque iis aliquando glandulae, protuberant luxuriantque cutaneæ ; variae conspicuntur quasi VERRUCARUM species ; cum ipse tamen morbus solummodo in praedictas papillas vim exerceat suam & VERRUCA, propriè loquendo, carnea, vel glandulosa sit nulla eoque in casu mixtum quoddam extruatur excrecentiæ genus.

VERRUCARUM varietates in magnitudine, colore, figurâ &c. querere, laboris videtur infructuosi ; quoniam hæc & similes varietates, differentiae & distinctiones ipsam morbi essentiam non variant atque pro tempore mutantur ; pro leco tamen atque proinde respectu methodi medicandi, VERRUCAS differre inter se, docebitur inferius :

Orbicularis itaque, vel sessilis sit, lato, vel tereti pedunculo inherens, asperitatibus una, vel pluribus, magnis, vel parvis VERRUCA assurgat, vel multa pressione, vel crebra frictione obtundatur, modo una, vel plures papillæ nerveæ cutaneæ cuticulam perforando ultra suos limites extuberant, VERRUCAM constituunt.

Glandulæ quoque cutaneæ; et si non raro protuberent, aliud tam ex crescentiæ genus (ut statim innui) efformant, abeuntes in callosam duritiem nunquam.

Qui porro clavum, spinam cutaneam, vel nerveæ tunicae calum VERRUCAM nuncupant, vel ad ejus speciem revocant, non magis eam habent perspectam, quam qui eam schirrum pronuntiant.

Colligi ex hisce poterit facile, acrochordonis & myrmeciae nomen ejusque morbi essentiam, cum ea VERRUCÆ nequaquam convenire; Morum itidem, Cristam, Ficum, Mariscam & in primis Condyloma, ad carneum suum luxurians genus esse referenda patentque harum excrescentiarum differentiæ inter se, ut & cum VERRUCA, tum ex iis, quæ in PRÆCEDENTI EXERCITATIONE statuimus, tum ex ipsa VERRUCÆ descriptione.

Verumen inverò, tametsi in partibus pudendis quoque VERRUCA quandoque afflurgat, illi sanè cum spurcissimis & ex mala Venere ortum ducentibus excrescentiis, dictis (præter nomen) VERRUCIS, commune est nihil:

Nam PRIMÒ; foedæ istæ & obscoenæ, tumentes citò, ex crescentiæ madent mox ab earum exortu fœtentque deinde horrenter; VERRUCA non.

SECUNDÒ; putidæ hæ protuberantiæ mittunt suo de corpore continuo sanguinem; VERRUCA nunquam & quod sanguinis circa, vel de VERRUCA fluere aliquando ob observatur, non de VERRUCA; sed verò partibus ei vicinis laesis, vel eâ ipsâ ultra & per basin lacerata, hauritur.

TERTIÒ; turpes hæ excrescentiæ de die in diem, medicamentis sedulò non adhibitis, de malis abeunt in pessima semper; VERRUCA verò sèpissimè, nullo adhibito medicamine; quinimò, ulla sine cicatrice, curatur.

QUARTÒ; prædicti tumores gangrænâ & Sphacelo, sive putredine corripiuntur pro parte, aut toti facilè, indurantur.

tur verò nunquam ; VERRUCA è contrario prioribus symptomatibus nunquam , posteriori , imò & incurabili-
ter , exponitur semper.

QUINTÒ ; schirrhosa VERRUCA extitit nunquam , utpo-
te quæ in glandularum carnearum , vel vesicularium neu-
tro versatur systemate atque schirrhus aliis in partibus fie-
ri nequit.

Operæ pretium non videtur (*Lecl: Beniv:*) te moneam demoti-
stre in palpebris grandinum & mixtum hordeolorum genus;
quimò , vesiculas lapiðosâ materiâ turgentes cuticulæque assur-
gentis induratas scammulas , ab quibusdam ; sed & imperiti , pro
VERRUCIS haberí ; cum hi tumores & protuberantiae distinctū,
viro medico-chirurgo , satis sint faciles.

Quod tamen tecum (*Lecl: Beniv:*) DE VERRUCIS , prius-
quam earum curationem describere aggrediar , communicandum
habeo , est;

PRIMÒ ; me , ex multa observatione Anatomica practicaque
mea Chirurgica , compertum habere , juniores homines , præ-
fertim pueros , hocce malo ; senio verò confectos , nunquam ve-
xari.

zdò ; VERRUCAS dolorificas & contagiosas esse ramosas easque
non solum superiùs ; sed & inferiùs ; imò , usque in ipsam membra-
nam muscularum communem , extendi.

3TIO ; VERRUCAS omnes hiemali felicius , quàm ulla alia an-
ni tempestate , curari.

Ne autem hæc à posteriore solummodo longaque praxi tandem
& tantum posse comperiri videantur , adjiciam hisce assertis , mea
in singula hæc observata , cogitata & rationes , quæ , quod sup-
pono , docere & adstruere , quoque à priori , videntur plenissi-
mè.

AD PRIM: cum VERRUCA sit morbus , sive excrescentia
nerveæ molis , vel nervearum papillarum cutanearum (quod ad
oculum est demonstrabile) mirum non est , in pueris juvenibus-
que (lauta quibus largaque succi nervum concomitantis est copia
nervi-

nervique ipsi sunt moliores) eas luxuriare; in senibus verò, quibus nervi hocce liquido destituti, rigent, non oboriri & inventi.

AD SECUNDUM: illæ etenim parti infiguntur admodum sensili, unde motæ, quod cum cute ferè continuò fit, doleant, oportet maximè; adde ad earum circumferentiam liquidi, ab stagnatione, acrioris quid, vicinis, aut plurimum tum, stillitare de partibus inflammatis: pono itaque VERRUCARUM contagium non tam in ipsis VERRUCAS, quām partes iis vicinas lœfas & jam nunc, ab aliquo tempore, ichorosâ materiâ obfessas hancque ad VERRUCÆ margines & fissuras eructantes exhalationesque suas ejicientes: hac ratione sequitur (vide ARTIC:

TERTIUM) hiemali facilius, quām quavis alia anni tempestate VERRUCAS extare curabiles: omne enim contagium, luis Venereæ, pestis, scabiei, verbo, omnes conspurcationes infectionesque calore & sub jove calido, vehementius, quām è contrario promoveri, graffari & dispergi de vivente in viventem, (supersedeo rébus inanimatis) inficias credo ibit nemō, ad quod accedit; curationem VERRUCARUM fieri palliativè, induratione, absolute, exsiccatione, quā decidunt; utrum autem hoc medicamentis, an verò manuali operatione fiat tutiùs, citius, jucundiùs, indagare & exponere tentabo dilucidè.

Etsi remedia, quæ in genere, ad curandas VERRUCAS, in specie quoque ad eas palpebrarum tollendas, adhibenda videantur: monitos tamen Chirurgophilos volo; ne hoc, axiomatis instar, accipient, statuantve: auferuntur enim VERRUCÆ & ut volunt auctorum præscripta, secundum artem, medicamentis corrodentibus; ut *Spir. merc. alb. auripigment. turpith. mineral. merc. Pracipit. ol. Sulph. par camp. ol. vitriol. butyr. antim. arsenic. lapid. infernal. aq. for.* &c. Quid autem ego (salvo experientiore judicio) hisce de remediis in genere & specie sentiam & experimentis variis didicerim, videbis (*lecl: beniv:*) statim; tu autem quisquis es, cave; ne haec palpebrarum VERRUCIS injicias unquam: teneræ quippe hæ & continuò movendæ partes, levissima etiam acrium & corrodentium medicaminum, prudenti licet adhibitione,

perforantur constantque sæpius ægris visus partiumque nobiliorum
jacturâ: *huc itaque spectat*, quod in antecessum, de differentia lo-
ci VERRUCÆ, indigitavi: quamvis etenim medicamentis cor-
rodentibus forsitan (de quo tamen dubito) ablata de palpebra, si-
ne magno vicinarum partium damno & detimento fuerit VERRU-
CA, istam nihilominus curationem, bone dæx Fortunæ potius,
quam Apollini adscribendam, reor: audi itaque, audi insuper (*leat-*
beniv.) horrendum hujus audaciæ dicam, an imprudentie? pre-
tium & alieno disce mercari periculo cautiùs.

ANNO MDCXC. HAGÆ-COMITUM, Chirurgus
quidam, cuius nomini, propter res ab ipso sæpius, in Re-
publica Chirurgica, utiliter gestas, parcere duco æquissi-
mum, VERRUCÆ majusculæ, dextram superiorem pal-
pebram, juveni xvi annorum, non longè ab naso, pro se-
de, habenti, scalpeilo punctulis pertusæ multiplicibus (*le-*
viter scarificatæ ajunt) communis ruptorii injecit frustulum.
Æger, quamvis intra horam, totus ipsi jam doleret oculus,
statuens consumi debere VERRUCAM prævioque hoc &
non sine comite dolore posse fieri, Chirurgum non accersit &
ille non, nisi elapso quatuor; sed, ut æger, referebat, sex hora-
rum spatio, redit remque indagat: omni seposita ligaturarum
supellecstile (curaverat etenim, ne palpebrarum motu, quâ
vellet, aliorsum, cederet apparatus flueretve causticum
medicamentum) vix oculum inspicit, quin, non VERRU-
CAM tantum; sed & totam ferè palpebram; imò & istius
lateris tempora genasque: in eas enim & in dorsum occu-
buerat quandoque æger, levi nigredine conspersa intuetur;
ut verò, absterto liquore, rem perscrutatur propriùs, ip-
sam palpebram, adnatam corneamque tunicam suo conta-
ctas medicamine horret meque in consilium vocat ducitque
ad patientem. Quantum possum, dolores arrosionesque
lenio,

lenio, sisto quodque ex arte medica judico, sedulus perago fotibus, cataplasmatibus medicamentisque topicis: dertego, nempè, Croco & Opio, cum lacte mixto seminumque cydoniorum & psylli mucilaginibus, albumine ovi cum alumine conquassato, omnes partes: injicio quidem, hoc modo, repenti malo moram; sed verò demortuis & moribundis partibus, jam nunc & vita & vigor deerat: non levis quippe postea palpebræ adnatæque pars tunicæ ablata & cornæ condensata fuit; ità ut postea nullum per eam pupillæ, vel ligamenti ciliaris vestigium apparuerit totusque oculi bulbus unicolor & tumidè prominens manserit: brevè, imprudentiæ hujus historiam expediturus, ei nihil addo; nisi hominem, hoc oculo, restitisse visu privatum sibique se luminis aliquid percipere, persuasissime aliquando.

Curationem quod spectat in genere, triplici illam posse absolvī methodo, sustinent auctorum plurimi; medicamentis, videlicet, chirurgiâ & occulta rerum adhibitarum qualitate. Harum ultimam, utpote fabulosam; ne quid pejus dicam & insultam, rejecio in totum: quis enim mente conitans Medico-Physicus sibi habebit persuasum, VERRVCAM manu mortua contactam, emori mox & decidere? aut aquâ pluvia ex cippis haustâ, conspersam, evanescere; aut filis, ex induvio VERRVCOSORVM demortuum in nodulos, ad VERRVCARVM auferendarum numerum, contortis & stillicidio fontis naturalis suppositis, putrescere? de cute separari atque sine cicatrice curari? vel pomum VERRVCOSVM per medium scissum & postea uideæ demandatum terræ, huic morbo non fallax esse remedium? Quis genio, moribusve admodum est austerus; ut, ubi hæc legerit: ACCIPE TOT GRANA CICERUM, QUOT SUNT PORRI ET SINGULIS GRANIS, SINGULAS TANGE VERRUCAS, DEINDE LIGA GRANA CICERUM IN LINTEOLO ET POST TERGUM PROJICE; SED HOC NON FIAT, NISI LUNA NOVA, risum teneat? vereretur sanè rectius

phantastico-lunaticus quispiam, memor Apologi Deucalionis & Pyrrhæ, VERRUCARUM, hac ex arte, regenerationem & multiplicationem; Sed ineptiarum harum fatis & plus erit festinandumque ad methodos priorēs duas elustrandas.

Médicamentis causticis posse tolli VERRUCAM, non nego; sed verò tutò, citò & jucundè, pernego: nulla enim ex medicamentis corrosio, depastio, corrosio impediri cùm pro' necessitate & lubitu queat, temporis indefiniti intervallum requirat, non sine dolore fiat; tuta, cita, jucunda renuntiari potest minimè.

Medicamenta itaque, secundàm me, VERRUCIS adhibenda, sunt emollientia & blandè desiccantia; prima, ad ipsas VERRUCAS reddendas aptas extirpationi, secunda, ad earum consolidationes exstrenendas: sic bono cum eventu ipsis injeci; *Empl. de mucilaginibus, mensis muliebres cum sputo mixtos cerâque obductos, gum. Sandracum & similia:* Nam querni de trunco, aut esula succum hunc morbum non tollere, certus sum: *atramentum* enim & *fel* huic si imminisceantur liquori eoque modo VERRUCA auferatur, agentis & patientis periculo (causticum enim est) fieri sustineo; sed emolitas, nostra arte, VERRUCAS, posse tutò erui: imò & extrahi, ipsa testatur Empyria.

Sed liceat (*lect: beniv.*) quod æquum & utile videtur, effari reverenter: omni medicamento, in curanda VERRUCA, potiore est Chirurgia, quæ triplex hoc in casu existit; VERRUCÆ, nempè, LIGATIO, EXCISIO, INUSTIO.

Agam primò, ut statim, de ultima methodo, utpote rejicienda, aut non nisi summa cum cautela, adhibenda quæque nihilominus non erit tuta, cita & jucunda.

Inustio (cauterium actuale) ad auferendas VERRUCAS æquè minus quam potentiale convenire, docebit ipsa cum ratione praxis: et si enim per cannulam, partibus vicinis ab injurya canden-tis ferri defensis, comburatur VERRUCA; impossibile tamen est,

est, plus, aut minus quam oportet, non comburatur: quod enim in desiccandis ossibus, partibus duris carie &c. correptis, pro lege est infallibili; ferrum, nempè, ignitum parti esse adhibendum desiccandæ, omne usque dum sileat ebullientis liquidi murmur; in VERRUCA, parte molle partibusque mollieribus ad-& inhærente, locum obtinere non potest: murmur enim illud deciperet, vel prudentissimum Chirurgum persisteretque usque dum una cum VERRUCA, combustæ essent vicinæ quæque partes.

Inustione tamen curari posse VERRUCAM, quâ sequitur methodo, expertus sum ipse; acu, nempè, candescente, VERRUCAE sœpè sœpius intrusâ escarâ que postea medicamentis suppurantibus separata cicatriceque ulceri desiccantibus inducta; utrum autem hoc tutò, citò & jucundè fuerit peractum, judicet æquis lector, quem instructum insuper volo, me illud coactum & ex mandato ægri perpetravisse quasi artificium.

De liganda VERRUCA, vel volsellâ comprimenda, inutilis non est instructio; utrumque illud artificium solummodò fieri (secundùm artem si fiat) ad tutam, citam & jucundam VERRUCAE ablationem: radicitus enim ligaturâ auferuntur VERRUCAE nullæ, sine periculo recidivæ, unquam.

Curatio VERRUCAE itaque spesque ejus omnis in extirpatione, excisione, collocanda existit; forfice autem illud, sive scalpello fiat, non moror: posse hanc operationem tutò, citò & jucundè peragi, nemo negabit; nisi forsitan is, qui eam tentaverit in vetustiores & jam nunc, ab multo tempore, induratas VERRUCAS, plus valentes pertinacitate sua, omni doctissima medicatione atque manu.

Cave quoque (TYRO CHIRURGE) ne, ubi cum VERRUCA palpebræ tibi negotium est, eam pertundas: vulnus enim illud, foedissima sine cicatrice, consolidari poterit nunquam; neque laceres palpebræ musculum violenter: tuâ enim culpâ relaxabitur

palpebra incurabiliter ; videsis porrò concedas nunquam , dente , aut ungue avellatur , aut absindatur VERRUCA (hæc tamen methodus ab quibusdam commendatur) quæ enim inevitanda huic inceptiæ & pedissequa sunt symptomata , noveris , facilè . Exemptâ VERRUCâ fundo injicienda sunt balsamica , nervis amica , calidè : Ultimò ; quæ hoc scripto proposui , singulatim exemplis confirmarem multiplicibus ; nisi assertionis meæ vim ipsa confirmaret ratio .

Inscium te (Lect: Beniv:) interim nolo , mulierculam , de qua egi exercitatione præcedenti , in vicinia hujus urbis , vivere pristinæ sanitati restitutam tantæque (quantam eam narravi) ablatae excentriæ , vix pisi magnitudinis æqualem itidem relictare cicatricem .

EXER-

EXERCITATIO
ANATOMICO-CHIRURGICA

DECIMA;

DE

N E R V I S;

qua
statuitur

NON DARI SPIRITUS ANIMALES.

Et si s̄pēsæpius, tūm privatim, tūm publicè, meam de, sic dictis, SPIRITIBUS ANIMALIBUS, parlam fecerim opinionem eamque, post varia experientia, non sine ratione, confirmatam crediderim satis superque, videlicet,

NON DARI SPIRITVS ANIMALES;

Constitui tamen hocce anno MDCCIV. mense Febr: in cada-
vere viri, laqueo necati, ut & in vivis animalibus, ne antiquæ isti
sententiae;

Non debere inquiri in demortuis in hosce spiritus ; utpote
constantes solummodo in vivis,

Locus refutationis mex̄ effet opinionis, adhuc semel & quidem
in Theatro publico, Anatomico, hoc rei pondus trutinæ appen-
dere rationis & experientiae;

Ordo

Ordo autem & historia rei peragendæ atque ab me peractæ fuit sequens: primò; in præfatiuncula, præter alia, argumentis, postea ipsa dissectione, de qua inferius, conatus fui probare;

Parum fiduciæ usui ratiocinii mechanici in medicina esse tribuendum.

Argumentando; si ratiocinium mechanicum, in medicina, id solum & unicum, spretis omnibus aliis, sit medium, quo niti, progredi & ad metam, conservationem, videlicet, præsentis & restitucionem amissæ sanitatis, pervenire arti medices relictum sit, medium isti arti esse relictum, admodum incertum, erroneum nullumque in tempus non mutabile; brevi, ipsam incertitudinem.

Nullam, nempè, partem animalis extare, de die in diem, non mutandam, dispositione, munere & officio; ità ut, quod vas nunc erat, mox oportet sit stamen, quod mobile nunc, immobile mox: quod nunc magni, mox parvi, ne dicam, nullius, usus: exempla viris mechanico-medicis obtrudere, incongruum duco; si tamen petantur, plura dare, non denegabo.

Ex partium hac continua mutatione sequitur probè, eas non posse describi geometricè; quoniam insuper omnes pro individuis, tempore, dimensione, connexione cum sibi vicinis partibus & (in quo rei cardo versatur) figurâ, differunt: si quis oggerat, arteriam tamen manere arteriam semper venamque venam semper figuramque suam observare &c. is mihi parum œconomiae animalis videtur conscius:

Quinimò; etsi hæ omnes mutationes ad typum quemdam, (quod fieri posse nego) pro tempore & usu possent revocari; incertus tamen, pro individuis, esset ratiocinii mechanici, hac in parte, usus & quidem præsertim in statu præternaturali, in quo medicina primas obtineat, oportet.

Rogus

Rogas forsitan (*Leet: Beniv:*) hoc in negotio, quid plus raticcio mechanico valeat? respondeo; illud non rejicio; sed verò aliud quid ei præfero, vel comes adjungo; sedulam, nempè, multamque (taceo alia ex variis artibus petenda adminicula) animalium dissectionem, praxin medicam, quæ sanè omnia secundo lustro ab arti tyrocinio non sunt, non acquiruntur; multo minus experientiâ confirmantur: res enim agitur magna decem impar annis: juvenis ergo medici hac, in re dubia, censorio decreto opus non videatur; sed tamen systemata fingere & refingere juvenibus, aphorismos statuere senibus, omni in arte quasi, permissum est.

Dissectionem quod attinet prædicti cadaveris, intendens nervorum fabricam exhibere & contra SPIRITUM, sic dictorum, ANIMALIUM figmentum, mea proponere animi cogitata, demonstravi primò; cum velamentis toti corpori communibus, cervicis musculos eisque porrò tūm de hominis, tūm de bruti cerebri & nervorum fabrica, proponens unā cum cerebro integrum medullam spinalem, suis cum velaminibus, in vertebrarum tractu & posteā in assula depositam, adjiciens huic demonstrationi varia in nervos examina, de quibus disputatione prima egi abundè; comprobantia;

1^{mo}; NERVUM NON ESSE TUBULUM, PROINDE VALVULIS CARERE:

2^{do}; NERVORUM STAMINA NON ADMITTERE INTERSTITIA ATQUE ITA TUBULOS NON CONFICERE;
NEQUE

3^{tiō}; IN IIS INVENIRI LIQUIDUM, VAPOREM VIVIFICANTEM, VEL SPIRITUM ANIMALEM:

post multas ad digitum demonstratas incongruitates ineptiasque, EX SPIRITUUM ANIMALIUM nudè suppositorum fonte, ortum ducentes, refutavi quoque quasdam de cerebro pudendas fabulas; ut sunt (vide zodiac: med: Gall: anno 3^{tiō} observ: 3. med: clariss: CLERIC: & KERKRING: obs: 46.) homines & bru-

ta quandoque nasci ; quinimò vivere, sine cerebro : unde enim (*Lett: Beniv:* sit huic digressioni locus) promanabunt ? quo loco erunt reperiundi tali in corpore famosissimi isti SPIRITUS ANIMALES ? quo modo agent deficiente SPIRITUM ANIMALIUM scaturigine , ifto in corpore nervi ? quo medio isti animali constabit visus ? auditus ? &c. quorum nervi de cerebro ortum ducere dicuntur ; supponunt tamen autores, moveri in istis animalibus nervos proinde & hosce fieri actus ; statuatur itaque , oportet , Clarissimum virum KERKRING , huncce non accurate perspexisse , de quo verba facit , foetum fitaque narratiunculae insulsi lanionis fidem adhibuisse minus prudenter : ego enim exhibere valeo foetum masculinum , cuius capit is ossa , cranium constituentia , sex , in mole excreta insignem , cerebri continent nihil ; sed inter ossis occipitis primæque secundæque vertebræ dehiscentium spatium , totam cerebri compaginem occultant.

Prodigio porrò non est (cipient hunc casum , admodum frequentem , mechanico-medici) viscera eorumque partes quandoque numero , magnitudine , loco & hoc repeto , figurâ , differre illudque in sanis apparentibus æquè ac in ægrotantibus locum obtinere ; sic lien in inguine dextro ; cor situ inverso ; intestina ordine confuso ; quinimò extrà abdominis limites ; triplex ren ; mole aductum ; sed tamen sanum , hepar &c. inveniuntur ; incertum itaque de partium figura &c. defumptum esse ratiocinium mechanicum in usum medicinæ , judicabunt sagaciores.

Demonstravi deinceps ab cerebri mole usque in ultimam nervorum propagationem , stamina nervea extus & proximè concomitari liquidum ; ea quidem quantitate ; ut , tereti stylo pertusâ nuchâ , os occipitis inter & primam vertebram , unciae quædam , brevi temporis spatio , dimittantur tantique esse ejus liquidi in nervorum usum momenti ; ut nervi eo destituti (nec tamen corpore lœsi) officio priventur : demonstrationis hoc genus insuper confirmavi praxi Medico-chirurgica , quâ constat , dehisciente vertebrarum

brarum tractu uno, vel bifido, ab nativitate læsoque nervorum involucro generaliore; ita ut stillicidium insequatur, mortalium curatum fuisse & ad annos aliquot superstite, neminem.

Adjeci huic demonstrationi & experientiæ aliam, docentem, totum systema nervorum, eò quoque usque esse continuum singulosque nervos ad hoc totum ita pertinere; ut sine læsione totius, singularis quidam nervus lædi nequeat: læso enim canis viventis in nucha, prædicto modo, involucro nervorum & diffluente liquido, riget mox corripiturque convulsionibus labatque dubia cervice, marcente visu, animal; quod si penitus stylus iste transeat laceretque spinalem medullam, intrà triduum, hebescente visu, accedente corneæ ulcere & tandem totius oculi proptosí, agitur diris totius corporis motibus; hinc mecum colligant, oportet, corporis humani perscrutatores, nervos opticos non incipere; neque finiri ex - aut in, sic dictos, eorum thalamos; sed verò cum inferiore nervorum tractu corpore, aut mediantibus hisce thalamis, esse communes. Primæ læsionis exhibita curationis methodo: secunda quippe sine insigni partium detrimento (quod & tamen rarissimè, mortem, nempe, animalibus obeuntibus ut plurimùm) nunquam fit: differui hac occasione de inurenda nucha in morbis apoplecticis, ponendis setaceis & fonticulis, sustinens persæpè eos intempestivè & non requisito loco collocari.

Vt verbo rem expediam: demonstravi nervum esse stamen, non tubulum & liquidi in se, quoconque nomine posset venire, non plus habere, quam cæteræ partes flexiles; statui itaque nervos non moveri ab liquido quodam, intra nervorum cavitatem agente atque ita SPIRITU M ANIMALIUM historiam esse fictitiam. Petii ultimò ab auditoribus meis; an, quæ præstiteram experimenta, probè iis non viderentur instituta? Secundò; an alia in SPIRITU M ANIMALIUM demonstracionem possent concinnari? silentio autem probatam meam cum rear sententiam, possem & ego silentium imponere huic ser-

moni : sufficit enim demonstravisle, quod in titulo est ; ni opportunum posset haberi , proponere, quo modo , me judice, salvo industriore , nervus suo possit fungi munere , moveri ac movere partes alias, SPIRITIBUS animalibus negatis?

Quod extrâ omnem controversiam positum omniumque Physico- medicorum consensu receptum est , recipiens ; cerebri (nempè) & nervorum ope corpus animalis ejusque partes moveri deque primo motore Deo secundoque anima in hominem agente , statuens , ipsa quæ statuit ratio comprobatque experientia ; differo tamen ab multorum opinione , circâ methodum actionis cerebri nervique corpusque nervum primò in actum ducens ; negans , interventu SPIRITUUM ANIMALIUM , vel solum animâ , nervum in animali , in actum duci , probans hanc impossibilitatem ex nervorum fabrica.

Negatis itaque SPIRITIBUS ANIMALIBUS , subiecto , in quod quasi agit anima in homine constitutoque & in brutis nervorum actu , sequitur , ipsum corpus nervi per se (per se autem cum moveatur nihil , de hac distinctione inutilis est sermocinatio) vel per aliud ei contiguum moveri ; quemadmodum ergo , posito primo motore , nullus est motus , nisi ab alio motu , statuo ; nervum moveri , mediante motu liquidi , corpus suum concomitantis eumque , hoc agitato liquido , de tono suo mutari , de tensione sua rectilinea in angulum duci , accurtari partesque sibi conjunctas movere ; liquidi verò prædicti pressione motuque cessante , in pristinum restitui tensionis statum ; ita in ipso actu nervi musculi carneapars crispatur , eo cessante , iterum lævigatur , æquatur &c. liquidum hoc cum continuò ab sanguine in cerebro separetur nerveumque corpus ubique locorum concomitetur , in promptu est , quod nervum pro cordis motu magna que , vel parva ejus segregatione , elasticitate sua plus , minusve in actum ducat , qui actus insuper in homine pro animæ & voluntatis arbitrio dirigitur ; ita ut motus hujus liquidi , nervum moventis , in brutis elasticus ; in homine verò

verò elasticus nunc, nunc voluntarius, oportet, renuncietur: segregati hujus liquidi actus in nervum protinovetur ab ei incumbente involucro, sive tendine multiplici agente in omnem nervum: hic tendo ab accedente de sanguine hocce liquido extensus, mox resistentiâ & tensione sua vim impulsi hujus liquidus superat illudque premit in nervum eumque movet.

Si forsitan quispiam dicat; solam animam, mentem, cogitationem, totam corporis molem agitare, volvere, movere, is mihi saltem facile concedet, **N O N D A R I S P I R I T U S A N I M A L E S**; quoniam, et si subtilissimi supponantur; corporei tamen erunt, quod in anima, mente, cogitatione, locum non obtinet brutorumque nervos debere moveri, hoc posito, animâ: proindè verisimile non videtur, antiquos sub vivificantis spiritus & corpus moventis, divinæ auræ nomine, **S P I R I T U S A N I M A L E S**; sed ipsum Deum, primum motorem, intellexisse.

Se positis fabellis nugisque Helmontianis, Paracelsianis aliisque de Archeo, homuncione fabricando; ne à tergo quidem, sive à posteriore viso; de virtute seminali corpori animalis impressa; de partibus innata occulta qualitate &c: non disputabo, animam proximè ipsi corpori nerveo in hominem non potuisse sua mandata imprimere illudque in actum ducere requisitum; quod tamen in brutis, quibus anima negatur, planè fuisset impossibile; quia verò mihi de potestate animæ & de possibilitibus sermo non est; demonstro liquidum, parte solida mobilius, in promptu esse, quod in nervi motum agat: statuo itaque lege motus naturalis, stamineum nerveum corpus suæque speciei solidum, quam citissimè, operante hocce liquido, elastica sua virtute in brutis & in homine, animâ quoque illud agente, tutò posse in actum duci eritque nemo (ut opinor) huic meæ opinioni eousque contrarius: ut non annuat, me in homine animæ assignare subjectum, in quod, respectu nervorum, agat atque ad oculum demonstrare liquidum, nervo ubi-

que proximum , quod in brutis elasticitate sua valeat movere nervum ; eum verò , qui SPIRITUS ANIMALES pro motū in nervos medio proponit , non demonstrabilem ; ne dixerim , non existentem animæ & brutis proponere , in quam agat , materiem :

Quod si enim sufficiat ; statuisse nervos per SPIRITUS ANIMALES illosque per animam animamque per Deum moveri ; habebunt , quod volunt & nude supponunt SPIRITUUM ANIMALIUM defensores ; sufficiet etiam hoc pede pergendo , omni in actu animalis dubio , SPIRITUM ANIMALEM vocavisse in usum , sive fictitium Deum , hoc phantasma è machina , cuius contrà potestatem , vel hiscere , sine piaculo , mortalium nemini concessum erit .

Commemorarem , hoc loco , quædam de methodo agendi SPIRITUUM ANIMALIUM , secundùm quosdam , in nervos ; extendendo , nempè , an verò contrahendo suo fungantur munere ; verùm demonstratum cum rear , eos non existere , aëra verberandum non duco themaque meum exornare pergo .

Ad nervorum figuram addo ; alias rotundos , alias planos , &c. hosce teretes , illos robustos corpore , extare .

De eorum insertione ; nonnullos extremitate capillari , nonnullos verò plexiformiter , in partes movendas , inseri :

Tendere in eas nunc laxè , nunc strictè &c. neque cum nervis quemadmodùm cum vasis sanguiferis , esse comparatum ; utpote qui (sustineo maximam differentiam vas inter & stamen nerveum esse abundè demonstratam satis) ex parva mole nunc augentur , nunc ex magna diminuuntur ; ex varia hac figura variaque hac tensione varia est in nervos , ab prædicto liquido , impressio variusque motus .

Proditum quoque arte Physico-medica & experienciâ habemus, primò; saniora ista corpora esse, quibus firmior nervorum est dispositio, tensio : eò quoque usque ; ut in proverbium abierit, nervorum nomine & tensione significari corporis & animæ vires nervorumque tono indigitari partium quarundam virtutem :

Secundò ; refocillari inque pristinum statum, post multam agitationem, nervos reduci quiete, somno &c.

Tertiò ; nervos de tono suo, sive tensione sua eousque extensos, depresso ; ut non resiliant reveniantque ad pristinam tensionem, manere, cum parte móvenda, flaccidulos, immobiles.

Hujus asserti exempla, si desiderentur, petenda extant ex vi nervis tendinibusque illata exteriore, vel motu paralytico &c. interno, violento. Vitiari quandoque hoc liquidum, constat itidem liquidò ; unde varia symptomata, nervorum sistema spectantia: spasmi, convulsiones, sic dicti arthritici dolores, rigores, titillationes &c. quodque in præsens negotium credam facere maximè, est ; impeditâ transpiratione insensili & aducto hocce latice, nervos arteriasque omni de parte comprimi hincque insensilitatem, stuporem, verbo epilepticos, apoplecticos morbos ortum trahere.

Defectu hujus liquidi nervos motu, munere, officio destitui, docent senio confecti morbique variis.

Nervorum involucrum, sive tendinem, præternaturaliter, nunc complicari, nunc extendi, manifestissimum exemplum in ejus nodulis, ganglione &c. (vide part: prim: hujus Exercitat:) extat : nullibi enim locorum nervis adhærescit ; relinquens, in statu naturali, liberiorem nervo ad motum, locum.

Plura, imprimis meninges, generales & specificos cœrebri nervorumque tendines; arterias venasque, hæc involucra adeuntes, cingentes, perreptantes; liquidum, de quo multus mihi fuit sermo eiusque dispositionem spectantia; ut & alia quædam, huic exercitationi adjicerem impræsentiarum; nisi vererer, meæ mihi tenuitatis conscius, hanc meam opinionem publici non fore saporis & posse forsitan moveri difficultates ab me solvendas, aut agnoscendas; alterum quod novo scripto & apertè (re id exigente) faciam; et si quoque docere & doceri amem, docui edo. Et usque sum tamen jam dudum, difficillimè præjudicia, longa annorum serie, recepta, præsertim ea, quibus concessis, absurdissima rationique contraria ipsi posse defendi videntur tutò, ex doctorum dissentiumque animis erui: antequam ergo illud exornem ulterius, excipiam opponentium, vel consentientium artis nostræ peritorum contra, vel in hoc meum propositum, eâ, qua decet, humanitate & reverentiâ, argumenta, suffragia animique sensa; ne meo me deceptum præjudicio, falsa pro veris statuisse & excoriavisse priusquam mactaverim, renuntient sagaciores.

DECADIS PRIMÆ FINIS.

EXER-

G: BIDLOO;


EXERCITATIONUM

ANATOMICO-

CHIRURGICARUM

DECAS

SECUNDA.



V I R O

*Nobilissimo, Clarissimo,
Experientissimo,*

ADRIANO, ENGELHARDO, HELVETIO,

Serénissimi ducis Aurelianensis

Medico ordinario,

prosperitatem!

G. B. I D L O O.

 silent inter arma leges; non verò Musæ,
artes & scientiæ, hostem quæ, nem-
nem, præter ignorantiam, habent;
quem tamen, utpote inermen, despiciunt atque
rident, tutæ, quemadmodum Pallas ægide, suâ
&

& simplici benevolentia, prodeesse, videlicet & delectare, miscentes utile dulci; in commune mortalium bonum, Studentes & (ô! sortem optandam!) tranquille secum habitantes.

Celebri tuo nomini (*Vir illustris*) EXERCITATIONUM ANATOMICO-CHIRURGICARUM SECUNDAM MEAM DECADEM, vides inscriptam; hoc sanè muneris tibi debebam, propter commune nobis studium, intermeratam nostram amicitiam tuorumque, in re-publica medica, meritorum cumulum.

Accipe, excipe ergo, tali cum favore, quali cum animi mei candore eum tibi sacrum facio, hunc non immaturum, aut præcocem, rationalis meæ experientiæ, fructum & vale diu.

Dabam Lugd: in Batav:

Aº. MDCCVIII. Mensē

Januarii.

DECADIS SECUNDÆ;
 EXERCITATIONUM
 ANATOMICO-CHIRURGICARUM
 PRIMA;
 DE
 EXCRESCENTIA
 Fæminæ denuò inguini oborta.


 Adem illa fœmina, cuius stupendam Practicis historiam, DECADE PRIMA, exercitatione octava, enarravi; postquam duos circiter annos, toto tumore, ablato ejusque ulcere nitidissima cicatrice obducto confirmatoque, ab omni inguinis intumescentia liberata vixissetque perfectissime, per omne id temporis, sana; item me convenit, Aº. MDDCV. 6to mensis Martii, tantam, eodem in inguine, depudans excrescentiam, quantam ne, vel constantissimus quidem, animo, Medico-Chirurgus, sine horrore inspexerit; misera porrò, egena & ad incitas redacta, profitebatur lacrymabunda, se; utpote, quæ recenter natis infantibus ab cura esse solebat, obstetricis vetulae consilio obtemperavisse & tumorem, ante tres septimanas, oleo oblinivisse & suafu Chirurgi cuiusdam, compressisse firmiter; eum verò, festinatione ea, eâ violentiâ eoque cum dolore prorupisse; ut peractæ imprudentiæ veniam simulque, meam implorare opem cogeretur; utramque ei concessi facile, tum quia miserandus omnino erat mulierculæ status, tum (ut apertè rem prodam: sic enim decet virum honestum) quia sollicita quadam agebar dubitatione, an prima excrescentia radicitus

totaque & omnibus, ab me esset extirpata? an verò quædam forsitan ejus pars relicta atque hoc modo, aut meâ inscitiâ, aut imprudentiâ, recidivam (ut vocant) pateretur: nam, etsi minimè homo Euripus & de peracta operatione securus, ab omni viderer parte, nunc propter rem, coram multis celeb: Medicis & Chirurgis præstam & ab eorum suffragiis comprobata, tunc propter temporis intercedentem, quâ integra extiterit & quæ porrò argumenta, de fonte Medico-Chirurgico, pro me militabant; tamen ipse experiri statui, hæc an præteritæ essent excrescentiæ infaustæ reliquiæ vestigiaque, non probè deleta, an verò novum symptoma?

Manum ergo, Lunæ 16 Martii, circiter octavam, iterum unâ cum Chirurgo M. ALDERKERK operi admovi; quod (ut seq: exhibet figura) hanc excrescentiam, unicuique, artis Medico-Chirurgicæ fautori & studio; quemadmodum & toto tractationis tempore, inspiciendam præbui.

TAB. PRIMA PAG. 132.

A. INGUEN SINISTRUM.

B. B. B. PROTUBERANTIAE IPSA DE MOLE TUMORIS EMINENTES, SPLENDENTES ATQUE LIVESCENTES.

C.C.C. SULCI, RIMULI EXCAVATIONESQUE, LURIDI COLORIS LABIIS ET MARGINIBUS OBSSESSÆ.


D.D. PARTES SUPERFICIARIÆ, PUTREDINE CORREP-


TÆ.

Tale, quale ad vivum depictum, prostabat fœtens & multo madens latice sanioso, ingens & dirum hoc monstrum; ita ut multi, oculo, mox stomachabundi, ab horrendo aspectu retorto, ad eum redierint rarò.

Injeci, quod, exercitatione præcedente descripsi pag. 100: huic excrescentiæ torcularium eamque, eodem; ut prædictam, excipere & tractare incepi modo: totum in-

super,





super, oxycrato madefactis, tumorem exornans spleniis & linteamine multo.

Hocce die, constricto ter tumoris pedunculo, potius basi; accipiebam, ab iis, qui ægræ ab officio fuerant,

17mò. Eam transegisse pervigilem totam noctem, cum frequentissimis, de dolore infensissimo & veluti flammula corriente, querelis; nulla cum tamen sese manifestaret febris, paulò, magis coarctavi vincula: post meridiem cruciatu defessa obdormiscere; sed non sine febre incepit; vesperi verò, omnis videbatur suppressus dolor; sed tamen utrique inguini, quinimò & pubis regioni impositum *Empl. defensiv. vigon.*, ne inquinata ab effluente undique, fœtidissimo latice, corriperetur: levis etenim jam nunc conspiciebatur inflammatio; noctem satis egit tranquillè.

18vò. Apparentibus vesiculis, gangrenæ prænunciis ægraque, de summo dolore circa pudenda totiusque infima regione, conquerente, omni parti, extra vincula, *ung. alb. capphurat.* injeci; ex fœtore tamen cum ægra in levia animi deliquia rueret, præscripsi ei, quod sequitur, cardiacum, cochleatim usurpandum;

R. *Aq: Meliss: Puleg:* a 3ij.

Cinnamom: 3fl.

Confect: Alkerm: 3ij.

Sacch: perlar: 3fl.

Syrup: Paon: 3ij.

Sal: volat: aromat: 3fl.

M.

Tumore, circa meridiem, firmiter constricto, habuerat patiens sese bene; febricula licet intermittente & periodica, per noctem, infestata, ut Chirurgi famulus, qui excubias cele-

braverat vinculaque, ut erat monitus, constringerat ulti-
rius, referebat.

19mō. Elevato autem apparatu, mirabamur (multi e-
nim huic visitationi intererant Medici & Studiosi) tumoris,
five excrescentiæ adauctam molem: superabat enim capitis
hominis magnitudinem longè: propositum nihilominus
perrexi & ea, qua potui vi, constringere & comprimere vin-
culis molitus sum excrescentiæ fontes; tamen monuerim ex-
pressè, toto die, non ingrauere symptomata; sed verò

20mō. Hauriebam ex relatione, tum ægræ, tum ei ad-
stantium, eam molestam sustinuisse & omni somno exper-
tem noctem: febrem ipse quoque detegebam insignem,
quam symptomaticam statuebam; coarctatis itaque vincu-
lis, exhibui: alvus enim erat adstricta ab tribus diebus;
quam solvere tamen; nisi coactus volui: debilis enim & quæ
vix juscule ferebat, viribus opus habebat misera, circa me-
ridiem, hanc ei infusionem;

R. Fol: senn: mund: 3fl.

Semin: anis: 3j.

Ebull: in aq: pur: colatur: ad 3ij.
adde

Mann: Calabr: 3j.

Cremor: Tartar: 3j.

detur usui.

ex qua instanti vespera semel alvum depositit.

Curavi; ne excrescentia strictius complicaretur: de tran-
quilla enim nocte parùm sperans, paroxysmo insuper febrili-
cum exacerbatione & ægræ de dolore vociferatione, omnem
me monentibus prudentiam.

21d. Mane mutatum fuit nihil circa apparatus; ægra ve-
rò refecta juscule &c.; tantus jam in conclavi erat foetor; ut
neces-

necessum fuerit, odorifera igni dare tumoremque cannabe & linteramine multo cooperire: ferebantur quippe ægræ narres (raco adstantium & ei manus exhibentium) ea vi; ut quandoque videretur exanimis.

Circa meridiem, novum torculari est appositum vinculum, putredine confecto fractoq[ue] altero; elevato, hac opportunitate, tumore, apparuit in cute crenæ & circulare ulcus, pure conspersum puro & puto, ominis boni præfigum; nisi (L. B.) rem factam enarrare; non verò è longinquo petendis ratiocinationibus de talibus Phænomenis differere, mihi proposuisse, haberem hoc loco exspatiandi amplissimum campum, quem circumire Philosophastros jubeo: sub vesperam (primis enim diebus ad minimum ter ægram conveni) dormientem inveni eam; sed febre agitata: commendavi itaque, juscui, in quo Ras. C. C. erat cocta, crebrum usum.

22d. Totus grabbatus, impuro latice sanguineo conspurcatus erat, gangræna indies & de momento in momentum irruente: incipiebat tumoris circumferentia flacescere: ulcere circulari *ung: digestivo*, consperso, redii circa primam, quâ pandiculationibus, rigoribus & nausea miserè miseram vidi agitatum: præcepi propterea crebriorem *cardiaci præscripti* usum simulque, per temporis interpolationes (sed sine *soporiferis*) emulsionis & hordeacei decocti.

23tō. Iteratus est *haustus purgans*, prospectum ulceri & cæteris.

24tō. Hoc die memoriarum dignum accessit nihil.

25tō. Pendente jam nunc ex minori pedunculo excrescencia, multa mihi facta nataque de deciduo hoc & præcoci fructu, spes; quia autem alvus adstricta manserat, acui partantis stimulum;

Quoniam autem sphacelo confectus ex parte tumor, ita fœtore suo infestabat ægram; ut delirio corriperetur, ei tinct. ex Aloë, Myrrh. &c. Spir. vin. injeci & (uti imposterrum) vesicâ, qua potui sedulitate cooperui habuitque patiens succedentem noctem amicam; deponens alvum bis & commodè victumque appetens, quod ei est exorrectum ad lubitum.

26tò. Ex lurido nigram excrescentiam ter, hoc die, complicavi, ulceri *digestiva*, inguini & abdomini inferiori *defensiv. vigon.*: superiori verò corroborantem hunc fotum injeci:

R. Herb. Ruth.

Philandrin. a m. iiij.

Flor. absynth. mj. ℥.

Ebull. in vino Gall. colat. ad ℥ ij.
detur usui.

ægræque haustum vini cum vitell. ovor. &c. propinavi & ut festinaretur totius tumoris ab inguine separatio & simul relinquendi ulceris tum abstersio, tum desiccatio, præscripsi hoc ung:

R. Ung. Basilicon. ʒv.

Fusc. Felic. Wurtz. ʒj.
ter, singulis diebus, applicandum.

Habuit sese, toto hujus diei tractu, benè, exonerans tum alvum, tum vesicam, ulla sine molestia; quia partes tumoris vicinæ, hic & alibi locorum excoriatæ prostabant, iis
Empl: diapalm: dissolut: applicui.

Vesperi de frigore totius femoris conquesta est ægra & iteratum supra indigitatum cardiacum: ob oriente tusu magna que, circa escharam, hæmorrhagia, noctem valde egit inquietam.

27mō. Præscriptæ , hoc mane , fuere contra tussim ex
facc: alth: tabellulæ hisque arctissimè constricta vincula :
phænomenis respondentibus ad votum , præstitis porrò præ-
standis , succedentem noctem ullo sine notabili symptomata , transgeit.

28vō. De ardore faucium , difficulti deglutitione , alvo
adstricta & capitis dolore querelas movit: quæ omnia , circa
meridiem , evanuere , alvo laxata , symptomata ; fœtenti
tumori spir. vin. injecto optimè dormivit.

29nd. Mane, ut & meridie , torculario firmissimè compul-
so , bis hoc die alvum exoneravit ; vesperascente tumori , qua-
si de novo , præsertim ad partem versus abdomen potube-
ranti , impositum fuit seq. Medic.

R. Ung. Bafilicon. 3ij.

Mercur. sublimat. corrosiv. 3j.

M.

nullo insigniore incommodo vexata & nocte usa pacata.

30mō. Absciso altero , novum excrecentiæ impositum
fuit vinculum torculariumque ab una parte novum ; quoni-
am præ putredine ipsa tota nigredine conspurcata & imbuta
comperiebatur machina ; hoc autem , cum fieret , non levis
oborta est hæmorrhagia , quæ tamen mox depressa , tum
stupis ex cannabe gypso ornatis , tum ligaturis ad partem ac-
commodatis in formam fasciæ.

Totus hic apparatus , ea nocte , non fuit solutus (etsi ægra
conquereretur de maximo circa inguen dolore) ob metum hæ-
morrhagiæ , circa meridiem immissum suppositorium acu-
tum *troc. albandal.*; alvo tamen medicationi non obtem-
peranti , præscriptum est , quod sequitur , purgans :

Rx. *Resin. Falapp. gr. vj.*
Diagrid. gr. v.
Cremor. Tartar. 3. fl.
Dissolv. c. q. s. vitell. ovor.
addendo
Aq. fænicul. q. s. pro haustu

ejectque circa vesperam induratas & nigricantes fæces ; sed tamen ab febre & faucium dolore liberata fuit minimè , ita ut ; ne vel momentum temporis , dormivisset.

31mō. Mane ligaturâ , circa meridiem , toto apparatu seposito , ex voto sese habuerunt omnia.

Pmō Aprilis. Qua potuit (secundum artem) vi compressa est excrescentiæ basis , quæ jam nunc vix pollicis transversi erat latitudinis : inter agendum cum ægra de dolore non conquereretur , necum omnes adstantes Medici & Chirurgi iudicabant eam penitus & totam extare emortuam ; cuius effati veritatem demonstravit dies postera :

2dō. Ab inferiore quippe parte , magna squallidaeque excrescentiæ pars , gangrænâ plane corrupta , cecedit ; eo tamen cum fœtore ; ut , hoc die , quater putrescenti plagæ prospicere necessum fuerit.

3tiō. Tumoris superficies parte , quâ dextrum spectat femur , nigerrima apparuit effluxitque de eo fœtentis liquidi ingens copia : hoc die & animo & corpore patiens erat debilis , nauseabunda & mœrore , quasi suffocata ; præscripsi ei *ex vino Rhenano , croco & pane tosto* haustum dixerim , *an cardiacum?* qui cum ea pernoctaverat , renunciabat eam ; postquam sudoris multum ejecisset & media nocte , vagi sermonis

monis seruisset multum , somno satis alto fuisse oppressam :

4tō. Refectam viribus & in prandio utentem jusculo ver-
vecino , ægram inveni , hoc die mutationis porrò observa-
tum est parum .

5tō. Non probè comprimens solutum abscissumque est
vinculorum unum commeditque bono cum appetitu dormi-
vitque post meridiem , per 3. integras horas , deponens com-
modè alvum ægra .

Ornata tum abdomen inferius , tum inguina , loco , quo
excrecentia , ulcere facto per vincula dehiscebat ab conti-
nuitate , ung. *Basilicon* . eique cum ægyptiac. mixtum in-
jectum .

6tō. Strictissimè ; quin imò ; ut ulterius non potuerit ,
contorto vinculo , conquesta est ægra de rigoribus & totius
corporis tremore ; febris tamen cum vel vix adesset ; rem in
vado meque in portu navigare collegi .

7mō. Flaccescere in totum tumor cepit &

8vō. Pendulus est visus ; ut eum reliqui , qui

9nō. Totus de inguinē cecidit , relicto æquali & rubican-
te ulcere ; sed o ! non evanidam artis Chirurgices fiduciam !
certitudinem & ab utroque proposito demonstrationem ! vi-
dimus etenim Medici , Chirurgi , Studiosi omnes , omnem ,
totam , integrum hanc , de novo , elevatam & luxuriantem
excrecentiam extirpatam priorisque ablatæ albida , con-
tractam , confirmatam cicatricem .

Nunc a posteriore consentiebant omnes , unamquamque inguinalium glandularum , eodem posse laborare ex vitio , neque hanc excrescentiam fuisse præteritæ ablatæ vestigium , recidivam , vel , eodem de pedunculo , non ritè depresso eradicatamque luxuriem ;

Sed ne vel aliquid detrimenti ægra , ars Medico-Chirurgica , aut posteritas ab præcoci hac mea fiducia & assertione caperet , texi solummodo , ab

x mò. Usque in

x i v t û m , Hujus mensis diem , ulcus per se madens puro & sufficiente liquido , carpto ; postea verò illi adhibui *ung. Basili*con. *cum Præcipit: Rubr:* quibus ritè paractis absolutisque , minimè festinando , illud cicatrice , priore non deformiore eique à latere , fuit obductum consolidatumque egregiè.

Qui huic actui ab initio usque ad finem , extra omnem lucris spem , interesse non destiterunt hincque Laude , non mediocri , ab me artisque nostræ fautoribus celebrandi veniunt , fuerunt , Clariss: Doct: Med: MYLIUS & VAN HOOREN.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM

SECVNDAS;

DE

P A N N O.

pecie, an verò genere, PANNUS & UNGUIS, different Tu (L.B.) ex sequenti collige descriptione, est autem PANNUS ab initio ad inveterationem, ex crescentia mollis, plana, rubicunda, augmentum citro capiens, dolorifica, adnatae tunicæ, ex qua omni & incerto loco ortum dicit & ipsi aliquando quoque corneæ, continua. Si itaque ad aliud oculorum morbi genus referri debeat, morbo incipiente, ad id inflammationis, referatur.

Ut sudamina rubentesque minutulæ in aliis corporis partibus, pustulæ coalescentes, inflammationis præ se ferunt speciem universalem; ita hoc in morbo, minima sanguifera vascula, per adnatae corporis porositates interstitiaque prorumpentia, lamellam, citro & omni lôco incrementum capientem moxque totum oculi album oecupantem, efformant; unde jure merito, huic affectioni nomen ab comparatione (PANNICULI in initio, PANNI in fine) inscriptum existimo. Animum itaque adhibe hanc ad maximam (taceo cæteras) differentiam. PANNUM, nempè, ex reticulari vasorum sanguiferorum plexu conflatum, tunicae adnatae adhaerescere firmiter; UNGUEM; verò, ex rupta, læsa inversaque ipsius membranæ substantia oriri supertendique cætero suo corpori, ut & quandoque corneæ. Hisce prælibatis, concessu erit facile curationis methodum in hoc quoque & illo morbo differe; nisi quis natus clariss: SOLINGII & aliorum verbis fidem habendam

spemque collocandam sustineat omnem : ait enim ille ; *Pannus*, *eodem modo*, *ut unguis, curatur*.

Curationis totam historiam encheirisi, sive instrumentis minime gentium ; medicamentis verò ; sed in alium scopum, quām ex communi sententia collineantibus, posse absolvī arbitror : instrumentis etenim quibuscumque, *PANNUM* ab adnata tunica elevare, separare, deponere citra & sine sanguiferorum vasorum laceratione eorumque relinquendis aperturis, vulnusculis, vestigiis, ipsi depositioni partique morbificæ contrarium & impossibile factu est : vasa enim hæc rete quoddam formantia (sive *PANNUM*) ab adnatæ tunicæ parte interiore ad exteriōres porrumpunt & ab ipsa proinde membrana filo, acu, scalpello &c. elevari tota & integra non possunt : qui qui itaque ab adnata tunica excrescentiam, lamellæ in formam extensam, deposuerunt instrumentis, non *PANNUM*; sed *UNGUEM* deposuisse, verū videtur, quām quod verissimum.

Secundò ; ex unanimi Medico-Chirurgica sententia præstat ; in morbi infantia, mitioribus ; ubi verò adoleverit, fortioribus ; uti acribus corrodentibusque pharmaciis ; ad (ut ajunt) *excrescientia consumptionem totalem*. Non credo opus esse, addam nomina eorum qui hoc dicitant, cum passim apud auctores Medico-chirurgos, hoc vigeat axioma sintque qui sustineant, oportere *acria corrosivaque* medicamenta, omnem tangent & singulam, hujus excrescentiæ partem ;

Verū ego, pace illorum, existimo solis anodynīs, topicis, malaëticis, malagmatibus, confortantibus &c. artem huic posse mederi affectui & omnem, hoc in negotio, angue pejorem, esse vitandam acredinem corrosionemque.

Sicuti in concinanda descriptione sequentis *UNGUIS* morbi, non nisi transitoriè de medicamentis dico, utpote perparum, aut nihil & nisi in ipsissimo morbi initio ad curationem facientibus, ita de præsentis affectionis curandi ratione dicturus, agam de medicamentis, utpote solis in usum vocandis, fusiūs ; unicum hoc assumens assertum ; omnes ad unum Chirurgico-Medicos statuisse, sanguinem, hoc in morbo (*PANNO*) propelli ad extrema adnatæ corneæque tuni-

cæ idque , latice sanguineo in vasis remanente , secundum alios ; utroque autem respectu acribus medicamentis nihil fiet boni , ad curationis attingendum Scopum : si enim sanguis manserit intra vasa , caveat oportet sibi Medico-chirurgus , ne acribus corroden- tibusque doloresque excitantibus , sanguinis fluxum augeat vasaque lædat , rumpat morboque morbum superaddat : levissima enim quoque frictione in morbi initio rumpuntur ; nec propterea cessat morbi vigor ; si vero depulsus jam extra vasā sanguis oraue vasorum aperta statuantur ; acria , ad summum , prorumpentis adhuc dum sanguinis fluxum impedire valebunt ; sed de eo nemo illorum videtur sollicitus : volunt enim totam excrescentiam ferro depo- nere , verū , quomodo , expullulatum sanguinem , sive sanguinolentam excrescentiam (Panniformem) exterminant , consumunt , auferunt de tunicis subjectis citò , tutò , jucundè , adhibentes , nempè , cum exsiccantibus corrodentia ? eaque pro ætate & mole excrescentiae plūs minùsve potentiora . Veruntamen hæc , quo plūs , eò pejus operari demonstravero facile .

Esse PANNUM , vasculorum sanguiferorum ultra proportio- nem (morbosè) turgentium in- et ex adnata tunica , congeriem , cum ad oculum attendenti , mox ab incepto morbo , appareat ; hu- jus morbi curatio , mox & in initio , ab eorum vasculorum læfione , corrosione , cum sapientiæ grano (ex superiore argumento) peti non poterit ; inveteratum autem medicamentis irritare corrodenti- bus & ratio & usus jam-vetuit dudum : priusquam enim ad ipsam ad- natam tunicam pervenerit medicamenti vis , tanto infestatae sunt dolore , intumescentiâ , inflammatione partes vicinæ ; ut ipsum symptoma hoc , primariam videatur requirere Medico-Chirurgi- cam curam .

Denuò ; etsi (quod sanè nunquam) PANNUS consumeretur , nonne aperta , aut crūstulâ contectâ restitarent vasorum læforum ora ? ipsaque an non unâ cum excrescentia esset corropta tunica ? jam solitò mollior , adde tandem asserere quosdam ; SE PAUCO- RUM DIERUM INTERVALLO PANNUM CARNOSUM , UNA NOCTE UTRUMQUM INFESTANTEM OCULUM , curavisse . Quod si ita esset , etiam pro differente ab effe-

Et, auctio[n]e, sive argumen[t]o à posteriore habeatur opertet: quævis enim levissima vel PANNI vel UNGUIS expullulatio multo non sine labore & diligentia co[er]ceretur; sed credamus! ponamus mox ab morbi initio, expullulantem PANNUM, potius protuberantia hæc vascula æstumque in iis sanguinis, posse reprimi facilè. Nonne sanè illud pro me militat iterum? perpende vim mei argumenti (L.B.) primò; eo in casu, vasa non sunt acrimoniâ medicamentis consumpta; acribus autem ad usque absolutam curationem, utebantur: aspera enim & excoriata & proinde in integrum non restituta, mansisset tunica adnata corneaque. De hisce apud eos nihil; Verum cum iis, causa UNGUIS & PANNI sit lympha viscosa, extravasata tunica cornea firmiter adhærens; ita ut si ramulus arteriarum inseratur, non membranosus; sed carnosus evadit, verbum non addo; rubor itaque oculi, analiud quid morbos fuerit, quod curatum describitur cujusque momenti, hæc sit causæ delineatio & an cum PANNI, UNGUIS ve dispositione conveniat, trutinæ tuæ (L.B.) dijudicandum relinquo libenter.

Curationis & Principium & finem colloco Pd. in sanguinis præter modum agitati motique compositione universalis & particulari: secundò partim ex diæta, puta abstinentia ab nutrimentis, quiete; partim ex fonticulis, sanguinis missione, alvi depuratione &c. Tertiò, ex medicamentis haurienda anodynis, topicis, malacticis, lenientibus, corroborantibus atque tono partium restituto, desiccantibus. Ad positum primum; nemo erit qui ei non assentiat: ad secundum; alvum reddi laxam leviterque moveri *Cassia fistul.* *Mannā,* *massulā* *pillularum* *cochiarum* & hæc sæpius esse iteranda quis est, qui ignoret? Ad tertium positum. Omnia horum agmen (mihi) dicit opium, antesignana sunt *crocus*, *mucilago sem:* *Hioscyami*, *Rad: consolid: major: & alth:* inter composita eminent ex lacte, *pan: alb: mic: & vitell: ovōr: cataplasma.* De virtute, interim, vi & operatione opii multa, et si nos (me inquam) lateant; hoc faltem pace rixantium dixerim; si quæ coram istis ulla renuntiasse licet, constare mihi cuivis dolentium oculorum generi & speciei, sive suppositia humorum vasorumque obstructione, sive ab immodica aeorum agitatione ortum ducant, tutò cum hæc & fructu posse adhiberi.

hiberi. Formulae Medicamentorum, quas ad scopum meum præscribo, haec sunt & plures esse aliosque ad morbos usurpari poterunt; velim autem, ut in genere omnes pulveres non solubiles, ab oculorum medicatione rejiciendas putem, ita præsertim in hoc morbo (de aliis postea) tuta, ossis sepiæ &c. seponantur.

Fronti temporibusque applicatur sequens *anacollema*.

R. Bol: armen: 3ij.

Sang: dracon:

Thuris a. 3j.

Far: volat: 3fl.

Alb: ovor: quass: q: si: ad confit: anacollema.

Mucilago sæpè iteranda, dolores mitigans.

R. Mucilag: sem: psyll: cydoneor: a. 3j.

Croc: 3j. exprim: cum aq: fenic: 3ij.

M. applic: 4plici linteum:

Sed tepidè.

Confortans medicamentum.

R. Herb: fenic: verben: a. M. ij.

Mirth: M. j.

Flor: Rosar: M. j fl.

Cariophyll: macis a. 3ij.

Macerentur in vino albo, distillentur,
oculo instillentur guttatum. S. A.

146 EXERCIT. ANATOM. CHIRURG. DE PANNO.

Solani, ut & *succum formicis Rubris expressum cum FORESTO commendant multi; ego autem ejus efficaciam non sum experiens: qui fotus, ad leniendos dolores, ex *Herb: Violar: malv: flor: melilot: sem: cotoneor: fæn: grac:* præscribuntur &c. noti sunt nimium, quām ut disertis verbis doceantur.*

Quæ hac exercitatione posui, dilucidius colligere dabuntur ex sequenti.

EXER-

EXERCITATIONUM

ANATOMICO-CHIRURGICARUM

TER TIA;

DE

UNGUE, PINNA,
ALA.

Pτεργύγιον, cum PANNO, PANNICOLO, ALA & CATA-RACTA EXTERIORE, ab multis; toto etsi inter se se differant cœlo, confunditur; ne autem nominibus inhærente prä-fataque in mea, de evitanda nominum multitudine, peccare videar ipse; enucleabo quænam quæmque insignis horum sit morborum differentia: ubi enim ex ipso nomine totius morbi descriptio atque cognitio (quod passim ab Græcis observatum videmus) hauriri potest; opus & æquum videtur, de nomine dicatur & quidem primum.

Pterygii titulo, nasi extremitates laterales, muliebris pudendi eminentiae intra labia; unguium reduviæ, aurium humerorumque partes elatiore; ut & comparativè, Maxillæ inferioris musculorum duo paria & tandem morbi genus, impræsentiarum describendum, indigitantur.

Est (Pterygium) in punctum duriutculum (unde pinna, pinnula) circa angulum oculi majorem nunc, nunc minorem, ex exasperato (excoriato) aut læso, eò loci, tunicae adnatæ corpore, in initio albescens, sine dolore, lento passu protuberans prädictæque incubens tunicae, excrescentia, tractu temporis in lamellæ

formam (unde ungula & unguis Latinis) superatâque prædictâ tunicâ, quandoque ad- & in corneam, de qua, in totum, ut de adnata, obtusiore instrumento, spatulâ &c. elevari potest, extensa, unde nomen quoque alæ accepisse verisimile est. Excrescentia hæc in veterata cartilaginea merè livescenteque, hic & alibi, tincta colore, prostat. Omnia hæc phænomena; ut supra videre est, in PANNO ejusque speciebus, contraria huic descripto morbo inveniuntur; quo respectu autem ab fungo fico &c. aliisque protuberantiis morbosis differat, explanabitur postea.

De curationis Methodo, renuntiatum est, antiquitus institutam posse quadruplici methodo; *Primo*; ope medicamentorum, exsiccatione; *2do*; corrosione, *3to*; ope manuum instrumentorumque, filorum, setarum, nervorum citharæ, pilorum de cauda equina constrictione & *4to*; excisione, sive abscissione. Quid de hisce observaverim novique præstiterim collige ex sequentibus, postquam de quatuor prædictis dixerim mediis.

AD PRIMAM METHODUM;

Velim lectori notum sit, non posse; nisi jam jam incipiente morbo fieri cum fructu; quinimò, si exsiccantibus curetur hæc, aut illa excrescentia, eò loci, me dubitare (ne dixerim assérere) hujusce tituli; an potius levis solummodo excoriatio, adnatae fuerit tunicae; sed absit omnis cavillatio; si verus fuerit & complenus (& de eo agitur) **UNGUIS**, exsiccantibus medicamentis non curabitur; quæ autem in usum contra recentissimum vocantur, sunt; fatus ex herb: malve, sem. lin. fæn. græc. thaps. barbat. sc. ad attenuand. & emolliend. vitriol. alb. lap. Hematit. in pulverem versum. solut. cum aq. Euphrag. succ. Rad. lilior. portulac. sang. anguille. Zinzib. fricat. & vino impositum. Tinct. ven. cum aq. caprifol. nempe, ad abstergend. sunt & qui sal armoniac. & merc. sublim. corrosiv. ad lenem ericinon. q. s. aq. Rosar. mixt. commendant. Chalcanth. Rom. virid. eris in ovi album. exemplio vitell. per triduum macerat. & sellis Raja. perdicis. mel. chelidon. aloës & sief rubrum Mesues.

De SECUNDA CURATIONIS METHODO statuo eam, fidemque facio expertus, esse fugiendam planè: escarotica quippe, eò loci, sine summo dolore, nec tutò applicari posse, dudùm HILDANUS statuit; liquefcente, videlicet, corrodente materia; et si oleosa, huic partique inspersa, cautè; primò; vicinas facilè infestat partes adfluente liquore, terminos præscriptos, nempè, egrediente, aut virtutem amittente operandi ad normam; addo secundò; excitato in parte affecta, dolore, partes quoque circumiacentes intumescere & tertio;

Hunc morbum mox concomitari alios, puta inflammationem & cum febre vigilias &c.

Ad TERTIUM PROPOSITUM filis, pilis &c. posse constringi, attenuari, ligari; ut tandem cadat exsiccata excrecentia, annuerim, ex comparatione cum similibus, in aliis corporis nostri partibus, operationibus; modò circa principium instrumento comprehendendi laqueusque ad ipsum mali fundum descendere queat, de quo dubito; cum pedunculo lato; nunquam verò tereti ortum debeat suum;

Sed quia hoc artificium eò loci & respectu non exercuerim ipse, nec ab quoquam celebratum vidi, illud aliis relinquo in integrum & (ut autumo) sine fructu, tentandum.

Ut mentem meam de QUARTA METHODO capias probè; aperiam (Lector Chirurge) quid in ea mihi contigerit; jucundiorum tibi suscepti vovens laboris exitum.

Accessit ad me, mense Januario A°. 1693. Hagæ-comitis, Cæmentarius, ætate quinquagenarius, corpore robustus, ex finistri oculi prædicto laborans morbo. Distulisse mitiorem in tempestatis periodum curationis conamen; verū urgente quotidie ægro instigantibusque doctiss. Viris medico LIEBERGIO Chirurgoque VAN KEMPE, quibus idem de hoc morbi

genere Judicium, malo insuper abeuinte in pejus, de die in diem illud differre, inexorabilis, nolui.

Ægro collocato in sedili, capite retrorsum supinato, oculoque fano velamine cooperito linteo, injecit famulus manus dextræ digitum minorem superiori, sinistræ pollicem inferiori palpebræ hasceque detinuit apertas firmiter. Jussi verteret; ne glandula infestaretur lacrymalis, ad encanthum minorem, oculi Bulbum æger, quod præsttit: opportunitatem noctus optatam, oculi speculo annuloque inutili, hoc in negotio, supellectili, in usum non vocato, depositionem excrescentiæ aggrediebar; sed hamulo acuto (talis autem requirebatur) perruptâ laceratâque non semel excrescentiâ, ad extima ora tenuissima eo die; et si parùm efflueret sanguinis, iterum &, ut verebar, irritò tentare, ratum duxi nequaquam eoque minus, cum jam didicissem, compressione palpebrarum continua, excrescentiam subjectæ agglutinari tantum; non verò uniri cum tunica hoc & Cassium observasse olim, memoriæ est proditum. Ne itaque, eodem tentasse modo, noceret ulterius, alium experiri volui. Paratâ volsellâ, alis instructâ exasperatis, ægro, ut ante, constituto limbum (unguis) excrescentiæ elevavi, ipsa porrò sequebatur, usque ad principium, sive exortum. Toto & quantèm potui radicitùs, forfice acuminato, absctissimo Pterygio; subtilissimum carptum in vitrioli cyprini solutione coctum posteaque exsiccatum vulneri applicui; quod, cum parùm itidem efflueret sanguinis, vel liquidi, parti mox læsa adhæsit firmiter. Quatriduum tractata S. A. solut. sachar. satur. carptq. prædicto, pulvillis, de minöribus parte compressa læsa palpebrisque motis & fultis cartulâ madidâ; quinto fungositatis nihil expullulante omniq[ue] sexto die, seposito apparatu, rem in vado meque in portu

portu navigare mihi persuadebam ; Sed spe excidi : post pruritum enim violentiorem, erupit denuò; renuente porrò moroso ægro, alia experiri, ipsum calamitati suæ tradere coactus fui & invitus.

Ex iterata inspectione compertum habeo, ipsius adnatæ tunicae substantiam, fungosæ instar lamellæ, reflexo, sive incurvato vulneris, vel rupturæ limbo, in reliquum ejus volvi corpus & ad et in ipsam quandoque extendi corneam; quare autem ad pupillam semper vergat? ratio videtur, quod encanthon majore glandulâ insigni impleto, liberiùs alterâ viâ extendi & incrementum capere potest.

Hinc postea, ubi vel minima præfati mali signa mihi apparere; quinimò si vel solida quædam suspicio incertum me detineret; per cannulam æneam (vicinis partibus, secundum artem munitis, de quo præsidio latius alibi) ignitum stylum ad mali faciem proportionatum, parti adhibere non neglexi, quod tentamen mihi è voto successit semper. Exemplum si velis, in promptu est;

Ut constans, hoc in conamine, meticulosis sit animus, hac utantur, nempè, à majore ad minus, ratiocinandi methodo. Si tunica cornea lædi, eum in modum, potest; ut lamellula quædam ab ipsa separetur & laceratio tamen hæc, vulnusve hoc consolidetur, sine visus discrimine, vel depravatione insigni; ut exemplis probatum habemus multifariis; quid est, quominus huic (adnatæ) membranæ, parti, nempè, exteriori & visus, propriè dictum organum non integranti, hoc mode, non posset, sine discrimine, injici plaga atque crustula? quæ (oportet enim in mali initio fiat) ipsam deprimens desiccansque excrescentiam, suapte virtute, peracto suo munere, de parte cadit quondam affecta.

Qui hisce contemplatis nihilominus contendunt UNGUEM & PANNUM specie, non genere differre; quia in utroque mor-

bo tunica adnata semper ejusque partes vicinæ aliquando infestantur, æquè bellè probaverit, ossium fracturam ab eorum carie, specie, non genere differre; quia in utroque morbo ossa eorumque partes vicinæ infestantur. Ignoscat (Leët: Beniv:) me repetere morbi (UNGUIS) ipsius tunicæ substantiæ, (PANNI) esse per & in ejus corpore vasorum sanguiferorum luxuriantem protuberantium. Arrodant, in contrariam opinionem, qui volunt, ungues suos! ego, ab mea, ne latum quidem unguem discedam; nifi aliter edoctus.

EXER-

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
QUARTA;
DE
ENCANTHIDE.

DUabus præcedentibus hanc (*Lecl: Beniv:*) adjicio exercitationem; quoniam multa in iis occurunt, quibus vicissim & mutuo, quædam asserta dilucidantur confirmanturque ulterius. Morbus hic, ab quem occupat loco, nomen adipiscitur estque nequaquam carunculæ, sive glandulæ lacrymalis; sed verò ipsius tunicæ adnatæ, ad utrumque oculi encanthum laxè complicatae, in tumorem rotundum, pedunculo insistens expullulatio, excrescentia; differens ab UNGUE & PANNO, quod mox in lamellam extensa, absque tunicæ adnatæ ruptura ejusque inverso limbo, vel, luxuriantibus in planum, vasculis sanguiferis, oriatur; extus pelliculâ tegatur, pedetentim crescat & crescendo mollescat.

In initio naturalis, postea verò rubicundi lividique coloris reperitur; inveterata, tuberculis protuberans variis, facilè excoriaatur carcinomatisque ad instar tandem putrescendo, fœtorem & partit mortem infert. Si, UNGUE non probè curato, tuberculum restitet, aut ipse UNGUIS iterum propullulet, ENCAANTHIS est minimè: nullo etenim involucro tectus, circumvolvuntur ejus ora marginesque & denuò ad corneam prorepunt; cum in ENCAANTHIDE, ipse tumor pelliculâ obvolutus, in rotundam semper propullulet formam: male itaque & ut notanda inter hujus tumoris differentias, recensetur ab quibusdam, *lacrymis nunc, tunc vero non tumescere; fluere aliquando ex ENCAANTHIDE lacrymas usque*

imò in genas: glans quippe lacrimalis hac in affectione , primariò non infestatur ; quod si verò illa vitio laboret aliquo , non EN- CANTHIS ; sed alterius generis alioque titulo denotandum ejusque rupturā , lœsiōe lymphæductus , aut hydatidis erit : ab compressione prorumpentis ENCAANTHIDIS , in glandosum hoc corpus , liquidum ejus posse expelli , nullus dubito ; verùm hoc ubi fit , duplex statui debebit affectio , glandulæ , nempè , lacryma- lis & ENCAANTHIDIS .

Hac ex morbi (ENCAANTHIDIS) descriptione , vera elici poterit , cum curandi , norma : posse , videlicet , ne ab ipsissimo quidem ejus initio , medicamentis corrodentibus reprimi , coerceri ; quod si quis tamen tentaverit , malè egerit : *Primo* , enim , parti expullulanti & adhuc peliculâ circumscriptæ , opportunitatem præbet ulterius faciliusque progrediundi lascivèque luxuriandi ; si eam ei ademerit ; corrosionis autem scopus & prior est effectus ; ut exteriora adimantur , consumantur . *Secundo* ; quæ in UNGUE ab escaroticis acribusque medicamentis discrimina , eadem illa , hoc in morbo , metuenda veniunt : quo circa alia in usum vocanda sunt media & quidem merè Chirurgica ; non autem præcoci fessitatione præviaque sine aliqua curationis adhibitione , ad cauteria actualia currendum . Constringendus , filo serico , aureo &c: pedunculo enim instat , mox ubi limites egressus , palpebras elevate & elevatas sustinere ; valet tumor ; palpebras autem , ob earum tenuitudinem , frequentem dehiscentiam & minus strictam clausuram , circa encanthos , itidem ob glandulæ lacrymalis protuberantium , ad minima quoque , ab interiore parte , pressionem , facile cedere ; norunt omnes Medico-chirurgorum filii adepti .

Si quis cadente , vel lapsō jam , tumore , eum locum , sive pedunculi reliquias vestigiaque inustione exsiccanda censeat , id agat , methodo modò præscripta , per cannulam ad rei exigentiam efformatam : dempto etenim tumore , patet ad hanc operationem , via , quæ præclusa , ipso tumore , funditus cauterium fugit actuale .

Sunt qui , ex veterum doctrina , ipso tumore acu transfixo , aut volsellâ comprehenso atque elevato , eum refecant , quod mox id est , ab ipsius morbi initio , quando vix seminis cannabini mag- nitudi-

nitudinem obtinet, feliciter suisse factum, verisimile videtur; addo autem & eo quoque in casu opportere, inuratur cruenta pars; et si ejus sit tenuitatis, parvitatis; ut de exsiccatione nullum instare videatur dubium, aut discriminem: quod si quis hoc nolit, contegat gypso undique & saepius plagulam. Idem illud observandum autem, quoties (minutulus quamvis) hujus indolis tumor, de aliis corporis partibus, forfice fuerit abscissus; quod autem prævia, sine constrictione, me suasore, fiet nunquam, eductus excrescentias hasce facilè luxuriem repetere; imò & superare pristinam, violentiam.

Ut quæ sunt affirmata, exemplo illustrentur, audi (*Leet. Ben.*) quam passa sit hujus affectionis recidivam, *Amsteladami ANNA LEENARDS*, facchari depuratoris ancilla: A°. 1670. ei ENCAANTHIDIS progeniem novam abstulerat peritus quidam Chirurgus, cui etiam primitias artis meæ debeo; ut impatiens moræ hic: operam enim luserat per aliquot dies & incommodi ægra, quod ab non aptè clausa palpebra levique; sed continuo pruritu, persentiscebatur oculique deformitatem, juventute in viridi, verita: itur ergo ad volsellam forficemque confessim; ut dixerim quod res est; actum factumque, ictu temporis, abscissionis artificium, vidi: præscripto *alb. ovor. cum alum. conquass.* discipulis cura porrò mandata, operæ pretium non duxit posterà, nec quibusdam sequentibus diebus, malum ab ipso inspiceretur; donec queritante agrâ meque monente, illusisse conatus suos, inopinatam recidivam, comperiret, tumorem expullulare denuò; verum nulla pelle crustulâve tectum: quantæ molis postea hæc fuerit curatio (peracta tamen fuit) nemo paucis dixerit. Summa autem rei in eo consistit (prætereo frustra adhibita, ut erant *trochisc. alb. ras. pulv. ireos, vitriolata variæ præparationis, leviuscula caustica &c*) agram indefessa gypsi & interdum alumini-

156 EXERCIT. ANATOM. CHIRURG. DE ENCAUTH.
nis recenter usi (NB) applicatione , fuisse restitutam , opitulabaturque quam maximè contra morbum , quod ægra leviore digito , partem affectam , ut supra , instructam , die noctu verò machinâ ex charta majore (vocant hædypapier) madida , teneret depressam.

De gypso (etsi hoc supra monuerim) monitum denuò velim ; esse exsiccans , præ multis , in hujusmodi morbis , excoriationibus non malignis atque haemorrhagiis plurimis , commendabile & maximi usus , remedium.

Hoc , quod juvenis , jam tum didiceram , in meam propriam & ægrotantium convertere utilitatem , postea neglexi nunquam :

Ita A°. M D C L X X X , Amstelædami Juvenem VANDER VOORT , juxta me & clariss. medic. in consilium vocatorum QUINÆ & STAMHORSTII suffragia , ex ENCAANTHIDE laborantem medicamentisque desiccantibus intus & escharoticis extus , magis imbutum & vexatum , quam adjuvum , vel liberatum fœminamque unà cum famigeratissimo olim Chirurgo & Botanico ejus urbis , VINKIO ; uti & Haga-comitum signiferum in Cohorte præsidaria ducis TORSEI & hac in civitate Lugd. in Batavis , rogatus à diaconis ecclesiæ Walonensis , pauperculam (aëtum hunc , cum disciplinæ meæ cultoribus , præsentia suâ , cohonestante celeberrimo quondam Medico COSSONIO) methodo enarrata , adhibitis secundum artem cicatricem extruentibus , curavi feliciter , intactâ ; nisi ex alterius mali consensu , illæsâ conservatâque ; in omnibus , lacrymali glandulâ ;

Sed confido te (Leç. Beniv.) exemplorum plus non expetere , utpote à priore de morbi indole probè instructum facileque mecum affirmaturum , ENCAANTHIDEM in RHYADEM converti nunquam ; verùm ex ENCAANTHIDE & RHYADE simul , unum eundemque & eodem tempore , posse laborare oculum.

EXER-

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM.

QUINTA;

D E

JUVENI TUBICINI, EX-
TIRPATA MAMMILLA.

Anno MDCCIV, *Sylvamducis* vocatus in consilium, cum Medicis, clariss: quondam LOBELIO & BASSELESIO, Medico Ultrajecti ad Rhenum sagaciter feliciterque praxin exercente, opitulaturis nobilissimæ cuidam matronæ, convulsioribus gravissimisque aliis symptomatibus correptæ, meo quoque examini sese, hac opportunitate, subjecit Juvenis JACOBUS DE CELON, ætate annor: XXII, natione Gelrus, corpore validus, nobilissimo D^o. DE LYNDEN DE PARK turmæ, in cohorte comitis de ALBEMARLE (vocant d^e *Carabyniers*) magistro, tubicen, magna laborans ex dextræ mammillæ intumescentia, enarrans, se ante quatuor, ab eo tempore, ammos, venatum egressum, fervore nimio in prædam agitatum, sclopeatum, ultra solitam mensuram, pulvere nitrato, oneravisse ac explevisse in objectum animal ejusque ex retromotu violentaque concussione in mammillam mox, cunr livore (echymosi) & dolore, intumescentiam observasse; sed vero adhibito spiritu vini, illas hasce omnes evanuisse apparitiones,

tiones, unâ relictâ; verùm vix fabæ magnitudinîs, induratâ glandulâ eamque, post aliquot menses, incepisse augeri; ita ut intra scsqui annum pugni magnitudinem superaret sensimque tandemque lactitantis mammæ formam præ se ferret: quoniam autem, nunquam dolore infestaretur & officio suo non planè sese experiretur imparem & insuper quidam Chirurgi & circulatores asseverarent, hunc periculo vacuum tumorem, utpotè solummodò flatulentum temporisquè trætu evanescitum, id onus clanculum gestitavisse usque, dum & tubæ inflationem equitationisque succussionis que actum sustinere non valeret.

Quibus, interea temporis, usus fuerit remediis, quandoquidem ex iis solaminis receperit nihil, vergente continuo in pejus malo, non referam exactè: quid enim juvat inutilia; quinimò nociva retulisse? Quod si verò cuidam videatur utile, etiam ex aliorum erroribus erudiatur, neverit is, huic illi mammillæ fuisse imposita cataplasma maturantia, Empl. varia ex Gummis & similia, quæ omnia, indole morbi cognita, vix & ne vix quidem ab viro Medico-Chirurgo, hujus generis morbis, absque peccato, applicari posse vindentur: schirrhum etenim verum, ne vel quisquam, extra miraculum, resolvit, aut ad maturitatem perduxit: nam etsi in variis multiplicibusque schirrhosis tumoribus, quod in- & circa glandulam glandulasve infestatas, induratæ, usu privatas, liquidum resolvatur, extat; induratur ipse tamen schirrus, ipsæ glandulæ infestatae, induratae usuque privatae substantia atque sic istius glandosi corporis dispositio non resolvitur, aut in pus convertitur.

Quod tamen viris quibusdam honorandis quoque Chirurgis imponit phænomenon, est, resolutionis quorundam tumorum initium felix atque intus exhibitis medicamentis sanguini

sanguinis massam & actum emendantibus, evaporationis compacti & peccantis liquidi, veritatem rei & effectum verum eludens spes.

Astverò quod solidum fuit ab initio nostri fieri inque soliditatem ulteriorem est factum, id in liquidum resolvi potest (a&tū præternaturali excepto) nunquam: contractis quippe contritis maceratisque, quocunque modo supposuerit quisquam, solidis, habebunt, obtinebunt æternū suæ fabricæ vel; ut me, etsi barbarè; sed tamen intelligibilius exprimam, sui esse, essentiam, sive manebunt, indole, solida.

Omni in antecessum hausta, tum ex ægro, tum ex iis, qui ei ab medicatione, aut consuetudine fuissent, informatione, ipse hujus mali examini me applicui detexique mox, Primò; in mammilla schirrum, 2dò; axillam, imò utramque; nulla glandularum duritie, aut intumescentiā infestatam; hoc autem symptoma, vel potius hic, si mammæ schirrhosæ, comes sit morbus, raro illius fit, absque recidia, extirpatio, quocunque instituatur methodo.

Sed permitte (*Lector Chirurgophile*) te ad hunc terminum sistam! verum etsi sit, mammæ schirrhosæ abscissionem & vel minimā quoque axillæ glandulā induratā, non absque recidivæ periculo fieri; dantur tamen casus atque necessitates eum urgentes in modum; ut tentavisse eām videatur æquum justumque danturque in quibus, axillā nullo morbo infestatā schirrhoque, secundum artem & probè extirpato, tamen successu caret operatio: sic ego HAGÆ COMITUM A°. MDCXCV, simili versabar in dubio molestoque negotio; quod tamen non aggrediebar solus & sine multorum artis Chirurgices peritorum prævio et iterato consilio ac persuasione multa; ne autem nobilissima ars nomenque meum detrimenti quid ex inde pateretur (solent enim,

cum ineptis, invidi et scioli, ubi eventus actis respondere non videtur, in acta auctoremque debacchari vehenienter) quod sequitur, idiomate belgico exaratum et jam nunc in latinum translatum, mihi est oblatum scriptum, quod velim præser-
tim legant nostræ artis tyrones discantque hoc modo in
dubio negotio cautè mercari turbidoque in mari piscari pru-
denter; ne decepti et ieti serò sapiant.

Hage 14. Mey, 1695.

Wij vondergeschrevene Medicijns en Chirurgijns;
hebbende niet den anderen / en ieder voor zich/
gezien / geexamineerd / en wel overwoogen
het accident in de borst van JUFFI JENBELEIN oordelen/
dat het zelue niet in staat te houden / veel minder
te geneezzen is / dan door eene extirpatie van den ge-
heelen borst: en alhoewel wij alle / en ieder in het
bizonder / groote zwaarigheid in de actie der extir-
patie zien; nochthans ons vertrouwende op de ge-
raadige hulpe Godes ! hebben wij den PROFESSOR
BIDLOO verzocht / geraaden / en aangemoedigt het
Werk in Gods Naam te doen; die hier van ook ken-
nis aan de Hoog-Achtb: Burgemeesteren van den
Waage heeft gegeeven.

D. Liebergen. Van Wouw. Joh. Fred. Helvetius.

Jalon.

M. v. Reverhorst.

Christianus Fridericus Schuman.

Med. Doct.

C. Drelincurtius.

A. Stuckery.

Fred. van Kempe.

Nos infra scripti med: doctores & Chirurgi examinato
& sedulò perlustrato tumore ab nobis omnibus & singu-
lis, in mamma Virginis JEMBLEIN extante; judicamus
& statuimus, eum non posse, in statu quo est, detineri;
multò minus curari, sine extirpatione totius schirrhosæ
mamme & quamvis omnes & singuli ipsa in extirpationis
actu difficultatis multum vereamur; tamen Deo ejusque
gratiæ! confidentes, rogavimus & persuadere animum-
que addere sumus moliti Prof: BIDLOO, aggregum hoc,
in nomine Dei! auspicaretur facinus quodque consentiente
nobiliss. & ampliss. Magistratu HAGÆ-COMITUM, est ag-
gressus.

D. LIEBERGEN. N. WOUW. JOH. FRED. HELVETIUS.

JALON.

M. v. REVERHORST.

CHR. FRED. SCHUMAN.

Med. Doct.

C. DRELINCURTIUS.

A. STUCKERY.

FRED. van KEMPE.

Datum Hagæ-Comitis,
A. MDCXCV. xiv Maji.

Abstuli porrò, præsentibus prædictis Viris, solo Cl.
dempto DRELINCURTIO, teneræ staturæ virginī huic,
schirrhosam hanc sarcinam, quæ, 4tâ horâ, post extipa-
tionem, quatuordecim librarum comperiebatur; vixit ali-
quot annos postea doloris expers & vegetè; sed non sine
ulceris, nunc quasi consolidati; nunc verò excoriati &
aperti pseudoque carne luxuriantis, redincremento, fœtore
multaque molestia. Priusquam autem typis exponerem
hanc observationem, quæ sequuntur Clariſſ: Viro M. v. RE-

X

VER.

VERHORST, HAGÆ COMITUM, hoc tempore Anat: & Chirurg: Doct: publico, dedi videbitque Lector, ex ejus responsoriis, ulteriorem præfatæ historiæ explanationem.

Viro Nobilissimo

M. v. REVERHORST,

Med. & Anatom. Doct. publico,

S

G. B I D L O O.

*I*mprimitur exercitationum Anatomico-Chirurgicarum
mearum decas secunda, in qua, cum, in transitu, ver-
ba faciam de virgine JEMBLEIN, rogo me certum fa-
cias, utrum illo de casu, cui interfuerit à principio ad
finem, aliquid scripto mandaveris? quod si sic, illud mihi
tradas conferendum, cum illo, quod egomet, in ejus me-
moriam, exaravi: devinctum me habueris & paratum,
ad similia officia, huic si meæ petitioni satisficeris quanto-
crys. Vale.

Dabam Lugduni in Batavis,
xxvij Junii, A. MDCCVII.

Viro

Viro Celeberrimo

D. G. BIDLOO

Anatomicorum hujus ævi facile Principi.

S. P. D.

M. v. REVERHORST.

*A*dmodum doleo me petitioni vestræ circa Casum Virginis MARIAE MAGDALENÆ DE JEMBLEIN, non posse satisfacere; ut potè qui olim pauca tantum de casu illo notavi, quumque jam duodecim anni sint elapsi, quantum curâ quæsiverim, non potui tamen invenire illa, quæ tum temporis notaveram. Illa autem, quæ memoria fert, libenter referam: nimurum quod Dominatio Vestra, quum primum Operatio institueretur; abstulerit cultro tumidam Mammam, pendentem libras quatuordecim mercatorias, quæ quum ablata esset, quamvis Operatio dexterimè fuisse instituta, nullâ substantiâ peregrinâ remanente, tamen indies iterum accrevit, præcipue Mensibus instantibus; & quamvis hæc Substantia de novo continuo succrescens, secundum artem idoneis Meicamentis, & reprimeretur, & auferretur, & plusquam semel omnis curata videtur; semper tamen Vernali tempore tumoribus bullosis iterum pullulabat, quibus ruptis de novo, & viribus quasi collectis augebatur indies. Illa vero firmo animo hoc malum per quinquennium tulit, quo tempore plus quam quadraginta libræ illius substantiæ luxuriantis ablatae fuere,

donec malum sensim magis. magisque augens & sanguineæ atque Lymphaticæ Massæ labem suam adspergens viresque terens, & jam non tantum ipsas Axillares Glandulas occupans, sed & versus ipsum Dorsum latius repens, tandem hujus nostrae patientis vitam cum morte mutavit, finemque doloribus imposuit. Miratu dignum est hancce Virginem toto illo tempore non tantum exercitia sua assueta & domestica satis alacrem peregisse, sed etiam quam vehe- menter Medicamentis Escaroticis vellicaretur, ferrove tentaretur, post deligationem institutam, semper aequa hilarem fuisse, & quum exiret, vel rebus sacris, vel aliis consortiis interesset, neminem potuisse animadvertere hoc ipsius Malum; nec potuerat illa aliam hujus mali causam & originem excogitare, quam inopinatum nuntium mortis Mariae P. M. Magnæ Britanniae Reginæ; cuius favore, præ caeteris, fidei de causâ ex Gallia profugis, fruebatur, mensum suppressionem intulit, & hinc, ut mibi saepius retulit, illæ lacrymae.

Hagæ - Comitum.

28 Juny 1707.


Simile quid; aliam in partem, me & aliis Medico-Chirurgis agentibus & anciipi ejus molimini annuentibus, tentavit olim AMSTELÆDAMI, quo non præstantior alter, Chirurgus P. A D R I A N . V E R D U Y N: experientes enim fœminæ cuidam sublingualium glandularum fungosam luxuriem, nullis medicamentis; imò & ne inustione quidem deprimendam, minari mortem (implebatur quippe ei totum & undique os; ita ut respirare, summa sine difficultate, vel alimenti quicquam deglutire non posset) æquum justumque judicavi.


judicavimus, præsenti & prementi vitæ occurrere discrimini : resecta ergo ei , de die in diem (cultro ad excrescentiæ & oris figuram fabricato) pars fuit superficialis atque hoc toties , quoties videbatur necessum hocque modo misera , non- curanda integrè , diu sustinuit vitam , vel ; si mavis , diro- satisfecit vitæ amori..

Omnibus , in ægro nostro , ad requisitam curationis nor- mām , conspirantibus circumstantiis felicemque eventum prænuntiantibus , puta æstate , animi vigore cæteroque cor- poris habitu , cum regione ac anni tempestate persuasionis parum opus erat ; ut æger se se mammillæ subjiceret extirpa- tionī ; verebundus tamen rogans ; imò & efflagitans , au- diremus quendam istius civitatis pharmacopœum , asseveran- tem se hunc schirrum , cute solummodo fissa , exempturum curaturumque brevissimo temporis spatio. Huic ejus peti- tionī satisfactum est mox ; sed testor Medicinæ præsidem verum , unicum ! ut inepte & insulsè iste ille nimium audax garrierit , de hoc morbo ejusque curatione , alipta : nam et si ei ad oculum , ad digitum , ab nobis demonstraretur , papillam mammillæque glandulas intricatissimè ex vasorum multigenorum in- et emissione in- et de cute , . nexus planè in- solubili coivisse , perfictæ frontis Homo nihilominus jure- jurando multaque verba canora eructando , prætendebat , promittebatque hanc molem ab cute solubilem & ex ea pos- se eximi ; verū nobis , annuente nostræ sententia , etiam experientiss Chirurgo M U L L E R O ; futile hoc ejus ad- spernantibus assertum , petiit ab me æger , liceret ipsi me sequi *Lugdunum in Bat:* meaque uti , cum consilio , manu & me- dicatione , cui voto , illud urgentibus prædictis viris medi- cis , familiâ illustriss *Keppelianâ* inque mora periculo , ad- stipulatus , opus cum bono Deo ! XIII mensis Maji , peregi-

Quibus, hoc in casu similibusque semper, instrumentis, ligaturis, fasciis, medicamentis (aliis enim, quam alii utuntur, utor) brevi, qua methodo, mammae extirpandas excipio, novisse, videtur interesse reipublicæ Chirurgicæ; mea ut postea premant sequanturque, ab ipsis juxta rationem & eorum experientiam probata, vel evitent, eadem conditione, improbata, vestigia, artis nostræ cultores.

Aegri, vel ægræ, in sedili altiore locatorum axillæ, ad mammillam, videlicet, affectam, injicio majusculam pilam; deinde, in terga contortis brachiis; ut manus manum apprehendat, vel vinciri utraque possit, prominente hoc modo pectori, arripio manu mea una, tumorem eique adhibeo alterâ, ligaturam tenuem, vocant fœminæ nostræ een **Dlecht**-of **Hairzader** eamque multa circulatione paulatim strictius & tandem firmiter contrahendo, efficio, protuberet exsurgatque integer & totus; mox eum, parte ab una, transfigo usque dum ad manubrium pervenerit excipioque proximè ad, vel per musculum pectoralem, furcâ, sive bidente, (vide tab. I. litt. A.) quod si verò durissimus, parvus cutique fuerit annexus insolubiliter, stylo (vide tab. I. litt. B.) delineatis ultroque eâdem tabulâ, litt. C. designato, parte incipiens à superiore deprimensque in actus initio & elevans postea bidentis manubrium, absindo omne illud, quod peccare videtur: permitto porrò sanguinis una, aut altera effluat uncia vulnerique injicio, cum multo carpto, in subtilissimum pulverem redactum, gypsum, cui, in majorum arteriarum truncatione, hepatis vitulini tosti itidemque in pulverem impalpabilem versi, ad gypsi libram semis, uncias duas admisceo; sed verò in mammarum extirpatione, nemo oportet sit sollicitus de hæmorrhagia sistenda, utpote in quibus exiles solummodo absinduntur arteriae;





riae ; venas autem quod attinet , etiam varicum modo turgentem, quis est qui periculum vereatur ?

Ligaturà deinceps *Thoraci* , vel *Cataphracta* , pulvillis ad claviculas diaphragmatisque circumferentiam , dispositis , confirmo prædictum apparatus , quem , sequente die , solvo & semper liquore requisito purulentoque conspersum detego , adhibens latam postea fasciam vinculis ornatam : ulcus quod jam tum prostat recens , in principio digestivis & Balsamicis Medicamentis ejusque margines labiaque *emplastrum diapomph:* illaque multo carpto , exorno ; verùm et si desiccari hoc debeat ulcus , id tamen , festinanter fiat , convenit minimè : crustâ quippe obducitur & arescit , cum ægrotantis damno , facillimè ; quam curationis acceleratio nem immodicam , ex *mellis rosacei* adhibitione , post sextum ab extirpatione , diem , non sine multa molestia , correxi vitavique postea sedulò .

Sic soleo (*Lector Chirurge*) eas eosque tractitare , de quibus nobis sermo est ; quod si , dum de memer-ipso loquor , verba , quæ satis modesta ac minimè jactabunda videri possent , invenire valerem , enarrarem , jam nunc , multifariam , hoc de morbo , meam experientiam ; sed eam , commemorandam trado atque relinquō Medicis & Chirurgis , quorum multi hoc tempore vivunt , qui unius anni , videlicet , 1679 , spatio , me vigesies bis hunc actum celebrantem viderunt & non reprehenderunt dicam ? an laudaverunt : adjicerem etiamnum hisce , vel iis , suprà , inseruissem ; rationes , ob quas multorum Clarissimorum Virorum Medico - chirurgorum instrumentis apparatuque non utar eorumque agendi methodum non probem , rejectem ; sed eos , quos propter celebratam amicitiam studiique Chirurgici amorem resque sapius egregiè alias præslitas , veneror ,
repre-

reprehendere (salvâ semper republicâ Anatomico-chirurgicalâ) cum minus mihi in votis, quâm meliora docere, sit; statuo, exemplo meo monstrante viam, eam ingressuros omnes artis nostræ fautores, quos præjudicium, nec invidia occœcavit cum oculis, mentem; sed redeo, de qua parumper sum egressus, in viam.

Tubicinis nostri, prædicto modo, ablatam mammillam, eodem die, perlustravi anatomicè; verùm in ea nihil, quod schirrum non saperet, reperimus, excepto, quod hic & alibi, glandulæ quædam levi rubidine extus conspersæ vasque tumentes sanguiferis, conspicerentur: ex Chirurgis quispiam notabat, liquorem flavescentem inspissatumque ex quibusdam dissectis manare glandulis: ast cum frequens illud hoc in morbo sit, aliquid hac de re specificè monendum, non reor.

Quia autem tota integraque mammilla parsque quædam musculi pectoralis erat abscissa, jucundo oppidò extabat, spectaculo, observare, per musculos intercostales, pulmonis reciprocum motum: noverit interim, Chirurgia studiosus, minoris esse momenti, quâm quidem prædicitur ac reputatur schirrhi, ad musculum pectoralem, adhæsionem, modò, per eum & costas quoque non infestaverit, cum ulcere; quinimò & eum etiam casum non esse desperatum: igne quippe, abrasione & medicamentorum applicatione, hoc posse curari malum, plus semel sum expertus; mox, post extirpationem sanguinisque fluxum restrictum, loco affecto inspergens *ung. fusca*. FELICIS WURSTII, quod, ut egregium, ad corruptorum ossium desiccationem & ab integra ejus parte, separationem, commendare ausim sedulò.

Musculum pectoralem ejusque quod spectat læsionem
qua-

quarundamque ejus tum tendinearum , tum motricium fibratum ablationem , nemo erit anatomicorum , qui non statuat , ex ingenti horum fasciculorum musculosorum serie , quasdam , relictis in integrum multis , magna sine ægrotantis molestia & incommodo , posse resecari ; imò verò ego nunquam dubitavi , dummodò de adhæsione prædicta , dubitarem , hujuscemusculi partem , unā , cum mammilla , auferre.

Ægro nostro , quatuor , ab extirpatione dierum spatio , optimè sese habente febriculâque symptomaticâ solummodo correpto , supervenit ,

1omò ; cum nausea , febris violenta ; ulcere attamen existente minimè arido , circa illud , mutatum est , respectu medicamentorum , nihil ; verùm præscriptus & exhibitus , qui sequitur pulvis antifebrilis ;

R. Antimon: diaphor: 3j. fl.

Sal: card: ben: 3j.

Tart: vitriol: 3fl. M.

19nò ; Sperato destitutus successu , sudoris , nempè , emisserat nihil ; inveniebam ægrum irrequietum , vigiliis agitatum , sitibundum omnemque fastidientem vietum deque dolore plus abdominis , quam ulceris , queritantem , cum porrò ex emulsione solaminis recepisset parùm atque is ille , qui , cum eo , noctem transegerat planè insomnem , referret eum , cui belli strepitus clamorque virorum clangororque tubarum , idæc infixi extabant intimius , ea nocte sæpius inter deliria & vociferationes , nunc ore , nunc manu ciere viros in certamen , esse visum , injici ei enema curavi ; verùm & illud vix quidquam boni præstans ; et si alvus solvere tur , sequentibus verò diebus ,

20mò , & 2pò ; maneret adstricta , continuante febre ;

22dō; Mane, ex *infus. fol. senn.* &c. purgans hauriendum exhibui, cuius beneficio, ter laxata alvo, circa vesperam cecidit in optimæ notæ sudorem, cum anxietatis præcordiorum levamine summo; ita ut is ille, qui viribus fractus, confestim quasi ad multos festinare, circa meridiem

23tiō; Sedili impositus, confestim & totus videretur sanitati restitutus; expertens, videlicet, cibum eoque vesceretur avidè & ne omni huic fausto, aliquid deesse posset videri, circa vesperam alvum deponeret iterum.

24tō; Ulcus, pure madens laudabili hominemque doloris expertem, nulla febre agitatum; quinimō jocabundum visitavi: enarrati autem symptomatis causa cum me lateret, eam postea, ex ægri hospite, carnium suinarum venditore & lanione, intellexi: ægrum, nempē, hardi recentis concoctique vim devoravisse claniculum. Severa itaque multato reprehensione ægro, curavi ne illud incontinentia perpetrare, imprudens valeret imposterūm; monendum autem circa vivendi rationem, sive diætam, hoc in morbo, parvo atque malactico vivat æger victu bibatque dulcem cereviam, aut aliud genus lenientis decocti largiter.

Ab hoc temporis termino tota curatio prosperè cessit fuitque absoluta; ita ut æger, intra quatuor septimas, domo exierit atque brevi postmodum integerrimè restitutus desideratæ sanitati, *Sylvam-ducis* abierit hocque tempore 1707. cohorti. ALBEMARLEANÆ. Tubicen inserviat:

Quemadmodum equis generosioribus calcar; ita & studiosis, etiam diligentissimis (quorum in commodum, velim hæ meæ inserviant, cum exercitationibus, monita) absque exprobratione neglecti officii & indolis quasi inepte natæ, quandoque incitamentum addidebere, pro comperto illi habebunt, qui eos benè volunt: ex præmissis ergo ab talibus proponi poterunt lemmata. argumenta
dispu-

disputationes, à priore, posteriore, aut problematicè, affirmanda, supponenda, vel neganda; sed verò, non; ut ex iis inepta asfurgat cavillatio & pulvis merè scholasticus, in quo, quò plus quisquam sudaverit, cò plus, deridendus athleta, operæ & olei perdidérat semper multum, laurea donandus apollinari nunquam; verùm, ut ea ex dimicatiōne reportetur, rerum perquirendarum, in usum sacræ reipublicæ medicæ, veritas: hujus autem generis esse poterunt quæstiones:

1^o; *An utriusque sexus mammæ ejusdem sint dispositionis, fabricæ, structuræ? conveniantque, hoc respectu, cum iis, ubera brutorum ac ferarum?*

2^o; *An lac, quod in iis reperitur, ejusdem sit oportet indolis?*

3^o; *Statimne ē foetu modò nato? an post aliquot, ab nativitate dies, lac de mammis utriusque sexus depri-mendum veniat? illudque fæminis, quibus in animo est infantes nutrici lactitandos tradere, ad desiccandos fontes lactis, ob-an profit? de Amazonibus autem iisque extirpanda mamma non me lassabit negotium, quod volens ē lubens doctiss: Literatissimisque PALÆPHATIS, PETITIS eorumque sequacibus, decernendum relinqu.*

4^o; *An lac, quod in mammillis, Masculini Sexus, eo nato, semper reperitur, labris eliciendo ē crebrò exercendo, postmodum, fluere non debeat, usque imò ad pro-vectiorem ætatem?*

5^o; *An hoc modo æquè mas ē fæmina, posset præstare infanti officium nutritionis per Mammas ē lac ex iis hauriendum?*

6^o; *An non videatur ridiculum? statuere; foetum, in utero, per os, suetū propriarum mammārum lac recipere*

- pere & ita nutriti? cui possibilitati & ultrò videtur obstatre pectoris fabrica.
- 7mo; An non œconomiae animalis (ut vocant) completi, respondere magis videatur? Lac, sive ejus cremorem, de mammis stillitatem ac superficie liquoris cui innatam fœtus, supernatentem, vi & actu elasico musculosi organi, uteri ejus ori intrudi, imprimi?
- 8vo; An non lactitans, lactitante aptior sit, quæ concipiatur?
- 9no; An lac, in mammis, fœminis viro utentibus, significatio gravitationis haberi debeat?
- xmò; An, à nativitate, singulis mensibus eorumque singulari & iusta periodo, vel nunquam; nisi post receptum virum (utriusque enim propositi exemplum Amstelædammi est peperitque utraque non semel & feliciter) menstruantibus, eadem prolificandi ratio sit?
- ximò; An illa, quæ dum uterum gerit, singulis mensibus largiter, vel quæ eo tempore parcet; sed continuo, menstruantur fœtum producere valeant sanum. beneque constitutum?
- xlimò; An hoc in casu prægnans, vel ejus embryo? an vero utriusque vita simul in discrimine versetur?
- xiiimò; An, foetu uterum implente, mammae turgere inque iis lac confici necessario debeat?

Faxit Deus! ut hoc modo ferreat redoleatque sapientiae thymoponus Academicum, cum nobilissimo Studio Physico-Medico & Anatomico-Chirurgico sitque memor, cum Praeceptore, Discipulus, quod;

Multa sacro tegit involucra, natura.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM.
SEXTA;
DE
OCULI PROLAPSU.

ub hoc Titulo; etsi variae describantur oculorum pro-tuberantiae, ego *Ecpiesmum*, *Proptosin*, *procidentiam* oculique resolutionem excedentiamque, differre inter se, cum aliis didici dudum: eo enim venit quorundam incuria; ut *Stamphylomatis* species; imò & *Chemosin*, hoc ad genus & hunc ad morbi titulum referant.

Oculi PROPTOSIS, PROCIDENTIA, de qua mihi impræ-fentiarum sermo erit, illa est, quâ totus oculi Bulbus cum an-nexis musculis, adipe & glandulis (quibus & sui sunt morbi spe-ciales deque quibus suo loco) extra osseam orbitam palpebrasque protuberat, propendit, eminet; quod fit cum, vel sine partium oculum constituentium visibili læsione & morbo, magnitu-dine excepta & distentione nimia, quæ, hoc sensu, morbus est. Secundò; cum, vel sine totius, notanda visus amissione: leve etenim qualvis in initio sit visui damnum, quedam tamen semper & post inveteratum, nec curatum mörbum major tandemque maxima visioni manet jactura. Est partibus singulis sua magni-tudo, dispositio, quâ omnes sibi constant & inter se proportione requisita ad usum, convenient, respondent; unde justâ major omnis earum excedentia, extuberantia, morbus renuntianda; rarer autem; si unquam, eousque, ut supra innui, oculus pro-tuberat; quin & simul visum amittat.

Vidi, ante sex annos, Londini, virum robustum, cui ambò oculi,

oculi, horrendum in modum protuberabant: quod ad ipsam partium dispositionem, illam genuinam observavi, præterquam quod ipsis pupilla majuscula, cæsius color & insolita esset cum duri-
tie magnitudo; visu tamen utrumque destitutum omni exper-
tus sum; inquirens in causam, accepi, inter luctandum ab adversa-
rio suo, irâ, gymnaſicas, velluclationis anglicanæ, leges excede-
rente, pollices fuisse oculorum orbitis intrusos hominemque mox,
nullo inficto vulnere, dolore correptum summo, non medicis, non
chirurgis; sed visu restitisse orbum oculosque magis magisque di-
stendi atque protuberare, quandoque cum, quandoque sine dolore.

Totius oculi E C P I E S M U S, vel P R O T U B E R A N T I A cu-
rabilis, illa est, quam potius muscularum relaxationem dixerim:
sive enim idvociferatione, partu difficili, respiratione, impedita,
vomitione aliave de causa fiat; sufficit manente visu, collegisse, ex
partium dispositione, musculos tantum esse resolutos, distentos
præter modum: ipse quippe oculus debitam servat magnitudinem
palpebræque ad bulbi latera, vel inferius hemisphærium. Pristinum
ut in locum hi prominentes reducantur oculi, impriment quidam
suturae coronali, aut temporum arteriis, cauterium; sed
quo jure non capio, cum operatio hæc cum oculorum muscularis,
hoc in casu & respectu: de paralysi enim alia est ratio deque ea
speciatim, commune habeat nihil. Tutius manus, tutius pulvilli,
carptum, ligaturæ deprimentes, in auxilium, vocantur; quod si
propter dolores inflammationesque medicamine opus videatur;
audi quo ego usus sum feliciter.

Accersitus *Amstelædami*, in viam (vulgò de Kerk-
straat) ad pauperculam (cujus nominis non recordor) dif-
ficillimo ex partu laborantem, exploratione & examine ce-
lebrato omni & prudenter, fœtum offendendo mortuum matrem-
que corpore obesiorem; ut me embryulcia accingo, eni-
ventris tornina conatusque in partus summos; erumpunt
unâ cum fœtu insignis umbilico hernia (exomphalos) &
œculis protuberantia, prima læyi manuum mearum compre-
fioni;

fioni; secunda verò cedens minimè, umbilico latam ex man-
tili ligaturam pulvillosque, sive compressulas; Oculis ve-
rò cum multipli cantu mox succum sedi major. *plantagin.* ad 3 a ij. *sacch. saturn.* 3.ß; postea ex cortice
querno, *rosis rubris* & *vino rubro gallico*, decoctionem te-
pide injicio. Ægra hæc restituta in integrum ita fuit; ur-
quenti anno, absque horum omnium symptomatum ve-
stigio, fœtum pepererit masculinum, vegetum.

Oculus totus quantus, visu amissò toto, immensum ex crescens
orbitamque excedens, cancer sive, sive ficus, suppuratio, pu-
tredo, aut sphacelus, cariesve ossis, in causâ sint, medicamentis
curatu est difficillimus; multis in *Vitriolum* & *præcipitatum album*
probè lotum, aliis in *mercurialia fortiterque adstringentia*, refu-
gium est; Ego autem medicamentis, *Lapide præsertim infernali*,
etsi moderatè usitato, mederi huic malo non potui: sepositis quippe
partibus incrustatis & in escharam deductis demortuisque, expul-
lulantem denuò fungosam ex crescentiam dolui semper, quapropter
iteratis horum aliorumque medicamentorum applicationibus
palliativam duntaxat curationem molitus sum. Corrodentium ni-
hilo minus remediorum postea optimum expertus sum, *Butyrum*
antimonii mitigatum cum Tinet: croc: vel opii. Pénicillo ex crescencie,
S. artem in persum.

Oculo ab humorum effluxu, extra orbitam distento tandem
que crepante, cum cornea, uvea dimissaque cum pure, vel ichore,
quidquid liquidum in ejus cavitate continetur, medela est in desiccantibus,
Vitriolum cyprin: faces vin: rubr: vet: cort: lig: quer: flor: rosar:
balauist: hisce conjugē Rad: tormentil: Terr: sigil: creta.

Partim conservatum partimque excisum, ex hoc morbo infe-
statum, oculum, memoriae tradidere quidam: quod cum ab me
factum, vel ab aliis tentatum nunquam viderim, velim rei & veri-
tatis fides penes hosce scriptores sit;

Etsi quibusdam visum fuerit protuberanti, præfato inodo, oculo, filum
injicere, constringere atque ita putrescentem oculum de orbita avcl-

lere , aut ante putredinem forcipe & forifice apprehendere & absindere , vel acu eum trājicere atque ita forifice extirpare ; ego tamen s̄epius & benē manu cultroque rem peractam ab aliis , legi vidique , ut & ab me ipso & quidem primō ab

MARCELLO VANDER MAAS , Chirurgo quondam Amstelædami celebri , qui viro nauclero , ætat. XXXVIII. ann. oculum sinistrum deformiter protuberantem , adeò ut digitis apprehendi removerique palpebræ possent commode & fætorem emitteat horrendum , excidit : ortum traxerat morbus hic ab tumore oculi interno , sanie impleto multa ; protuberantem quem , prope encanthum majorem , scalpello , post multas , sine fructu adhibitas medicationes , perforaverat quidam Chirurgus ; sed puris nihil , saniei & ichoris verò fætentis multo erumpente latice , suum agnoverat homo errorem memoratumque confugerat ad Virum , qui etiam plurimis usus mediis , præsertim *pastillis ex calce viva , sapone veneto & mercurio sublimato* , irruente de die in diem & depascente partes internas externasque deformante , livore , fætore & sphacelo , tandem omnia incassum adhiberi , persuasum sibi habere cogitur ; cultello itaque manum applicat remque sequenti methodo , ad finem perducit optandum : altiusculo collocato in sedile brachiisque , ægro in terga devinctis oculorumque obvoluto dextro , auxiliantium Chirurgorum unus ; ut potest , cum frontis vèlamentis palpebram sursum detinet elevatam firmiter . Ipse chirurgus appreheſo detraetōque toto de orbita tubere , excisionem , parte inferiore ab encantho majore ad minorem , incipit ; deinde eadem methodo , parte superiore , cultro aliquantulum incurvato , apicis , nempè , respectu & manubrii , non verò semilunari , absolvit : verū non unā alterāque ; sed multipli incisione , uſus tandem forifice

non

non semel. Exciso oculo, totum osseæ orbitæ cavum, carpto, *albumine ovarum pulvereque consperso* implet *stiptico*, obligans & alterum oculum. Nullam notandam hæmorrhagiæ exulcerationes, putredinesve in nervi optici, vel aliarum partium velaminibus, nullas observavimus, ut & ne in tenerima, quidem ossa irrupisse cariem; quod autem significatu dignum, toto curationis intervallo, tanto nunquam fuisse agitatum dolore ægrum, quanto nuper unâ sæpius horulâ conquestumque fuisse de eo, neque febre corruptum graviore unquam. Adhibitis porrò vulneribus hujus commatis adhibendis observeque vitæ regimine peractisque, pro tempore peragendis, curatus extitit homo. Acci-
no ego euge! bene! feliciter!

Ratio quare nervi motoriique læsio hæc, graviora non pepererit symptomata, hæc mihi videtur. Propria. ipsi hi nervi, in causa morbi non fuerunt: nervorum quippe truncos benè constitutos vidi. 2da. majores nervi, puta femoris, axillares, &c. obtruncantur, amputantur, leduntur, sine graviorum symptomatum syrmate: eorum enim truncatio proximè, sive ad exitum de ossibus capitis, vel vertebralibus &c. sive ab ipsis longius remota fiat, pro nervi magnitudine & aditu ad alias quoque partes, pendenda extat; cum nervus ubique locorum dispositione idem sit: periculum itaque non ab loco; sed nervi abscindendi magnitudine & aditu ad alias quoque partes deducendum colligo stillitan temque (post truncata membra) de ejus involucro, laticem, parti restringenti & conservandæ, cum chylo, de arteriis accedente, medicamento esse balsamico.

Vivit, quondam præfectus militum pedestrium, nobilis vir, natione Gallus, cui, ab sola concussione capitis, ex magni tormenti explosione, uterque oculus visu orbus, extra orbitam, boum oculorum instar, brevi postea protuberavit;

Setaceis verò , venæ sectionibus multisque in usum vocatis medicacionum formulis frustra diuque jam nunc , dolore percitus nullo , omni valedixit remedio , heroïco ferens animo nobilioris sensus jacturam.

Ostendit mihi *Hagæ-Comitis* , 4^{to}. Septembris 1699. L. COMMENIK , *Med. Doct. celeber. & A. STUCKERY*, famigeratiss. Chirurg. spectatu horrendum oculi prolapsum, potius cum oculo excrescentem fungum , vel ficosam ex- crescentiam , dextram totius faciei inferioris defœdantem partem , ut adspectu ; ita & foetore vix tolerandam ; negaverunt autem nobis parentes oculi excisionem , multis fatigati & incassum adhibitis remediis eorumque , sumptibus cumque insuper , duodecim annorum puer tabidus , macilentus dolore , vigiliis , febre lenta &c. confectus extaret , nemo nostrum hoc negotium valde ursit moriebaturque miserrime , sequenti anno , omnibus nominibus miser renuntiandus æger.

Feliciorem naëti sunt sortem Nobiliss. Vir J. DE WILDE , Colleg. archithalassico , quod *Amstelodami* est , olim ab actis & BROUWERIUS mercator , adhucdum in vivis , quibus secundum artem excisus in totum oculus , ne vel aliquod quidem ulcus , fistula , aut caries post se reliquit.

Hisce aliisque exemplis ipsaque ratione duce , confirmatus , hanc operationem , cum JOANNE RAUWENHOF , præpotentium D.D. Belgii fœderat. Chirурgo castrensi primo Anno MDCXC. 24 Julii , in GUILIELMO à WINKELS , milite in cohorte Nobiliss. ducis de HEUKELOM *Bruxellis* institui : sinister oculus in prælio prope *Fleurus* , hastâ perfossum laceratusque primò ab aliis *Caroloregii* , postea *Nivigellæ* & *Bruxellis* tandem ab nobis fuit tractatus & excisus

excisus & probè curatus orbitæque osseæ excavatae impositus ex vitro artificialis oculus: nam etsi inspecto^r, vel moderator castrenium nosocomiorum , ipsem et manum præbere ægris vulneratisque , ex mandato præpotentium D. D. ordin. Fœd. Belg. non tenerer; hoc tamen similibusque in magni momenti casibus , rogatus eam miseris negavi nunquam.

Totum quandoque ecclum fieri convertique in callum , legi apud alios ; verū vidi nunquam ; quinimò vereor , ne ipsius tunicae adnatæ excrescentis durities , iis imposuerit : eam enim excrescere immensū & non raro & ex UNGUE , calli adinstar , indurari , dictum jam nunc est supra .

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM

SEPTIMA;

DE

OSSE CRI BROSO ET NERVIS
OLFATORIIS LÆSIS.

T majore cum utilitate hanc legas observationem, regat-
tum te (*Leet: Beniv:*) velim, non dedigneris, DECADIS
PRIMÆ, primam atque *ultimam* pervolvere exercitatio-
nem: quæ, quoniam in iis, DE NERVIS eorumque di-
spositione, agitur, tibi ducibus esse poterunt, ad investigandum
confirmandumque meum de NERVIS assertum & enarrandæ histo-
riæ verisimilitudinem urgeoque maximè & enixè hanc lecturam,
impræsentiarum; ut tandem, te quoque sistema hoc meum pro-
bante, de illo; utpote tribus dissertationibus plenissimè demon-
strato, post hac tuto mihi silere liceat.

Jan de Haan / Nordvico-Batav. ætat. XLVII annor.
munere restiarius, corpore robustior, in pago hocce, Å.
MDCCIV, iv. Octob. aquam hausturus ex publico puteo,
cujus tollenoni, in incolarum commodum, uncus est addi-
tus, cui appendi urceus potest: dum manu una eum ab un-
co solvit, altera verò pondus tollenonis sustinere impotens.
est, pefit unci apex, multo ex usu obtusus, ejus naso & narium
partem dextram, elevat ab terra, in duorum pedum altitudi-
nem tenetque, per aliquod tempus, hoc modo, suspensum ho-
minem,

minem, vociferantem, quem ab unco; sed vero non sine difficultate, liberant vicini & experiens Chirurgo JOANNI KALIS, *Alcmariæ-Batav.* mox inspiciendum tradunt, qui quatuor, uno de vulnere majore faciei, observat cutaneas levesque, ut videbantur, quasdam interioris nasi lacerationes & de hisce omnibus mediocrem hæmorrhagiam.

Trium, vel quatuor dierum intervallo, notabile cum quidquam nihil, praeter liquidi cujusdam, de narium dextra, stillicidium, appareret vulneraque desiccarentur ad normam, levioris momenti res habita est eorum curatio; verum ab illo die, adacto hocce profluvio indies indisque novis ruentibus in vulneratum symptomatibus; agente interea pro munere suo diligenter chirurgo, periculosum esse hoc vulnus ei & ægro constitit nimium certò.

Post plurimorum, tum medicorum, tum chirurgorum; quinimò & agyrtarum (utinam! isti medicastrorum coetu aquâ & igni nunc, ut olim *Romæ*, interdiceretur: ex usu etenim generis humani id foret) sed frustra experta consilia & molimina, me **XIIII.** Novemb. convenit, ægri uxor duxitque, cum Chirurgo M. ALDERKERK., ejus filio & quibusdam studiosis, qui forte fortunâ domi meæ erant, ad suum maritum tremulum, vacillantem, visu hebescentem, vertigine correptum, animo languentem & liquidi multum de naribus dimittentem; inspectis hoc die naribus, vulnerum vestigiis omniq[ue] non ferme observata rerum apparitione, experiebar, sequenti luce;

xiv^{to}. Spatio viginti quinque horarum, circiter viginti, purissimi laticis, uncias, de narium dextra, destillatissime ægrumque convulsionibus agitatum, imbecillem, titubantem, enervem omnibus articulis quandoque rigidum, quandoque solutum & vocis vix aliquid distinctè proferentem;

sedulq; itaque & denud, ægro luci exposito, inquisivi in liquidi hujus fontem detexique intus omnia ulcere; sed levissimo confecta osque cribrosum exasperatum statuque, consideratis insuper prædictis symptomatibus, odoratus organum læsum nervorumque ejus involucra disrupta cerebrumque affectum: quocirca; et si aliud genus medicationis mox meditabar, narium dextram fortiter; sinistram verò molliter, turundis albumine ovorum & stipticis pulveribus S. A. ornatis, farsi impleviue.

xv^{to}. Toto hoc temporis interstitio; tametsi de naribus effluxisset nihil, manerunt nihilominus, nunc memorata symptomata, apparatum hoc die non solvi; verum ægro, languenti, frigore externo tremuloque motu febreque correpto, sudoriterum præscripsi, quod homini tremebundo potius gulæ fuit infusum, quam ab ipso haustum:

R. Antim: diaph: 3 j.

Sal: absynth: 3 fl.

Confect: Alkerm: 3 fl.

Syr: pæon: 3 ij.

Sal: volat gutt: viij. &

Vin: rhenan: q. s. pro haustu.

M.

multo, hac nocte, excusso sudore, mane,

xvi^{to}. Mitigatis aliquantulum symptomatibus reliquoque in naribus apparatu, sequenti linimento, post adhibitan aq. Anhaultin.

R. Balsam.

B.: *Balsam: peruvian: 3ij.*

Ol: terra 3ij.

caſtor:

Ruth: a 3j.

Laurin: 3j.

Ung: nervin: 3ij.

M.

fricuit Chirurgus bis totam vertebrarum syntaxin, ad ignem collocato ægro verticique ex multo linteamine pulvillum, fervente *spiritu vini* imbutum adaptavit; eodem modo & non sine fruge,

xvi^{mo}; Tractato ægro apparatuque novo naribus intruso,

xvii^{iv}; Nuchiæ ejus decuplum ex linteo pulvillum, *balsam Peruv. Sol. Therebinth. conspersum*, injecimus ei- que cauterium actuale, non tamen urens, applicuimus; ut, scilicet, medicamenti virtus, unâ cum externo calore penitiùs adiret medullam (ut vocant) spinalem nervosque ex ea oriundos: ter repetito hoc actu, inveni ægrum,

xix^{no}: Quasi expergefactum, nauſeabundum quidem; sed tamen minus spasmodicè convulſum, utentem distinctiore loquela & viribus magis constantem; alvum interea adſtrictam patientem, ad quam solvendam purgans commune aliquod præscripsi, post cuius operationem, omnibus, ut supra, crebro & præſertim frictione tractus vertebrarum & nuchiæ, per biduum,

xx^{mo}.

&

xxi^{mo}; Præſtitis deſcrecentibusque ſymptomatibus inque hoc momentum temporis liquidi de naribus ſtillante nihil,

nihil, surrexit, propriis utens viribus descenditque, adiutorius, de lecto æger,

xxiiid^o; Viætu potuque resectus.

xxiiii^o; Renuntiatum mihi, ab chirurgo repetente prædictam medendi methodum, est, circa meridiem: ter namque aliquando ægrum, unius diei spatio visitabat, ne, si quid inopiatum forte accideret, ego, cum ipso, paratus non essem, qui necessitatib[us] & rei peragendæ prospicerem, de natum dextra, circiter 18, guttas, liquidi turbiduli, manavisse; sed verò illicè ejus cessavisse profluvium; denuò itaque naribus, ut supra, obturatis omnibusque continuatis mediis, de die in diem, melius & melius perrexit negotium, incedente ægro, priùs per cubiculum & deinceps per totam domum & comedente satis benè.

xxiv^o, Liquido prædicto, de novo & quidem guttatum defluente, statim turundas de naribus extraxi easque pure, parte una, laudabili, altera minus tenaci & male olente conspersas; sed paucissima quantitate madefactas inveni; ita, ut nullus dubitarem; quin ipsa nervorum cerebrique involucra, vulnere quo cæteræ partes, essent lœsa: Medelam adhibiturus huic ulceri, sub vesperam, *Balsam. Sulph. Therabynt. & calefact.* turundæ adminiculo èa, quâ fieri potuit & debuit, vi, in summas nares osque cribrosum intrusi capitulo, de cuius, dolore gravativo æger, præsertim parte antica, querebatur, imposui seq. *cucuph.*

X. Herb. Beton.

salv.

majoran. a. m. §.

Flor. Lavend. m. j.

*Origan. P. I. F. S. A. Cucuph. cui insperge
Ag. vit. Methiol. - ʒ i.*

hisce

hisce ad normam, non neglecta medicatione antea descripta, per triduum,

xxviijmò; xxviiijvò, &xix; usurpatis adhibitisque; liquidi prædicti fluxus tamen non est impeditus: ægro porrò præscriptum, ex Resin. Falapp. Mechoadian. &c. purgans; cum autem vererer, medicamentum extus adhibitum, ad ipsam fortè plagam non pervenire, aliud genus aliamque ejus formulam commendavi, videlicet, quod siphonis ope in ipsas nares & ulterius injici posset & erat;

R. Vin. Gall. Aust. (vulgò) vin. grave, 3vij.

Rad. tormentil. 3ij.

Flor. balantior. 3fl.

Alum. crud. viiiijol. Cyprin. a 3fl.

Macerent. per 24 horas, adhibito lentissimo igne.

Philtr. & conserv. in usum.

postquam hoc medicamen magna cum vi naribus esset introsum, illæ turundis, eo liquore imbūtis, arctissimè sunt impletæ & obturatæ. Hoc pede pergentes & sèpè sèpius nucham ægro calefacentes vertebrarumque tractum fricando inungentes; diminui nasi fluxum, augeri homini vires cœperunt; sed continuo de conatu in vomitum queritanti, exhibitum *confortans est vinum medicatum*. Ab ultimo hujus mensis, usque in 5. Decemb. rebus è voto succedentibus, mutatum, vel tentatum noviter est nihil. Observabamus interim semper, ægrum nostrum & animo & corpore deficere, vel refici, è proportione, quâ liquidum memoratum amitteret, vel conservaret: primo quippe accidente symptomate, mox rigescere ipsi membra, vacillare postea; secundo; exhilarari ipsum membraque suis fungi, sine tremore, muneribus & officiis, visa sunt.

De naribus planè apertis nulloque medicamento ornatis, cum, per aliquot dies, liquidi manàrat nihil, adiit æger, cui virium jam; non verò opum (etsi ego ne obolum quidem ab eo petierim) satis erat *Nordvicum*, quo loco imbecillis quidem interque ambulandum titibans; tamen vixit, magno sine incommodo; usque dum, ut ex relatione ipsius uxoris Chirurgique VAN LOON, alteio pagi & celebri Chirurgo, accepi, initio mensis Martii, dirissima talique vellicaretur convulsione; ut cum lecto contremiscerent exinde ipsi parietes eodemque mense cecidisse, in fossam domui ejus proximam; amississe de tempore in tempus vires & postquam quater impotens; nempe, qui quò vellet incederet corpusque suum sustineret, cecidisset in fossam, vix vitæ suæ extitisse consciū tandemque omni amissō motu (sic dicto voluntario) amississe XV. Maji Aº. MDCCV, ullo sine tremore, vel spasmodico partium motu, vitam.

Ad hujus historiæ supplementum pertinere videtur, quæ sequuntur.

Ægrum dormivisse & comedisse, ut plurimum benè; sed aliquando altissimo somno, per 7, aut 8. horas obrutum, postea, helluonis & sitibundi hominis adinstar, omnia, quæ ei in viētum, aut potum propinabantur, devoravisse, assumisse.

Circa finem vitæ pueri, vel mente carentis hominis instar, traxisse vitam, artibus nunc laxatis, nunc rigescientibus in totum, ita; ut truncus videretur.

Alyum satis commodiè exoneravisse, ad ultimum vitæ terminum.

Sed (*Lector Beniv.*) velim noveris, me, circa jam sè pùs memoratum liquidum, omnia instituisse examina, experimenta, in- et disquisitiones, quæ publicè præstiti quas que

que priore decade, enarravi; evaporatione, nempè, ipsius laticis, admixtione & commixtione ejus cum aliis oleis, spiritibus, aquis &c. pro comperto habuisse, id nervosum, sive quod nervorum stamina concomitatur, fuisse; non verò de arteriis (ut quidam volebant) manavisse: quæ enim hæc illa esset, circa os cribrosum naresque arteria, quæ tantam, quantam vidimus vim puri & diaphani liquoris, ullo sine sanguinis profluvio, ante, vel post hoc stillicidium, emisisset?

Ex præfatis demonstratisque omnibusque ex iis colligendis statuendisque veritatibus ac sequelis, persuasum mihi habeo reverenter, te (*Lector Anatomico-Chirurge*) pedibus totis initurum meam de nervorum fabrica, motu & usu, doctrinam.


Lubet, si per te liceat & hoc patiaris (*Lector corporis animalis ruspator*) hisce de nervis exercitationibus, non unam duntaxat; sed verò multifariam meam observationem, synopticws conscrip-
tani, DE SPINA DORSI BIFIDA, FISSA MEDULLA-
QUE SPINALI, OSSE NULLO CONECTA ET NATO
INFANTE, FLUORE SUCCI NERVOSI, Coropidis loco,
imponere; neque fore credo; ut eam extra & ultra thematis, jam
nunc absolvendi, terminum ab me adduci, statuas.

Antiquos spinalis medullæ vulnera renuntiavisse lethifera, nemo doctorum medicorum ignorat; verùm hoc dogma, vel axioma Medico-vel Chirurgico-Physicum, cum grano salis debere accipi, eos quoque non latere, monumentis proditum habemus satis: vulnera quippe huic organo inflicta minora, mox & secundūm artem, excepta, probè consolidari, notum iis & ultrò est, qui experimen-
ta ab me, publicè, in hunc finem, in animalibus viventibus, in-
stituta viderunt;

Verùm dehiscente vertebrarum syntaxi medullâque spinali aëri
expositâ nervorumque involucro, ab nativitate læso, in vivis

perflitifse animal, fabula veritati ex diametro opposita est : nam et si, infante in lucem edito, tumor ad ossis sacri initium, solummodo isque liquore impletus comperiatur nihilque de eo, vel per eum effluat liquidi nervosi ipseque infans, per aliquot dies, dixerit septimanas, vegetè subsistat, corruptitur & rumpitur tamen brevi tumor gangrenâ, emoriuntur ejus superficies, deinde nervorum involucra, defluit nervorum liquidum, rigescunt infanti membra attenuantur vires, usque dum continuò & unmedicabiliter stillitante prædicto liquido, mors ultimam hujus tragœdię secundam claudat.

Quemadmodum, ante aliquot annos, HARLEMUS, ad hoc vocatus spectaculum, à Clarissimo quondam illius civitatis medico VLACKVELDIO, comperiri mihi fuit integrum. Si vir hic, verè sagax & practicus, Chirurgi plus audacis, potius temerarii, quam exercitati, consilium inivisset, concessisset tumoris memorati pertusionem ; sed verò factus cautior exemplo, ab æternæ memoriæ consulari viro & medico, magno N. TULPIO (vide ejus caput XXX^{um}: L. 3^{to};) relato, vitium istud commissionis & criminis contra rationem, vitavit, non perpetravit : est namque in arte Medico-chirurgica quoque criminis loco, impossibilia à priore, ausu planè Phaëtonico, omnia sollicitare & tentare, non possum & ego, sine immemoris beneficii crimine, hoc loco tacere, me, ex dono nobiliss: & ampliss: Viri, quondam Consulis & Senatoris *Amstelædamensis*, S. SIXTI, magni TULPII generi, possidere multos ex Bibliotheca Tulpiana, manu & annotationibus præclari antistitis medicinæ, exornatos libros interque illos J. RIOLANI FILII Aº. 1626, Parisiis, ex officina D. MOTEAU, editam anatomiam, in qua ad hoc lèmma & quidem Cap. XV. XVI. & XXVI, multa allegat citatque differitque ; sed, audi & doleto mecum casum hunc (*Lector Beniv.*) non nisi ex se quelis



Tab I

T₁ &

Tab I

T₁ &

quels & verborum, ex parte, cohærentium sensu interpretanda: extus etenim et si liber hic videatur integer; intus tamen, igne (procul dubio candelæ, propter viri praxi de die fatigati & nocturno quodam momento sub dormitantis inter lucubrationes, incuriam, vel lassitudinem) laceratus est; quod si integrum hoc ejus scriptum edi potuisset, illo, per me, non caruisset Respublica Medico-chirurgica; verum, ex conjectura, aliorum scriptis aliquid addere, vel adimere, non mihi; sed onus antiquitatum investigatoribus impendum & suscipiendum videtur.

Cum autem Clariss: Vir V L A C K V E L D I U S, ad vivum justamque magnitudinem, prædictum tumorem, ut et ejus, pro tempore, mutationes, depingi curaverit atque ego cadaverculi, in conventu plurimorum artis nostræ doctorum et fautorum, celebraverim anatomiam, ex tua utilitate duxi (*Lector Beniv.*) æri incisa ejus hæc tibi offerre schemata, pag. 189, 190, 191, 192, 193. dissertationi huic inserenda.

Tab. I. Fig. primâ, delineatur prædictus tumor, ut apparuit, a primo, usque in quartum, ab infantis masculi nativitate, die;

- A. PARS DORSUM VERSUS;
- B. B. TUMORIS PENDENTIS VEL SACCULI CIRCUMFRENENTIA;
- C. C. C. CUTIS PROTUBERANTIAE VARIAE ET
- D. D. SULCIFORMES PLICÆ;
- E. E. LEVITER EXCORIATA ET COLORIS PLUMBI, DUO LOCA.

Post aliquot dies flacceſſere, findi, fulcis perfecari, inflammatione corripi, gangrenâ levique sphacelo tandem emori-

cœpit, Tumoris, continuò liquidum nervosum stillitantis, superficies, ut videre est;

Tab. I. Fig. secundâ, adumbrante, per litteras

- A. A. A. TUMORIS FLACCI DI CIRCUMFERENTIAM;
- B. B. COLLAPSA ORA MARGINESQUE CIRCUMVOLUTOS,
- C. C. C. FISSURARUM ET
- D. D. PARTES PUTREDINE CONFECTAS.

Veruntamen de constitutione et dispositione tum ossium, tum nervorum, cum nobis adhucdum constaret certi nihil, eam detegere voluimus, infante post aliquot tempus mortuo, cadaverculi inspectione anatomica; quam habe;

Tab. secundâ, denotantur parte ab corporis postica;

- A. A. VERTEBRARUM LUMBALIUM BENÈ CONSTITUTARUM FACIES;
- B. B. OSSIS SACRI DEHISCENTIA;
- C. C. LACERATORUM INVOLUCRORUM NERVORUM RELIQUIÆ;
- D. D. D. D. NERVI EX SPINALI MEDULLA ORIUNDI, QUA
RUM ILLE
- E. LATERIS DEXTRI, CRURALIS, INSIGNITER
TUMET SOLITOQUE MAJORE TUBERE
(DICTO GANGLIO) INSTRUCTUS CONSPI
CITUR;
- F. OSSIS SACRI PARS INFERIOR UT ET
- G. CAUDÆ, CALLOSO-CARTILAGINEA SUBSTAN
TIA, OBDUCTÆ;
- H. H. CUTIS ET DIFRACTI TUMORIS VESTIGIA;

Fœtum in utero, vertebrarum dehiscente tractu; quinimò medullâ spinali nullo osse coniectâ; tamen per aliquod tempus, vivere, augeri, moveri posse, rationi nequam, multò minus experien-





perientiaæ refragatur; nervis, videlicet, suis involucris non destitutis, vel tis læsis, laceratis, aut morbo infectis conservatoque, hoc modo, eorum liquido ejusque usu: arteriis interea, cum aliis partibus officio ac munere fungentibus suo, sine impedimento; hoc quod assertum documento probatum habui;

A°. M D C L XXXII. *Amstelædami*, ubi fœtum, octavo circiter mense prægnantis utero, extraherem cuiusque deformatum ab vertice, ad femora, cadaver, postmodum perlustravi, tacitus juxta Hippocratis præceptum, tacenda sacra, horrendam detestandamque hunc fœtum, in utero, deformati et destruendi cum causa, methodum sufficiet, opinor, lectori et spectatori, ex sceleto id vidisse, in quo et circa quod occupati sumus, vertebrarum, siempiè, tractum fissum, apertum: ex eo enim facile colligere est, hoc in fœtu, medullam spinalem nullo fuisse ostendat; priusquam hoc fiat, inopportunum non erit, caput ejus vidisse enormiter depresso fractumque multis locis.

*Tab. tertia, delineans prædictum embryonem, ablatis
Brachiis pedibusque; utpote nihil peculiare,
vel præternaturale obtinentibus.*

Fig. prima exhibet prædicti fœtus caput ab utroque latere compressum; in quo videre sunt;

- A. A. OSSA BREGMATICIS UT ET
- B. B.ILLA FRONTIS EORUMQUE COMPLICATIONES, VI FACTAS;
- C. OS JUGALE SINISTRUM, DEHISCENS AB VICINIS OSSIBUS, ITEM OSSIS
- D. MAXILLÆ PROPRIETATI, SUPERIORIS DEFORMATA FACIES.
- E. INFERIOR, VALDE EMINENS MAXILLA.

Fig. secundâ delineatur ejusdem capitis adspicere ab latere apparetque

- A. OS BREGMATICIS DEXTRUM ET IN EO-
- B. FACTURA, CUM OSSIS SEPARATI PARTE IN DU-
RAM MATREM IMPRESSIONE,
- C. C. C. OSSIS BREGMATICIS SUO IN FIERI, SIVE EXTE-
SIONE INTERRUPTIO.
- D. OSSIS TEMPORUM ATQUE
- E. OCCIPITIS MALA CONFORMATIO, DEPENDENS
SACCULI INSTAR AD COLLIVERTEBRAS.
- F. MAXILLÆ INFERIORIS DISPOSITIO, EMERGENTI-
BUS EX EA DENTIUM PRIMORDIIS, RUPTIS EO-
RUM ALVEOLIS.

Fig. tertia depingitur capitis hujus conspectus, à parte postica,

- A. OS OCCIPITIS.
- B. SAGITTALIS,
- C. CORONALIS,
- D. D. LAMBDOIDEARUM SUTURARUM CONSTITUTIO CH-
CAQUE HASCE RUPTORUM FRACTORUMQUE OS-
SIUM EXEMPLA EMINENTE, LOCIS AB OSSIBUS
DESTITUTIS, UBIQUE DURA MATER.

*Tabulæ quartæ, exprimentis fig. I. anticam trunci ossium
prædicti fœtus constitutionem, enodatio.*

- A. VERTEBRÆ COELI.
- B. B. B. UTRIUSQUE LATERIS COSTÆ COMPLICATÆ,
DISTORTÆ, COALITÆ, VERBO DEFORMATÆ
FIGURÆ, COLLOCATIONE, CONNEXIONE.
- C. OSSIS STERNI VESTIGIA CARTILAGINEA INQUE-
EIS, OSSIMUM IPSORUM STERNUM COMPO-
NENTIUM POSTEA FACIES.
- D. D. D. VERTEBRARUM TRACTUS INCURVATUS,
- E. OS ILIUM BENÈ CONSTITUTUM.
- F. OS SACRUM, CUI ADJUNGITUR ILLUD CAUDÆ.

Tab. 4

Fig: 1.




Fig: 3.







Fig: 2.





Tab: IV^{ta}.



Tab: IV^{ta}.





Tab. 4. figurâ secundâ proponitur, prædicti trunci
posterior adspctus & in eo.

A.A.A. VERTEBRARUM, USQUE IN IMAM IJMÒ PAR-
TEM APERTUM, TRACTUM.

B.B.B. TRIUM INFERIORUM COLLI VERTEBRARUM
DEHISCENTIA.

C.C.C.C.C. LATERALIUM, VERTEBRALIS TRACTUS, OS-
SICULORUM, CUM

d.d.d.d.d.d. MEDIIS EJUS OSSIBUS,

E.E.E.E. CONJUNCTIO.

F.F.F.F. PATENTIA INTER PRÆDICTA OSSA FORA-
MINA.

plura huic explicationi adjicerem; ipsæ si hæ delineationes non satis elaboratæ, aut sagax FALLOPIUS & accuratus in ossium genesi tractandâ & exprimenda KERKRINGIUS, præ manibus non essent: ex iis etenim colligi erit, quantum hæc delineatorum ossium fabrica, connexio &c. ab naturali, sive corpori debita, distet.

Fœtus ovini aperto planè abdomine omnique denudato vi-
scere, ut & vaccini felisque dupli capite nati, distortas,
bifidas, apertas &c. vertebrarum syntaxes; etsi in musæo
conservem, æri incidendas non curavi; ne ex copia exem-
plorum, inops ipsa videatur ratio meumque pede non firmo
stare, DE NERVIS eorumque motu, cum demonstra-
tione, assertum.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM

OCTAVA;

DE

LEUCOMATE, SIVE
ALBUGINE.

 oincidit mihi, animum ad LEUCOMATIS descriptionem accingenti, proverbium,

Fert alius Lenson, alius Lenonis asellus:

auctorum quippe verba præscriptaque tantùm, hac in re, ab effectu differunt; ut nescivisse eam, vel incuria, aut è consilio, tradidisse intricatam, mihi penè persuadeam.

Primò; voce LEUCOMATIS, ALBUGINIS morbi, specificè unique solummodo parti proprii, genus designatur minimè.

Secundò; quæ ejus vocantur species, in totum ab hoc quasi genere differunt: Albicans etenim hæc macula, cum cicatrice splendida, paralampsi &c. nullo respectu convenit: prima quippe cornea convexæ superjacet, superextenditur, aut inter ipsas ejus lamellas, vel demum intus ab parte, nempè, ei est concava. Alteræ cornea læsiones, cicatrices sunt & excavationes variolarum, ruptarum hydatidum, vulnerum, ulcerum. Imò & hypopyonis vestigia: neque itidem cum vœphœnia, nebulis, quæ potius suffusio- nis species, conveniens est.

Objecta

Objecta ergo perforata sive divisa, vel prorsus non apparent, **LEUCOMA**, albicans, in tunicae corneaæ superficie, macula infans & recens facile, adulta difficulter, vetusta rarissimè, inter lamellas, vel posticè hærens cicatrixque vulneris; ulceris verò curatur integrè nunquam.

Quæ in multis aliis oculorum affectibus magni, hac in specie usus est maximè, lingua; utpote, quæ lambendo glutinosas tenacesque, ab corneaæ superficie abstergere apta est nata, maculas: si ve etenim, sudaminis adinstar, ipso de corpore corneaæ proluat, extus, sive ex peregrina materia ei adhærescat; immo lymphatico de latice concreto ortum ducat, asperitate sua iterum iterumque tenuendo tandem eminentiam abradere, potis est. Monita generaliora, Pò; linguam esse ab omni impuritate depurgandam; 2dò; fragrantis alicujus semenis masticatione, post ablutionem, imbuendam; 3tiò; ei *Saccharum candy*, aut; si efficaciore abstersione opus videatur, vitrioli mitigati, aut simplicis, solutionem inspergandam; 4tò; inspiciendum, quò tendat vergatqne macula: parte enim ab opposita opportet fiat lambendi actio; promovetur alias potius, quam refrænatur macula, eodem modo, ut pterygium digitorum, injectâ, parte à qua, ad quam properat excrementia, ligaturâ: multa enim licet apposita medicamentorum corrodentium desiccantiumque farragine, hic ille morbus curatur nunquam; ligaturâ verò debita methodo ei injectâ brevi. Quod si ab maculæ exortu, quo loco crassior existit, lambendo pergas; eam verò ab parte tenuiore, ab circumferentia, non excipias, extendis hanc ulterius; nunquam autem macula, **LEUCOMA**, à puncto æquilater & radiatim in circulum extenditur; eminente semper in medio apice quodam, linguâ explorando;

Problemata et si mihi sint, hujus asserti, plurima, unum (*Lect. Beniv.*) accipe idque momentosum.

Aº. M D C LXXXVII. mense Majo, convenit me **SARA**, Judaïca, habitans *Amstelædami*, in platea
B b 2 vulgo

(vulgò *Martis*) ostendens mihi , ut ajebat , *Margaritam* , oculo infantis duorum annorum , incumbentem ; re explorata , non cicatricem (vulgaris vocat *en-Parti*), sed maculam , *LEUCOMA* , experiebar , quam , brevi temporis intervallo , mater lambendo , ut supra est monitum , detergit ; verùm ineunte brumali frigore , vires recipiente morbo , me denuò accessit , commonistrans , eandem *MACULAM PROFUNDIUS ALBICANTEM* latiusque expatiantem ; miscui itaque *cum succo chelidoniæ aliquid sacch: cand.* injecique penicillo , tepidè , per aliquot dies id medicam : maculæ ; interea tamen à lambendo & quidem crebro non destitit mater . Successit curatio vivitque , in hoc momentum , visu præditus accerrimo , quondam æger .

Si adulta & longo tempore , refractaria *MACULA* , detersioni leni *vitriol:* *Cyprin:* in aq: *Rosar:* solut: resistat , opus est fortiore medicamento ; verùm ego stylo , ex ejusdem generis vitriolo , utorum , quia maculam , usque dum sanguinem emittat , vellicandam fricandamque sustineo , tum quia tutius , hac methodo , parti affectæ , intactis vicinis , injici potest medicamentum .

Quæ , inter ipsas tunicae corneæ lamellas , hæret *MACULA* , nunquam curatam vidi ; si per annum unum , aut alterum eodem fuerit loco , confidente , ea parte semper extimâ lamellâ ultius ; ita ut , quæ in initio livida , tractu temporis conspiciatur albida profundè .

Concavæ ; id est , interiori tunicae corneæ parti inhærens *MACULA LEUCOMA* . (si enim fluctuet , suffusionis familiae adnumeranda venit) ut remotior ab injiciendis medicamentis , ita & pessimæ notæ & incurabilis planè est .

Quod si , ex Hypopyonis , ipsius corneæ corpus occupantis , species supra notata , variolis , morbillisve pertusâ , corrosâ , exulcerata

ceratâ unâ alterâque corneæ lamellâ, cicatrix ei inhæreat expullans, alia sanè prorsus res est : stigma enim etsi referat album, Leucomatis indolis tamen obtinet nihil : nam, instar callosi, id est, indurati fungi, foras indiesque extuberantis, excrescentia hæc verrucam (cujus quoque species non est; omnis quippe verruca, cutis morbus est) fingit.

Cum autem periculosum, hac in parte, sit alicujus sententias assentiri, veleam rejicere, exponam rei exemplum.

Hagam-Comitis, A° M D C LXXXII, Amstelædame: ab Clariss: CORN: BONTEKOE, aliisque artis nostræ cultoribus, invitatus ad dissectionem cadaveris, Viri laqueo necati, accessi obtemperans amicorum rogatu protinus celebravique coram insigni Anatomes fætorum-corona, hunc actum; cum autem, hoc tempore, luctarer prædicto cum morbo, in puella quatuordecim annorum, in parte corneæ versus nasum, statui curavique incideret (finita demonstratione) noster discursus privatus, in hoc thema, præsentibus Clarissimis Viris BONTEKOE, LIEBERGEN, VAN SOLINGEN, MATTION Med. Doct. experient. VAN DYK, KERVEL aliisque Chirurgis. Post rem ab me propositam, post multifarias vibratas sermoncinationes, exhortatus est ursitque audacter VAN SOLINGEN extuberantiae ablationem, methodo quam postea descriptis, OPERE SUO (pag. mihi 51) DE CHIRURG: OPERAT: fateor ingenuè, id ejus consilium mihi nequaquam arrisisse; imò & surdis amicum meum narravisse fabulam; quoniam nemo inter nos ejus esset sententia, redux, *Amstelædami*, acrioribus medicamentis curationem tentavi; sed pessimo cum eventu: apici enim quidem escharam injeci seperavique; in fundo vero; cum materia expullante, accrevit durities: explorata itaque re prius.

& denud , statui excrescentiam hanc desiccandam eique vim
gypsi & farinæ tritici tosti, per aliquot dies , applicui :
 hoc modo adjuta desiccatione & duritie tumentis mali , il-
 lud , præsentibus Med. et Chirurgis quibusdam , scalpello
 corneæ abstuli ; ulcus tamen hoc , non sine multo tempore ,
 improbo non sine labore tædioque et visus detrimento , coër-
 cui , depresso , purgavi , curavi : MILVO ETENIM VO-
 LANTI RESECare UNGUES FACILE NON EST.

Si in adnata , vel circuli corneæ tunicae circumferentia , post
 curatum ulcus , excrescentia , vel cicatrix appareat , age (Chirurge)
 fortiter ; sed mox & actutum : separari quippe ab cornea posse par-
 tem , sive exterioris lamellæ lamellam , visu illæso , aut saltem pa-
 rum impedito , ausim afferere : vivit enim *Amstelædami* homœ , in
 quo hoc exemplum prostat.

Si , ex variolis , maneat siccum corneæ membranæ stigma , il-
 lud incurabile expertus sum : tu itaque cave : edoctus enim hæc do-
 ceo fideliter , irrites crabronem ; ut verò arti satisfiat ejusque præ-
 ceptis , age , sollicita emollientia ; sed avertant Dii ego tibi auctor
 sim ; ut ægrum , vel te , securum de curatione dicas ; sed quid ni
 apertiūs? audi , disce ; verùm & fuge simul & detestare , quod se-
 quitur exemplum : scopulos ut mare ; ita & , nempè , portus habet.

Vocatus inspexi nuper , hoc ex morbo incurabili laboran-
 tem domicillam juvenculam , cujus grabato vir assidens
 medicus , non quidem doctus ; sed qui (proverbialiter)
 plus tamen docet , quām scit , complosis hic manibus , se-
 curam renuntiaverat : adhibuerat enim scilicet , *Beneficio*
evaporationis per infundibulum sequens oculo Medicamen-
 tum emolliens :

Bx. Fol: bis malv: & malv. a, mij.

Flor: Chamomill:

sambuc: a, p. ij.

Sem: anis:

fænic: a, 3ij.

Incid: contund: coq: in laet: dulc: pint: ij.

exprim:

ægra prius diuque dubia, nunc medico suadente, facilimomento spem conceperat certissimæ curationis; infaustam itaque rejiciens meam prognosin, tamdiu verbis adulatoriis fidem habuit, donec temporis, laboris sumtuumque dispensatio inutili lassata, eventu didicerit effati mei veritatem.

Huc spectitant ex peste oculis infixæ maculæ varicolores; ut plurimum autem in principio rubentes; postea vero livescentes, quæ; si nigredinem contrahant, quoconque detegantur loco, gangrænam minantur, aut sphacelo laborant: ut sudorifera toti corpori; ita fetus &c: hac virtute prædicti, gangrænæ, nempè, resistentes viresque partibus refocillantes, huic maculæ injiciuntur secundum artem;

Horrenda autem lue pestifera, cum (infinitâ Dei gratia & clementiâ) patriam meam; non nisi leviter contactam viderim & quidem tempore studiorum meorum chirurgicorum, dicam scilicet modò enarraboque pauca; *de maculis oculorum ex peste*, quæ facta sunt memoriâ meâ.

A° MDCLXVII. ABRAHAMO BROUWER, Tabellario in Zeelandiam, in platea, vulgo de Lauwerterstraat / Amstelædami, peste correpto, post gravissimos capitum dolores oculorumque inflammationem, iestu fulminante, citius potentiùsque visum obnebulans, oculo infligitur

MACULA, ex tubere primò rubro; mox verò livescente, ortum ducens; hujus, post aliquot horas, color albescens, præceptorí meo experientissimo, BERNARDO VAN ULSSEN, præsigio instantis mortis fuit: extuberante quippe, cum hacce MACULA, toto oculo, nigrescente, multis locis, corporis superficie striaque rubente in pectore, versus cor, animam quoque brevi efflavit.

Alterum; sed felicioris eventus: vitam etenim habuit conservatam, hoc mihi est exemplum. Eodem anno JACOBI VAN LEYDE, Amstelædami, clanculum proxenæ, in fossa, vulgo **de Rozegraft** / prope vitri fusoriam, decem circiter annorum filius, post curatum bubonem inguinalem, incidens in vehementissimam ardentissimamque febrem simul citò in corneæ partem medium, oculi dextri albicanem ex levi rubidine MACULAM, accipit, quæ, injectâ, inspersâ, adhibitâ remediorum vi maximâ, artem elusit omnem, eundem semper retinens locum, colorem & magnitudinem; visum autem ex parte concedens ægro.

Eadem res est cum oculorum MACULIS (de totius visus affectu; hoc de fonte autem alibi latius) ex mala Venere, quæ, ut plurimùm docent; non esse semper in medicu, relevetur ut ager; ne autem mox animo desperes (chirurge) perpende? quem in scenam duco casum.

Juvenis 25. annorum, in cohorte equestri, prætoriana quem fermè perdiderat infausta Venus: fædis enim, ut omni loco cutim, ita & palpebras frontemque dehonesta verat maculis, ulcerosis pustulis &c. neque ossa virulente intacta reliquerat ab malo; pertæsus quasi vitæ: frustra enim sudaverat omni modo, frustra salivaverat usque imid, cum emaciatione, internacionem, me vocat in auxiliū

lum, non tam ut sibi; quam amicis satisfaciat. Cuncta cum perlustro, investigo, albicantem observo in oculorum dextro ejusque cornea, M A C U L A M, quam, inter medicandum prorupisse, ab eo, edocebar eaque eum cum vi Mercurii fuisse usum; ut per sex integros menses; ne micam quidem panis dente frangere potis extitisset; immoderata itaque ex Mercurii adhibitione corpus hoc fuisse emaciatum facilè colligebam & proinde malacticis, succulentis, jusculis &c. primò; hominem, poplites quem vix sustinebant, reficiendum curavi largiter, secundò; viribus restauratis, conformatibus decoctis, quibus *Rad. Contrajerv.* & *Tormentill.* non deerant, ipsam M A C U L A M, opus operosum! aggressus sum, eam detergendo sequenti medicam:

R. Mell: Chelidon: 5ij.

Fel: pifcis Lucii 3j.

Salis volatil: gutt: v!

M. insperg: ope penicill: calide.

usus hoc medicamine, in initio & postea *sacc. t. and. pulvere*, eousque oculo visum restitui; ut nisi ab latere & aliquando tantum conficeretur M A C U L A E levissimum aliquod vestigium experiebarque extimam solummodo occupavisse corneæ lamellam. Aphorismi tandem loco sit: maculas, in membrana cornea, ex lue pestifera, intensè esse dolorificas; ex mala Venere verò, inseparabiles.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
NONA;
DE
EXOSTOSI.

Vetus, non dictum ab me prius & benè est, OSSIBUS CETERITER MEDICANDUM: consentiunt in hoc dogma, sive axioma Chirurgicum, quotquot auctorum de ossium morbis aliquid memoriae consecrarunt; sed, ut cæteris ossium ægritudinibus ac symptomatibus supersedeam, si vera Exostosis ea vexet, quomodo iis medicandum? inter se se dimicant fervide; statuentes, pro ipsorum diversis Physicomedicis & mechanicis principiis, diversas medicationes; earum autem elenchum referre & horum, in curando celeriter hoc morbo, juxta rationem, verisimilitudinem; illorum verò è contrario sentientium auctoritatem, longa annorum serie conquisitam praxique multa confirmatam rejicere, aut confirmare, inutile duco temporis dispendium aggrediorque, pro modulo meo, dicere & deinceps demonstrare,

Primo; QUID SIT EXOSTOSIS;

2dō; QUA DE CAUSA ORTUM DUCAT ET QUOMODO PROGREDIATUR;

3tō; QUA EJUS SINT PHÆNOMENA;

4tō; QUA METHODO CURARI DEBEAT; QUA OMNIA

5tō; EXEMPLIS INSUPER PROBABO INDUBITANDIS ET AD NORMAM ANATOMICO - CHIRURGICAM PRODUCENDIS..

(1) Proprio & specifico titulo disignandus morbus, **Exostosis**, est partis alicujus ossis, ubique alias benè constituti, uno loco, luxuries et incrementum immodicum: hinc ab hoc genere morbi excluduntur **GANGLION**, **LUPIA** &c. quæ perperam ejusdem familiæ censentur: in **EXOSTOSI** quippe ipsa & sola ossea substantia; in **GANGLIO** verò **LUPIA** &c. nervorum tendinumque involucra, non autem, ossa, primariò patiuntur.

(2) Ortum dicit, lentissimo passu progrediens, à causa quasi innocua, à nimia, videlicet, boni succi nutritii in unam ossis, alias benè constituti, partem alluvie, infarctione & accretione, partem hanc nutriendam extendente immodicè; quinimò & deformante; ut patet,


(3) Ex partis affectæ Phænomenis; quæ sunt; ossis supra & infra **EXOSTOSIN**, constans & requisita dispositio; puta magnitudo, figura, connexio cum vicinis. Indolens, durus, osseus hic tumor, sive eminentia præternaturalis, sine asperitate, periostio rite contectus, nunquam in ipsis articulis; sed infra illos aliquantulum remotus, detectitur atque hoc respectu, ab omni alio ossis morbo, distinctu est facilis; adde (*Leet. Beniv.*) hominem, ex hac luxurie & immodica accretione ossea laborantem, cætero corpore ejusque habitu esse sanum; sed verò, vigente **EXOSTOSI**, vicinas ei partes perioustum, nervos, arterias &c. tandem dispositione sua naturali posse privari & hoc sensu secundariò lædi, non esse sanas, sinceras, quis est qui ambigat? verùm de **EXOSTOSI** simpliciter, non de ejus symptomatibus & sequelis, morbo complexo, mihi sermo est;

(4) Cum autem extuberantia hæc **Exostosis**, temporis tractu, id incrementi capiat; ut toti corpori, vel insigni ejus

ejus cuidam parti, incommodo sit, luxuriei huic celeriter obstandum, medicandum (connorme rationi monitum) secundum me, hac methodo; adimendo EXOSTOSIN, unà cum osse, ex quo ortum duxit; fieri quod potest in minribus exterioribusque ossibus, cum ablatione totius ossis; imò & membra, (A) In majoribus, cum ablātione partis, cui inest, usque ad ossis cavitatem: (B) Licet enim infantem EXOSTOSIN, medicamentis, fasciis, ligaturis, instrumentis, deprimendam continendamque intra terminos, præcipiant auctores Chirurgi, vanum eos sanè molimen & irritum laborem actori imponere, expertus sum non semel. (C) Ejusdem comitatis commentum est, recentem, vel inveteratam EXOSTOSIN, cute aperta, raudulà, scalpro, cuneo (osse, ex quo, relieto in integrum & probè consolidato) ita posse auferri; ut postea nunquam aslurgat, ulcus post se, aut fistulam relinquat (taceo ea, quæ in quasi cautelam & præsidium vocantur adducunturque, cautelia actualia, ossa vitiata desiccantia, separantia &c. Medicamenta) ex eorum omnium fastuoso apparatu patet, partem illam ossis, ex qua Exostosis luxuriat esse partis sanæ, adimendam, vel ita dispositione sua & vitâ destituendam; ut, quemadmodum, scaturigine ex qua, fonte ex quo, obturato, oppilato, alluvionis liquidi; ita de noviter luxuriante EXOSTOSI, metus meritò sit nullus. Tuitius, citius jucundijsque ergo: TELESPHORUS enim adest, is agit, qui huic malo infanti celeriter, methodo mea memorata, medicatur;

(5) Hoc quod probabunt sequentia indubitata & ad normam Anatomico-chirurgicam producta exempla, experimenta; ut & peractarunt in curationem rerum historiæ & evenitus:

(A)







Fig: 2.



(A) Anno MDCXCVII, ostendit mihi *Lugd. in Bat.* Vir Juvenis XXV, ann: ætat: sanus toto corpore, si quis, munere faber lignarius, digitum suum minimum, enormiter, phalange osium tertiam, tumentem; expertens, hilari planè fronte, eum manui dextræ adimerem; pro ratione adducens, ejus in manu usurpanda, incommodum, inutiles diuque adhibitas, cum pecunia dispensio, medicationes interque illas revera ridiculas quasdam, quas tamen tacuisse non nocebit; enarrans porro, ullo sine dolore, aut alio, præter immodicum partis incrementum, symptomate, jam tum ab multis annis, accrevisse hunc tumorem, quem dispare &c: frustra conati essent duo Chirurgi: cæterum totam manum digitosque cæteros, omni promptos sibi extare motui usuique.

Digitus oculique mei, cum attentione huic tumoris injecti, me mox certò docuerunt detexeruntque *Exostosin*; cum autem in superficie hujus intumescentiæ generaliore, particulares quasdam observarem prominentias easque continuo augeri magisque & magis extendi intelligerem, multum procrastinare ejus ablationem ratum duxi minimè; nemoras nequitando, lascivienti naturæ, vel hujus partis luxuriei, vires & opportunitatem ulterius peccandi, fecisse viderer. Ut fese inspiciendus hic exhibuit digitus, antea truncationem, demonstrat:

Tabulae primæ, Figura prima.

- A. DIGITI MINIMI PRIMUS ET
- B. SECUNDUS ARTICULUS BENÈ CONSTITUTUS,
- C. TERTII MEDIA PARS, EXOSTOSENS EXCRESCENS
ET LUXURIANS.
- D.D. EXTUBERANTIAE IN HOC OSSEO TUMORE EJUSQUE
SUPERFICIE PARTICULARES ET VARIA.
- E.E. TOTIUS TUMORIS CIRCUMFERENTIA.

dum autem aliquot dies expeterem , quibus de incremento
hujus tumoris aliisque , tali in negotio , considerandis per-
perpendendisque me ipsum instruere valerem , ægrè mihi
concessit homo patiens tres , urgens digiti sui truncationem
maximè ; ne dixerim insolenter ;

Metacarpio itaque , tumore prædicto totaque manu om-
niumque horum dispositione ritè perlustrata , quarto ab in-
spectione die , Exostosis hanc , cuneo , ad ejus figuram ,
fabricato & uno malleoli ictu , sincera de parte amputavi ,
refecavi , insigni sine hæmorrhagia .

Vixdum , cum stiptico pulvere , apparatus , qui require-
batur , vulneri erat adhibitus , quin homo patiens , fortè
qui se inter agendum , præstiterat , cachinnos inter & mus-
sitationes , ajat ; *nu zal het immers lukken !* id est , *jam*
demum succedet ! ego sanè & imò omnes adstantes , me-
cum credebamus eum , peracta truncatione , liberatum se
ab omni hoc malo ejusque populatione & incommodo , sta-
tuere ; verùm quam in sinu , quam in intimis ossium medul-
lis lovebat spem quodque gaudium , apertiùs statim detegit;
amica , inquit , mea , mihi conjugii fidem dedit & præstabit .
ea conditione ; ut hoc sine tumore ad eam reveniam : eccam !
jam nunc adeo eam facturus meam .

Curationem quod spectat , illa brevi omnimodò , le-
vioribus adhibitis , secundùm artem , medicamentis ; peracta
est integrè annuloque ei accidente pronubo , postea se
homo hic bis & amplius dixit felicem .

Ut sepe memorata hæc Exostosis , post truncationem
habuit , videre est ;

Tab. Hacce & quidem fig. secundâ.

- A. & B. PRÆMONSTRATI DIGITI MINORIS ARTICULI SUPERIORES BENÈ CONSTITUTI.
- C.C.C. MARGINES VULNERIS ET TRUNCATÆ PARTIS, IN QUA APPARENT;
- D.D.D. EXTERIORUM TOTI CORPORI COMMUNIUM INVOLUCRORUM UT ET
- E. OSSIS METACARPI ET
- F.F. TENDINUM QUORUNDAM ABSCESSORUM, VESTIGIA.

Ultereiore & quidem anatomica, hujus tumoris disquisitione reperi quoque, phænomenorum respectu, mea asserta (3) probata: ossi etenim huic, supra & infra Exostosin, constans & requisita erat dispositio; nulla asperitas; cum vicinis ossibus debita conjunctio; perioctium ritè dispositum et sequax in ossis luxuriem & extensionem præternaturalem; succus itidem nutritius, ossum cellulas, laminarum strias, fibras, sive tubulos distendens, osseam hanc molem, saccharatorum ad instar tragematum impleverat abundè; succus, inquam, nutritius & abundans; alio verò nomine non peccans: nullibi etenim locorum extus, nec intus inflammatio, acrimoniæ, putredinis, vel corruptionis, vel minimum aliquod mihi licuit observare signum, vel vestigium. Circumunctæ quoque cartilagines, membranæ, tendines ipsaque, cum omni exteriore corporis velamento, pinguedo, verbo, omnia erant benè disposita et sana;

Ut autem hominis magni ossis Exostosis raro (nunc cum, nunc sine ratione) conditione memorata, ipsis auferatur, concedunt & tamen aliud non datur medium curationis; ita hoc malum, hanc luxuriem incurabilem, quasi, habeo; quod si verò per ipsos liceret, in ipsis, secundum rationem & artem agere, eos, ut plurimum

mùm evasuros curatas verissimum est: si enim pars quædam majoribus ossibus, puta femoris, tibiæ, adjutorii &c. transversim, relieto hoc osse superius & inferius in integrum, ab ipsa natura, vel casu auferatur nihil in medio existente ossæ substantiæ, ut factum vidi saepius testanturque Chirurgorum monumenta, quid quæso illud periculi erit, quod mihi, hac in operatione dubium impertiat? agenti secundùm artem Anatomico-Chirurgicam; quia verò insuper hic morbus (Exostosis) lento progreditur, dolore vacat & magno quandoque hominibus incommodo non est, defertur curatio & conceduntur luxuriei huic sese amplificandæ & extendendæ venia & vires.

Utriusque asserti (B et C) exemplum sequens exhibet, cum schematibus, historia.

Anno MDCLXXXIX. viri ætat: annor: LII. inuncere mercium bajulatoris, tumore durissimo in ossis femoris parte superiore ab multo tempore laborantis, cæteròquin fanisimi; nunc verò ex pluritate demortui, cadaver, hac parte, rogatu Clariss: Medici et Chirurgi, qui eum tractaverant, inspexi anatomicè vidimusque quam propono
EXOSTOSIN,

*Tab. secundâ, Fig. primâ refertque hæc, parte ab antica,
& laterali, ossis femoris sinistri partem superiorem.*

A. OSSIS FEMORIS CAPUT.

B. TROCHANTER MAJOR.

C. MINOR.

D. PARS OSSIS FEMORIS SUPRA,


E. INFRA EXOSTOSIN, NATURALI DISPOSITIONE PROSTANTES.

F. IPSA EXOSTOSIS, CUJUS LAMELLA VITREA GLABRA ET AEQUALIS EXTAT, EXCEPTO

G. EO LOCI, CUI, APERTA CUTE, DESICCANTIA PRIMO
ET DEINDE ESCHAROTICA FUERUNT ADHIBITA
MEDICAMENTA.

H. LIN-

Fig. 2^{da}.



1870
1871
1872
1873
1874

H. LIMBUS, CIRCUMVOLUTÆ HUJUS EXCRESCENTIÆ, INHÆRENTIS PEDUNCULO, QUI AD LATUΣ EX IPSCO OSSE ASSURGENS, HAC IN DELINEATIONE, PRÖPTER TUMORIS UMBRAM, DEMONSTRARI NON POTUIT; QUAPROPTER, IPSUM HOC OS EXOSTOSINQUE IPSAM SERRÂ PER MEDIUM FIDI; DE HACCE AUTEM REPRÆSENTATIONE STATIM. IDEM HOC OS FEMORIS, UNA CÙM EJUS EXOSTOSI PARTE A POSTICA EXHIBET;

Fig. Secunda.

- A. OSSIS FEMORIS CAPUT.
- B. TROCHANTER MAJOR.
- C. MINOR.
- C. PARS OSSIS FEMORIS SUPRA,
- E. INFRA EXOSTOSIN, NATURALITER DISPOSITÆ.
- F. IPSA EXOSTOSIS.
- G. LAMELLÆ VITREAÆ, DIFRACTÆ CARIEIQUE, CONTRA ARTEM, EXCITATÆ DOCUMENTA; UNDE HOMINI, DUM VIVERET, CUM DOLORE IMPURUM, FUIT INFLECTUM ULCUS.

Figurâ tertia depingitur serrâ fissi, hoc loco, tum ossis femoris, tum ipsius exostoseos, interior adspectus.

- A. TROCHANTER MINOR.
- B. OS FEMORIS SUPRA,
- C. INFRA
- D. EXOSTOSIN;
- E. EJUS PEDUNCULUS.
- F. LAMELLA VITREA, UBIQUE LOCORUM DURA.
- G. CELLUSOSA OSSIS SUBSTANTIA, OMNI ABLATA MEDULLA.

D d

Figurâ

*Figurâ quartâ delineatur interior ipsius EXOSTOSEOS
ejusque de ossis femoris parte sincera, innocua,
sive nullo morbo tentata (luxurie excepta)
exortus ē pedunculus.*

- A. OS FEMORIS SERRÂ DISSECTUM.
- B. EJUS CAVITAS.
- C. PEDUNCULUS EXOSTOSEOS.
- D. IPSA EXOSTOSIS.
- E. EJUS LIMBUS, INSTAR FUNGI, CIRCUMVOLUTUS.
- F. OSSIS FEMORIS CELLULOSA ET FIBROSA SUBSTAN-
TIA.

Quantum ab EXOSTOSI ejusque dispositione, distet ossis
FUNGUS, vel morbosa fungiformis excrecentia, videre est;

FIG: stâ; QUÂ DEPINGITUR, DE OSSE FEMORIS, ASPERA
PROSTANS SUPERFICIE, OMNI ABLATO PERIOSTIO ET
EXTUS EX DURISSIMA; INTUS VERÒ MOLLIORE OSSIS
PARTE, ASSURGENS FUNGUS.

Hisce non obstantibus, cum ratione & experientia adductis;
asserunt tamen quidam, se Exostoses curavisse medicamentis
absorbentibus, desiccantibus; alii, depascentibus, escharoticis &c.
hi, radulis; illi, inuultione; sed ut quod verum est, afferam, ego pro
comperio habeo, ab ipsis tophacea & callosa concrementa (sub
Exostoses titulo) ossibus fuisse ablata: sic infausta furente
Venere, aut spinâ ventosâ intus agitante, solutâ vitreâ ossium
lamellâ, ossa eorumque fibrarum tubulorumque compagem sol-
vente, corrupte atque ex ea muco, callove, indurata assurgen-
te, quibusdam Exostosis est; sed quam male tibi, aquo le-
ctori, dijudicandum trado: vera itaque Exostosis mandrago-
ra, cicuta, Hyoscyami, nec urticae mortue, jugere, vel multâ mur-
riâ, vetusto caseo, aut pyritis usci scobe, praedicent qui volunt horum
medicamentorum virtutes! dissolvetur, aut intra terminos coer-
cebitur; sed enarrata methodo curabitur semper.

EXERCITATIONUM
ANATOMICO-CHIRURGICARUM
DECIMA;

D E

Visus abolitione,

A M A U R O S I;
Dicta,
GUTTA SERENA.

Varios extare morbos variisque de causis ortum sumentes, quibus luminis materiae actuique, via aditusque ad cerebri partes visui dicatas, præcluduntur & arte quandoque aperiuntur denuò, medicinæ peritis constat ubertim; sed verò visus abolitionem, AMAUROSION dictam, (1) unam solummodo & specificam causam (2) nullumque agnoscere remedium, ad oculum; ut ajunt, demonstrare aggressior: eò magis, quia tum veteres, tum recentiores hoc de morbo agentes, semet ipsos, aut suos lectores mihi decipere; aut confundere videntur eoque maximè ad hoc thema exornandum trahor; quoniam medicationum quorundam methodo ægri, alias sanitate totius corporis fruentes integerrima, pessundantur: de remediis, statum corporis non mutantibus in pejorem, id est, nihil, præter lucrum imponenti afferentibus, monebo nihil: inveteratum enim hoc scelus ferro, nec igne, multò minus reprehensione curabitur: præstat tandem mea animi sensa, hoc tempore, de prædicto morbo, aperiam, quo homo quispiam medicafter, AMAUROSION veram, diviti vetulæ (diviti inquam) pthyalismo tollere aggressus est miseramque post varia tormenta, in marasimum scque in multorum cachinnos, ut Plutus thesaurophagos, conjecit.

Dd 2

Non

Non te morabor (*Leet: Beniv:*) recitando multas sententias opinionesque varias variorum auctorum, de causa & effectu AMAUROSEOS : cantilenæ etenim huic nullus eslet finis : hic, namque *calculum in nervi optici media substantia & quidem faba magnitudinis*; ille, *tumores in cerebro*; unus; *arterias, multo sanguine, turgidas & nervum opticum comprimentes*; alter, *defectum arteriosi sanguinis & nervos opicos flaccidos spirituque animali destitutos*; quidam, *opticos spirituum horum copiam tumentes nimium & quæ porrò enarravisse mihi tibique tardio esset, hujus morbi causam constituit; constituant ergo, quod hac in parte volunt alii, ego (salvo perspicaciore, cum fida & feliciore manu Anatomica, judicio)*

(i) AMAUROSEOS causam statuo, *deficiens statinibus nerveis opticis liquidum*; unde motu privantur & usu, relictis omnibus oculum constituentibus partibus inintegrum: semper enim pupilla, in AMAUROSI, præter modum, dilata-ta non conspicitur; cum autem oculi bulbus moveatur, nemo sit, qui hunc affectum, motorios oculorum nervos infestare, autumet.

Aridæ senectuti hunc morbum, frequentiorem, quam succulentæ pueritiae & juventuti esse, collendum itaque est facile;

Sed verò & postremis quandoque accidere, macie & marasma totius corporis præcedente, HAGÆ-COMITIS, in via de Nieuwestraat, sutoris infans & AMSTELÆDAMI, Juvenis ROODENBURG, probavère.

Quod si consiacessente, aut nimium compresso, concusso, lœsive nervo optico, vel ipsi incumbente arterâ obstruētâ, vel cum vicinis partibus, intus, aut extus lœsis, simul patiatur hic nervus indeque visui hebetudo, obfuscatio & detrimentum oboriatur; id tamen minimè AMAUROSIS erit: curari enim possunt curanturque saepius hæc symptomata; AMAUROSIS verò nunquam, de ratione quare mox.

Constitutâ morbi causâ supervacanea videri potest distinctio & sexcenties repetita differentia; quâ eum in incipientem & consummatam, ab externa, vel interna causa dividunt & deducunt: usque enim dum ad hunc gradum visus abolito non pervenit; ut AMAUROSIS dici, juxta causam & effectum, queat, aliud genus.

us morbi est. Si quis forsitan regerat, morbum hunc; ut omnes, suum agnoscere principium eique esse mox obstandum, nemorā incurabilis evadat; respondeo, ex partibus oculorum affectis, de morbo ejusque eventu, dijudicari cum possit optimē, dijudicatum unumquemque sagacem Medico-Chirurgum, de quo follicitudo est, morbus AMAUROSIS sit, vel non? quod si, incurabilem; si non, curabilem reuertiaturum; sed inspiciamus trutinæque rationis submittamus (*Leet. Ben.*) praticorum in hunc causum medicationes præscriptionesque, ut decet, modestè.

Hæ, pro causarum (scilicet) varietate, ipsis sunt variæ; primarius autem scopus in deobstruendis, secundus in corroborandis nervis opticis videtur collocatus; quod fit (A) purgantibus alvum, (B) narium mucosum & lacrimale fluidum propellentibus, (C) cerebrum ab humido peccante liberantibus & postea, confortantibus, sive cephalicis medicamentis & tandem (D) generaliore evacuatione, quorum exoptandus chyloso-lymphatici laticis de tota massâ-sanguinea promoventibus, id est pthyalisno, effectus erit concreti liquidi nervei dissolutio; sanguinis concreti (dicti obstructi, vel obstruentis) præsertim verò arteriosi propulsio vicinorumque partium solidarum in tonum & dispositionem requisitam, restauratio, confirmatio. Magnifica verba & bona sanè, si modo ex AMAUROSI laborantibus visus hisce restauraretur.

(A) Quid quæso emolumenti, alvum purgantia, adducere ad collendam AMAUROSIN valebunt? is ne, qui in stomacho & intestinis hæret latex, nervis opticis gravis est? an verò vos metus occupat, vitiatum hunc postea infestaturum hosce nervos & quidem solos & quidem AMAUROSIN constituturos? unde hic vanus ste metus? si quoque AMAUROSIS hac methodo curari possit, quid est, quod tantopere circumspiciatis difficillimæque curatio- nis eam pronuntiatis? in promptu enim alvum purgantia & ad nauem usque præ manibus sunt.

(B) Hoc ut præstent, præscribunt errhina, sternutatoria, nabis admovenda, ex *Rad: pyret: helleb: tabac: Herb: origan: Euphorb: &c.* ut vi actus sternutationis deobstruantur nervi optici simulque expellatur concretum & obstruens eos liquidum;

Sed verò hoc ubi fit, contra generale axioma Medico-Chirurgicum, in curandis oculorum morbis; abstinentia ab sternutatoriis, peccatur: ita apud Experient. G: F: HILDANUM, exemplum videre est, C E N T: P R: O B S E R V: XXIV: *Obstruetorum nervorum opticorum ex sternutatione & ex hac consecuta cecitatis: imoverò ita hisce medicamentis, secundum magnam hunc virum, peccatur; ut tandem in hæc verba erumpat Hinc apparet quantum hallucinentur, qui in nervorum obstructione, aliisque morbis oculorum errhina & sternutatoria præcipiunt & adhibent, &c.*

Quid queso medelæ huic morbo masticata nux moschata: sem foenic: & similia adferre valebunt? particulæ, nempè, subtilissima horum medicamentorum penetrabunt omnes partes circumvicina adibuntque solos nervos opticos eosque ab obstrunctione (Chimera) liberabunt: hoc statuat anus, vel alyptes; sed quis aeditorum Medico-Chirurgorum afferit ab se AMAURO SIN, hisce medicamentis, curatam? (C) hæc generalis nimium est medicatio; ut solis nervis opticis competere videri possit. Quis tandem (D) Pthyalismum; ajunt enim, si sternutatio non profit, a salivationem deveniendum: constat enim mercurialia potentissime per nervos, glandulas & vasa lymphatica penetrare obstrunctionesque rerum tollere: mercurii vi; in auxilium vocant, quid multo hemolimine, agunt? respondebit horum nugatorum quispiam, i totum humorum laticem agitando curare; ut qui in nervis opticis est, vel iis adhæret concretus liquor, colliquescat simulque de nervis hisce totoque corpore eliminetur. Bellè secundum te; una, unic guttula concreta; imò centesima ejus pars AMAUROSEOS causare potest; hanc ut corrigas expellasque, totum subjicis hominem molestissimæ & nulla ratione nitenti, medicationi: urgeo insipper, fluctitante liquore nerveo, non produci AMAURO SIN: ade mercurio liquida concreta omnia non resolvi; verum subtilior eorum partes in maiorem actum ductas dissipari, spissas verò in spicatoe converti; concretionem hanc liquidi in nervo optico & in exortam obstrunctionem AMAUROSEOSQUE causam imaginariam ex possibiliate veterumque narratiunculis potius, quam rei veritatem supponit.

suppositam, quis non videt? ex cadaverum etenim inspectione proditum habeo & conspectum, in hoc morbo, nervos opticos non tantum non distentos; sed emaciatos induratosque extare; in senectute, videlicet, toto corpore nervorumque systemate exaltescente aequum videtur exarescant quoque optici & quid mirum, hoc si nervis accidat? cum præsentibus plurimis Medicis & Chirurgis in Fossa de Blomgragt AMSTELÆDAMI senis cadaver perstrans, magnam magnæ descendantis arteriæ partem, non longè corde, integerrimè osseam viderim ipse.

A sanguiferorum vasorum, circa & ad nervos opticos collocatum irregulari distensione, eos comprimi & visus obfuscationem; quinimò, pro tempore, cæcitatem ortum (non verò AMAUROSION) ducere posse, non est quod negem; sed morbo huic vitio ue huic vasorum nimium turgentium, in promptu remedia meditationesque sunt, motum sanguinis sistentia & tandem non deerit calpellus; ut quod peccat, diminuatur: verùm cum in AMAUROSI, inflammatio neque dolor sit, extensio vasorum præternaturalis, hujus mali causa, videtur, minimè.

Venælectionum ergo, itidem vesicatoriorum, cucurbitarum, anteriorum actualium, fonticulorum setaceorumque &c. inutis, hoc in casu, est ad curationem, apparatus: non enim autumno, ac seculo, inter nos inveniri Medico-Chirurgos, revulsioni retractionique humorum fidem præstantes: vasa porrò lymphatica, cum on ad oculos; sed de iis, si qui inveniantur, suum proventum veant, quid respectu eorum, in nucha & quid respectu AMAUROSEOS benè fit? interceptus abs te si non fuisset (intercipsis hunc ut ajiſ liquorem) in usum corporis fese iterum sanguini commiscuisset: præterea, quomodo probabis istum liquorem, quem ex vasis lymphaticis hauris, esse vitiatum? & AMAUROSEOS causam extitisse? quinimò ego opinor, quod, prædicta methodo quidum corpori adimitur, non ex vasis lymphaticis; sed verò arteriæ depromi petique. Si arguat, parcus neotericorum dogmatum altor, massam sanguineam liquidumque generale, præcedentibus mediis, diminui, regero, respectu totius hujus massæ, ridiculum fore,

fore, sustinere, levi paucaque hac exoneratione eam, in commodum laborantis ex AMAUROSI oculi, diminui.

Constat omni modo, AMAUROSIN senilis, non juvenilis oculus esse morbum & (2) incurabilem : quis senum rigescientibus articulis tendinibusque mobilitatem & requisitam restituit, eum pristinae vitae vigore, flexibilitatem? ego itaque tali ab molimine mentemque manusque abstinebo: ægregium hoc ad facinus altera Medea opus est, quæ Æsoni juventutem restituat.

Quemadmodum, per omne hoc scriptum, positiones & asserta exemplis, quoque elucidare studui; ita & huic ultimæ dissertationi illud nobis deerit.

Pater meus, cuius manes veneror intimè, alta cum premeretur se noctute: vixit enim annos octoginta & octo, cecidit circa septuagesimum, toto corpore alias sanus & sana constans mente usque ad extrellum vitae halitum, in membrorum rigiditatem & brevi post in AMAUROSIN, quam immedicabilem mecum experti sunt Viri Amsterdamenses Medico-Chirurgi multi & famigeratissimi coimperique in eo falso esse hoc querundam assertum: uno sensuum organo turbato impedito, labante, alia etiam infici:

Venerandæ quippe memoriae meus Pater cæcus vixit integras duodecim annos intereaque temporis ne aliquod quidem detrimentum alicum sensuum passus est; immò verò auditus olfactus gustusque incrementum accepit; ita ut müssitationes murmuraque audiret, effluvia corporum olfaceret linguâque & gustus actu præ juvenibus valeret;

Sed videbor procul dubio quibusdam, nempè, lucripetis minus gloriaræ Medico-Chirurgices famæque meæ consulens, inops remediorum timidus & desperans, difficilibus Reipublicæ Apollineæ temporibus tandem inutilis posteritati; verùm fore confido, ut apud erectæ indolentes homines & cordatos artis nostræ fautores id saltem laudis obtineam; in hoc scripto larvam multis præsumptuosam & ipsis solis proficiam, dextræ misericorde hoc solatii atrulisse eosque docuisse, dari morbos malique ab ipso principio incurabilia. Deoque unicæisque misericordiæ committenda patienter: licet enim (Lect. Ben. vide observ: aug: Thone pag. 117.) trecentas viperas, in Italia captas, florensis emeris trecentis plusque gallinarum earum carne pinguefactos, agro ex amaurosi laboranti teneris manducandos, per sexaginta dies; videbis tamen (de curanda enim AMAUROSI; non verò de diæta senibus præscribenda, jam nobis seruata est) eum non videre splendidamque te adhibuisse, sine fruge; ne dixim risu condignam, medelam.

DECADIS SECUNDÆ
FINIS.

G: BIDLOO;
DISSERTATIONES
ANATOMICO-
PHYSIOLÓGICÆ
QUATUOR,
QUONDAM
In
ACADEMIA, QUÆ EST LUGD: IN BAT:
DISCUSSÆ.

TYPOGRAPHUS

L. S.

Cum quæ sequuntur DISSERTATIONES ANATOMICO-PHYSILOGICÆ, ita sint distractæ; ut nullum earum exemplar distribuendum profet, hujus scientiæ fautoribus ac studiosis, potentibus denuò eas imprimam, opportunitate, quâ Cl: auctoris aliud opus publici facio juris, non obtemperare, piaculum duxi: habe ergo (L.B.) quod desiderabas meritò.

DISSERTATIO

PRIMA;

Defendens cuius fuit,

Nobiliss:

BERN: HERM: KETTELER;

Monasteriens:

I.

 nimalia producuntur ab sibi similibus,

II.

Non ex putredine, luto, limo, mucagine;
sed

a 2-

III. Ex

III.

Ex ovo, materia in formam ovi congesta, disposita,
conglobata,

IV.

Comprehendente omnia lineamenta requisitaque ad ani-
malis structuram, accedente motu & extensione, effor-
mandam.

V.

Physiologiae pars maxima, in re medica, est corporis
humani ejusque oeconomiae cognitio; haec acquiritur,

VI..

Anatomia, quae constat in perceptione & demonstra-
tione vera, structurae, motus & usus partium specificarum
corpus integrantium, ut & totius corporis.

VII.

Status viventium est duplex diciturque Sanitas & Mor-
bus..

VIII.

Sanitas (de morbo in posterum) est, omnium partium
corpus, vel animal integrantium, debita structura & disposi-
tio;

IX.

Ex hisce omnis actio; quae est,

X.

Per se animalis, animae, vel automatica; exinde liquet
propriè,

XI.

Non dari actionem passivam: automata quippe, hoc
sensu

sensu, non agunt; sed aguntur; licet agendo agens Physice patiatur.

XII.

Quæ partes ejusdem sunt structuræ & dispositionis, operantur eodem modo, per totum corpus.

XIII.

Ubi structura, aut dispositio, ibi etiam actio & officium partium, potest mutari.

XIV.

Quae Totum integrant, non possunt, sine laefione totius, iuferri, vel aliter disponi.

XV.

Totum corpus deber, Anatomicè, distingui in partes solidas & fluidas.

XVI.

Omnium partium continuitas ex immediato laterum contactu est & sic constat pars solida.

XVII.

Fluiditas, vel fluxilitas est partium mobilis & mediata conjunctio.

XVIII.

Labyrinthus est distinctio corporis in partes spermaticas & sanguineas, principes, ministras, continentes & contentas, dissimilares et similares et sic porrò: unaquaeque etenim pars est

XIX.

Anatomicè, dissimilaris, Physicè Similaris.

XX.

Omnis pars sentit, si integra sit: gaudet enim vitâ cum

toto corpore communi , ex officio nervorum , arteriarum et venarum.

XXI.

Insensibilis dicitur (absit logomachia) si propter tenuitatem sensus fugiat estque nihilominus corpus , materia motui subjecta.

XXII.

Quæ imaginatione , omni in corporis statu , sola percipiuntur , intellectum , respectu alicujus veritatis , non autem ipsam perceptionem decipere possunt.

XXIII.

Septem res , quæ vulgo constituere humanum corpus statuuntur , non res ; sed vitandæ sunt , veritatis studio , chimerae , intellectus , ratione non satis confirmati , ludibria & somnolentorum veterum , non venerandorum antiquorum Doctorum spectra hujusque farinæ sunt ,

XXIV.

Non intelligibilia verba , facultas , qualitas eorumque attributa , ut intemperies sicca , calida ; extensio , dimensio , sine materia , forma , sine subiecto .

XXV.

Omnes nervi , arteriæ , venæ , lymphaeductus , musculi , glandulæ , ossa et massa sanguinis pertinent ad unam & suam congetiem efficiuntque unum contiguum corpus.

XXVI.

Nervi sunt corpora (Anatomicè) solida , tensilia ;

XXVII.

Membranæ omnes tendines &

XXVIII. Glan-

XXVIII.

Glandulæ, aut carneæ, aut vesiculares

XXIX.

Harumque genera, duo;

XXX.

Arteriæ, venæ & lymphaeductus operantur eodem modo, respectu liquorum in eorum capacitates congestorum, ac oesophagus, stomachus & intestina, respectu motus progressivi alimentorum; quinimò, ut in hisce, ex glandulis majoribus, ita ex minoribus in iis, exprimitur succus sanguinem, in iis ad alimenta solidiora dissolvenda separationique motuque aptiora reddenda.

XXXI.

Ut Cor, ex musculis machina, sanguinem excipit & jicit; ita musculare organum ab gula ad anum, variis nominibus, mox designatis, alimenta fluida succumue ex glandulis in usum & commodum solutionis ingeorum excipit, exprimit, in vasa lactea deponit, exercens reliquias non satis solutas, in hunc finem,

XXXII.

Varius Muscularum ordo, potius dispositio, cuius prius usus in ore post receptionem alimentorum solidorum est, eorum Masticatio, prima ad chyli praेoperationem operatio; inservientibus simpliciter omnibus Muscularum ordinibus compressioni organi Chyliferi, id est, ductui ab haringe, ad anum, extenso.

XXXIII.

Hac ex demonstratione patet, concoctionem, fermentacionem (de quibus ut & de segregatione liquidarum partium

tium ab fluidis ; Methodo Chylificationis ; nutrionis aliquisque in posterum) hanc per machinam et hoc in organa non fieri, quatenus ex musculis conflatur , nec vi , vel virtute eorum perfici ; aut conflicatione , contritione alimenterorum , vel laterum contactu et sola collisione Stomach peragi ; sed

XXXIV.

Toto in tractu intestinorum , requiri liquidum ,

XXXV.

Variis constans particulis , plus , nempè , minusve fluidis , tenacibus &c. Pro officio ,

XXXVI.

Diversis : hoc liquidum ex glandulis , variis locis collectatis , adferri ac

XXXVII.

Misceri cum alimentis , ex quibus eliciendus est succus nutriendis ;

XXXIX.

Liquidum hoc , succum hunc , exprimi in vasalacteadi dici

XL.

Chymum , vel Chylum , ulteriori segregationi subjicendum Animalisque nutritioni adaptandum.

DISSERTATIO

SECUNDA;

Quam defendit,

Nobilissim:

NICOLAUS BIDLOO;

Amst: Bat:

XLI.

Succum hunc nutrientem , sive nomine Chymi , minus elaboratus in stomacho , vel Chyli , ritè præparatus in intestinis & lacteis reperiatur , liquorem esse gelatinosum , lenem , lacteum , verò alsum , nec acidum , contra quæ floruit diu hypothesisin , latuendum ;

XLII.

Quemadmodum autem sanguis ab venarum capillariis in majores progressus ramos , non floridus ; sed lividus , ex rubro obscurus appetet ;

XLIII.

Ita & lactea , nutriendis materia , motu & vi compressio-
nis musculorum intestinalium , non verò fermentatione ,
in vasculis hunc succum deducentibus , expressa ; quo ma-
is ductum appropinquat majorem , minus est lactea ma-
risque lympida :

XLIV.

Huic enim in toto tractu , imò & in ductu thoracico
vultum admiscetur purissimæ lymphæ , partim ex glandu-
lis

lis intestinorum syrmatis , quarum maxima copia in ileo est , partim ab lymphaticis ; de bile autem atque succo pancreatico ejusque cum chylo commercio , inferius;

XLV.

Non raro colore tinctus sanguineo & saturato ; quinimò cum sanguine puro commixtus , chylosus conspicitur liquor ;

XLVI.

Vicinis , scilicet , in ductum thoracicum ejus anfractus lymphaticosque & lacteos eructantibus tubulos liquorem suum arteriis , vel venis :

XLVII.

Quo in casu , vasculi cuiusdam sanguiferi non debita , aut œconomica statuenda est continui solutio.

XLVIII.

Chylus , nutriens , vel extendens corporis partes omnes & singulas , ex ingestis solubilibus ab intestinis tenuioribus .

XLIX.

(Licet inficias nullus eam , dari in crassis & posse dari in stomacho lactea , id est aliquando : non autem ordine & tantum in hoc , vel illo individuo animali)

L.

In vasâ lactea primi secundique generis expressus & lymphâ undique adauctus & adauctus undique lymphâ , per ductum thoracicum , mediante venâ subclaviâ , cum sanguine commixtus & per arterias ad tubulos nutritioni proximè dicatos , delatus ,

LI.

Sui corporis , vel materiae suæ appositione , agglutinatione , impletione , loca hiatum & interstitiorum partium ab feso invicem , vi impulsione hujus succi , cedentium implet , partium lateribus apponitur & hoc modo ad-

augentur

augentur, extenduntur, crescunt, nutriuntur singulæ corporis integrantes partes, ubi opus est;

LII.

Quæ autem in mammis lactitantium embryonumque vasa sunt, aut dicuntur lactea, hoc thema non spectant ideoque de hisce ordine & proprio loco postea.

LIII.

Ex predictis colligere est, primò; in homine, habitu valvularum horum vasorum rarione, nihil chyli, vel chylosi tremoris, nec fluidi, vel crassioris ejusdem substantiæ, per meseraicas portaeve venae ramulos, deferri ad hepar, nec cavam:

LIV.

In Animalibus verò lacteis hisce, in mesenterio, carentibus, puta volatilibus, aliam esse succi nutrientis dispositionem, secretionem, depositionem, distributionem, autumnum.

LV.

Secundò; Nullas sanguine, propriè, nutritiæ partes;

LVI.

Licet ex miscela, mixtura, sive liquore, qui nomine sanguinis venit, omnium specificorum liquorum in corpore investigandorum dispositio sit repetenda, indaganda, perscrutanda.

LVII.

Tertiò; infervit sanguinem nutritioni; sed secundariò; adaptantur enim circulationi & porrò agglutinationi partium lacteæ chylosæque hæ particulæ, sanguineorum globulorum motu ac confricatione: quæ enim glutinosæ nimis, actu confricationis, contritionis, rotationis &c. liquidiores fiant & fluidiores partiumque appositioni hiatumque carum impletioni & sic nutritioni aptiores.

L V I I I .

Quartò ; sanguinem ipsissimum partibus in incrementum apponi non posse : est enim pars cum toto créata , quant diminuere totum laedere est & (si unquam liceat) nisi sum- mam ob causam , temerarium :

L I X .

Nam ut sanguis nunquam in chylum , vel ejus formam & munus ; ita & chylus (mutatione rei in rem aliam) nunquam convertitur in sanguinem & sic tandem deesset materia nutritionis , si sanguis fungeretur officio prædi- cto.

L X .

Quintò ; omnem succum nutrientem non ab unaquaque arteriarum cäpillari extremitate semper effundi ;

L XI .

Sed transire , si dispositus nutritioni alicujus partis ad normam sit , in glandularum tubulos ;

L XII .

Reliquias verò crassiores deferri in venas ulteriorique subjici motui , contritioni &c. nutritioni necessariæ:

L XIII .

Sextò , sanguinis motum impediri ab hujus liquoris con- gelatione , viscositate , stagnatione :

L XIV .

Atque sic omnem inflammationis , ut vocant quidam tumorumque causam , non esse in , vel ab sanguine ejusque obstructione , vel condensatione .

L XV .

Ultimò ; Nullam esse in vasculis eorumque substantia , nisi ab vitiato hoc fluido , obstructionis speciem :

L XVI .

Quæ enim ex vasorum eorumque laterum collabescentia , vel materiae cujusdam appositione interius , imo et muta- tione

tione eorum in cartilaginem, vel os, vel ab calculis aliqua materia fit obstructio, mutatio, exsiccatio, ad hoc sistema referri debet;

LXVII.

Hoc quoque fonte derivandæ petendæque multorum sunt aliorum morborum causæ :

LXVIII.

Effectus enim potius quam causæ, sunt antiquorum de morbis humorum descriptiones causarum:

LXIX.

Cum prædicto succo, bilis particulas ad massam posse deferri fanguineam, concedendum;

LXX.

Sed non, nisi tenuitate et solutione particularum labente nimiâ, chylo:

LXXI.

Si enim visibiliter ex colore tingatur bilis, non fieri hoc nisi in statu morbofo:

LXXII.

Bilis namque est liquor, sive materia pinguis, oleosa, fermentationis chylificationisve non fungens officio; sed solutas ab feso invicem chyli crudioris conjungens particulas;

LXXIII.

Operari ad faciliorem ingestorum solutorum propulsionem ersus inferiora, adstruo exemplo brutorum, quibus ductus holodochus ipsi stomacho inferitur eoque voraciora sunt. aliquas, quinimò particulas ipsius spissiores crassioresque excrementa concomitari, quis dubitat? qui faecum inspexit colorem.

LXXIV.

Non autem acrimoniâ & vellicatione; sed continuato in-

testinorum motu faeces expellit quasque præterlabitur partes, glutine suo glabras reddit undique.

LXXV.

De saliva atque liquore plurimarum glandularum faucium oesophagique tractum ornantium, nihil moneo; cum ejus officium imprimis circa deglutitionis masticatorum negotium versetur.

LXXVI.

Succus pancreaticus, qui magna quantitate ex maxima omenti glandula, pancreate, in duodenum effunditur intestinum;

LXXVII.

In se & per se nullam habet aciditatem, vel acido falsitatem, neque acescit:

LXXVIII.

Figmentem itaque; sed non illepidum est, plurimorum ne dicam omnium morborum, ex vitiato succo derivatio origo & quasi causa.

LXXIX.

Eiusdem farinæ est de ejus in stomachum regurgitationis, operationis cum bile, effervescentiæ liquidorum ingestorum ut & sui corporis mutationis fabula: opportuna enim sua videatur (quod de Vertumno dictum) cunctis natura figuris & in quamcunque vertitur formam, decorus succus:

LXXX.

Hic verò, lympha sui generis, menstrui ad instar ingest chylumque dissolvit, diluit, fluidiorem reddit atque eidem ex parte, ut lympha, pro vehiculo est.

DIS

D I S S E R T A T I O
T E R T I A;

Defensore

Nobiliss:

F R: H: D E T H M A R O;

Widenbr: Westphal:

LXXXI.

hylosecos proventus omnis, sinistram in subclaviam venam, uno, vel duplici ductus thoracici delatus tubulo, cui ; ut plurimum, regressum huic impediens latici, apponitur valvula, admiscetur,

LXXXII.

Liquori purpureo-rubicundo rutilantique, quod arterias, venas vasculaque pro venis inservientia occupat fluento, generali nomine sanguini; est autem sanguis,

LXXXIII.

Rubicundorum globulorum uniformiumque partium, in praeditis vasculis, congeries; antiquis homogenea:

LXXXIV.

Qui enim globulos inter circumque hosce chylus, aér, aut alia quævis extat materia, floridum hunc laticem heterogeneum reddit, nequaquam estque itidem, per se & im
ab-

abstracto, homogenea quoque, id est ex partibus suisimili-
bus conflata, aggregata:

LXXXV.

Sanguinis itaque Phlegma, Melancholiā, Choleram,
canora satis; sed res distinctas non indigitantia, non admit-
to verba; licet statuam, posse pyrotechniā aliisque artibus
ipſiſſimum diſſolvi ſanguinem, atque varias ex eo colligi hau-
riri que partes; puta aqueas, ſpirituosas, ſalinas, oleofas
reſiduumque, quid exhiberi, capitis adiſtar mortui, ſoli-
dum: hæc autem omnia particulas ſanguineos conſtituentes
globulos eorumque materiam, non ſpeciatim; ſed totum
reſpiciant mixtum laticem, opus eſt indeque non æquius
colligere, ſanguinem eſſe maſſam heterogeneā ac de
omni quaque ſtrictè dicta, materia; ſin aliter, hoc ſenſu
affirmandū,

LXXXVI.

Non dari homogeneum: quinimō, nec etiam ſupra me-
moratæ ſeparatæque, ex ſanguine, particulæ, hoc ſenſu
crunt homogeneæ:

LXXXVII.

Etsi enim concedatur, ſanguineos globulos, admixtione
motuque alterius liquidi, ab ſeſe invicem poſſe diſtingui,
lacerari, figura mutari, imò deſtrui, non inde ſequela eſt
proba, in aliam mutari, converti materiam: diluto quippe
vino, ex: gr: vinum conſtituentes inſunt partes aqueasque
inter ſubſiſtunt:

LXXXVIII.

Fluidum ergo generale hoc, heterogeneum, reſpectu
admixti; cui innatæ quodque cum eo circumvolvit, Chy-
li, adjuncti aëris pinguedinique; homogeneum verò, re-
ſpectu

spectu sui , est globulosum . Globuli hi magnitudine & pelluciditate differentes , satura splendent rubidine omnes ; qui , emissio de vasis sanguine , corpore insigniores , grumorum ad instar nigricantium cohærere videntur , ima , qui minores , liquidi petunt superficiem ; ab prioribus autem quæ iis adhærescit chylosis depositis glutinisque formâ compactis particulis se junctis , morbo quæ , aut vitio in corpore , aut dum aëri exponuntur facillimè concrescunt globulorumque pelluciditatem transparentiamque impediunt , diaphani apparent omnes ; ut variis constat experimentis.

LXXXIX.

Aëris multum sanguini inesse , docet ratio , antlia pneumatica arteriaque pertusa , ex quibus non raro , ante sanguinem , aërea egreditur materia ; ut nuper in corde , multo sanguine ; ut & variis sanguiferis vasis distentis , demonstravi.

XC.

De globulorum rubidine luminisque ad hoc corpus accedentis phœnomenis , nihil quod in & de omni diaphanum globulosumque per corpus , radiorum transitu atque refractione universale non sit , monendum reor . Cum omnis sanguis ejusdem sit dispositionis ; color vero ejus tantum , non sulphureæ aëreæque materiæ ; sed ratione miscelæ abundantisque , aut deficientis , male , aut bene constituti , aëris , chyli luminisque adventitii , varius sit . Si quis exinde arguat ; si chylus sanguineos distinguendo globulos , sanguinem reddit floridorem , sequitur , ubi major chyli massa , ibi floridior sanguis , contrarium vero in vena subclavia cavaque descendenti ; in hisce maxima chyli quantitas : eo enim omnis defertur & nihilominus in iis obscurior , opacus & niger est sanguis maximè . Respondeo : chylus in iis , sanguini vix abhilitus , ab dextro cordis ventriculo receptus , per pulmones in sinistrum diductus , sanguineos jam probè ,

cum quem continebat aëre, inter globulos mixtus & diffus, sanguineam massam separando, reddit floridiorem in arteria magna omnibusque ejusdem divaricationibus. Adde, quod in subclavia & cava descendente; ut in omni vena, globuli sanguinei, depositis multis de latice nutritive particulis, compactiores glutineque chyloso, denuò contritio- ni præparationique ad nutritionem aptam subjiciendo, opaciores, quam in arteriis observantur: chylo autem, eti primo hoc ita appareat intuitu, globuli sanguinei debitè di- spositi, inter se non devinciuntur, uniuntur.

XCI.

Globulos hosce, corpora satis dura hæc, pro solidis, imò, respectu liquidi adjuncti habenda, coacervatim ex 2. 3. 6. 36. & pluribus, dicta vasa permeantia, interius cavi- tate donari, non concedendum: vi enim compulsi muta- rentur figurâ, frangerentur amitterentque usum, cui desti- natî sunt, facilius. Cum è contrariò, vesicularum ad instar intus repletarum, partium motui vicinarum fortiter resistant, eas frangant figuramque conservent suam, vi quoque & in- genti opus sit; ut dissolvantur. Partes globulos hosce com- ponentes, numero non augentur: sunt enim ab nostro fieri; sed muliebri in ovulo sanguinem præexistere; ut totum ani- mal, sive ejus lineamenta, rudimenta, primordia, qui op- pugnant, non unam duntaxat oppositionis cohortem, tur- mam, manipulum; verùm phalanges, legiones integras & plurimas in aciem cogunt. Hic, ardelio Mechanico Philo- sophaster, illic, Anatomico-Medicaster didasculus in are- nam descendit; non desunt cum ducibus ferentarii, cum veteranis tyrones gregariique; impetum autem primum ve- lites, jaculatores & omnis levis facit è longinquo armaturæ miles, Polylogiâ munitus, hoc modo pugnans. Si plus sanguinis obtineat homo adultus, quam infans, opus est, ut sanguinis quantitas augeatur; atqui verum est prius, er- go &

go & posterius. Porro ; si augeatur numero , aut corpore ; atqui augetur , ergo numero , aut corpore. Itidem ; si secundum me corpore non augeatur , non augetur , atqui secundum te numero , secundum me corpore non augetur , ergo non augetur. Cui insuper Empyrico , observationum in promptu balista , agger , turris non est ? hic trecenties sectam venam ; iste vividas post multam narium hæmorrhagiam , omni depulso de facie pallore gelidæque mortis imagine , genas labiaque roseo tincta colore restitutumque pristinum corpori vigorem in prælia dicit. Quis illorum arietie , terebra , catapulta , cuniculo omnibusque aliis non utitur experientia suæ machinis ? hoc ut destruat sistema. Vocabantur in subsidium mensium lochiorumque fluxus , Tumores cedematosi , tabes , hydrops , phthisis , bilis , lympha & tandem inflammatio , sanguinis æstus , spiritus , outredo , fœtor sanguisque in pus conversus , vulnera vasorum sanguiferorum sudoresque sanguiferi & ut omnia adiubeantur , advehuntur medicamentorum plastra sanguinem incrassantium , attenuantium ; ut & venæ sectionum ræsiduum imperatorium , quo , hempè , eadem viâ , sanguinem nunc adducunt , tunc ab partibus deducunt : contra osce & hæc autem , me meaque excipiendo , distinguendo & explicando , qua hæc methodo fiant , defendere conabor edulò ; quam suscepi doctrinam exornare pergo.

CXII.

Extendantur corpore , globuli sanguinei , explicitur , et inter sua spatia , quidquam recipiente admittantque , quod ac distendendo , fluidum in vasis sanguiferis iisque usu siliibus augeat , lege sequatur distentionis partium naturali , excessum est;

CXIII.

Chylum autem quantitate variantem , pro subiectis , sanguineam longè licet superet massam , globulos hosce intrare

atque permeare , impossibile videtur , habita utriusque li-
quidi , per se subsistentis & Phœnomenis distincti ; ut &
usus , ratione. Aëra quoque globulos , negata eorum ca-
vitate , non occupare eoque ipsos non distendi ; ut ab in-
flato aëre , bulla aquæ , rationi consentaneum videtur. San-
guinis itaque augmentum propriè est , aut impropriè percipiendum : propriè ; ubi substantia globulorum distenditur ,
augeturve , ab materia huic corpori dicata , apta , analoga:
ut sit in omni partium , cum toto viventium , extendenda-
rum , sive nutriendarum œconomia. Impropiè ; ubi nu-
mero augeri partesque quasdam in globulos sanguineos mu-
tari , converti , renunciatur : illud etenim augmentum , to-
tius laticis intra sanguifera vasa ; chyli , liquoris vivificantis
animalisque sustinentis vitam & aëris , non verò ipsius san-
guinis , propriè dicti , haberri poterit.

X C I V .

Quà consistunt globuli sanguinei materiâ , dictu est diffi-
cillimum ; ex aquæ autem & chyloso-oleosa , non conflari
argumento est ; quod in animalis lineamentis , ovulo mu-
liebri adhucdum inclusis , chylus non fuerit ; ex chylo ,
ergo , formari non potuerunt : chylus quippe fit ab ingestis
per os in intestinis , in horum rudimentis ingestum tum tem-
poris , per os , nil erat ; quocirca chylus sanguini pro ma-
teria , ex qua , esse non potuit sequiturque sanguinem ex
materia integrante , ab aliârum partium distincta , in glutini-
nosorum , sive vesiculosorum Globulorum formam & fa-
ciem extensam , exstructum esse. Ex hac materia posse
qua indigitavi Positione 87. elici , sufficiat : quoniam intel-
lectum humanum fugit intima rerum cognitio materia quâ
ipsa substantia & fabrica , uni Deo creatori , qui eam metho-
do mystica nobisque imperceptibili , de nihilo fecit , ut est
perspecta : quidquid enim materiale , vel corporeum appa-
ret , intus habet quo non attingitur , ne vel cogitando qui-
den

dem. Vitali propterea spiritu, nec materia primi Elementi, vel aëre, hæc in corpora globosa fluente; sed interpositione aëris particularumque chylosarum impropriè, propriè verò appositione analogæ cum globulis substantiæ, eos extendi & corpore augeri, colligere æquum videtur.

X GV.

Si quisplam insistat, partes sanguineas, motu multo, rotundas fieri, velim idem is prober, sanguinem ex particulis constituisse rectilineis, aut variorum laterum angulorumque; itidem non fuisse rubrum, tempore primo, nostri fieri: dantur enim animalia, albo succo, loco sanguinis, prædita: quinimò chylus antiquis, sanguis albus, globulis (sed non rubescensibus) non est destitutus; licet non concedam, chyli particulas, angulorum collisione atque abrasione, inter rotandum cum sanguine, in globulos sanguineos, efformari convertique.

X CVI.

In sanguine, latè sumpto, non raro pinguedinem analogumque quid huic, saepius liquori, foeti proximo intermixtum, detegi. Anatomicorum Physicorumque constat monumentis libertim: Hæc autem massa liquorque hic concretus, ut & polypus in corde, sive vasis sanguiferis, non sanguini, propriè dicto; sed Chylo ortum debet suum; quemadmodum ex utriusque initio, fieri & incremento liquet: quæ enim tenax in Polypo materia, glutinis instar, primo compacta, firmissime deinde cohæret, nil sanguinis intus; extus verò aliquid nonnunquam connatum obtinet: si quæ verò, longo-intercedente temporis tractu, massulae huic arteriæ venæque affiguntur, connectuntur, non aliter esse, respectu hujus habent, quam arteriarum venarumque plexus respectu hydatidum, hordeolorum & id genus tumorum cæterorum. Non, quod eorum materia ex globulis angulineis constet; sed compacta, ab putredine, sive par-

ticularum agitatione contineatur indebitâ. Inde, nempe, ex partium quiete, omnis in polypo cæterisque tumoibus durities: expansione enim qui duri apparent, agitantur intus, aut digito contacti, molles inveniuntur, ut in cœdmatoso similiique ex morbo tubere, comperire licebit semper. Fluidiores, ergo, cum limpido chyli latice, quasdam oleosas pingueſque ex ingestis, sanguineis intermixeri globulis particulas inque omnem, cum toto viventem partem, posse induci pinguedinem, cum ratione, tum experientia docemur abunde.

XCVII.

Nec, cum sudore, sanguinis effluvium, indicio sit; sudoris liquidum, rubedinem fingens, partem esse sanguinis; æque minus ac ipsum chylum: motu namque vehementiori quam oportet, excretariis sudoriferis, hiatu, naturali ampliore, apertis, erumpit una cum sudore, ut cum Chylo, fæctâ venâ, sanguis.

XCVIII.

Sanguineorum globulorum usus est, viscidiores intersecare motu multo, rotatione continua, contritione iterata, spatha inter & corporum suorum latera, chyli particulas easque in partium incrementum fluidas aptasque reddere nutritioni. Exinde verum, primò, chylum benè constitutum fluidum globulosumque (in omni quippe moto liquido globulos esse constituo) vitiatum verò, fibrosum esse & tenacem. Secundò, sanguineos globulos conjungi disjungique, pro majore, aut minore circumfluentis conterendique chyli resistentia; nunquam autem sine vi & noxa, suorum corporum, figuram mutari, aut strictè dictum, absque totius læsione diminui posse;

CXIX.

Utriusque autem hujus liquidi diminutionem, perditio-

nem;

etsi totum lædat (ob suminam causam alias enim te-


mera-

merariò fit) secundum artem posse concedi , affirmo ; intel-
lige pari ratione ; ut membrorum amputatio , ad conserva-
tionem totius corporis .

C.

Ipsam sanguinis demonstrationem ; ut eam opere meo
anatomico , sub explicatione vigesimæ tertiaræ Tab. Fig. 16 ,
exhibui , hisce adjungere , extra dissertationis hujus sphæ-
ram , neminem Anatomico-Physicum asserturum , confido .

Depositis itaque , cæteris , cum sanguine mixtis & ab eo ,
propriè dicto , derivandis partibus fluidis , liquet , Anato-
miâ , quæ chemicè absolvitur , in sanguine detegi aquam ;
ut poterit , simpliciter considerandam , spiritum , salia , tam
volatilia , quam fixa . Hæc licet exacta quarundam sit par-
ium detectio ; non lacerandæ configurationis autem phæno-
menorum maxima est destructio . Propono itaque Fig. se-
quenti .



Sanguinis guttulam, vitreo tubo

- A. INCLUSAM, CUJUS PARTICULÆ, ADJUVANTE MICROSCOPIO, ADAUCTA FORMA, DEMONSTRANTUR.
- B. GLOBOSE VESICULÆ.
- C. FIBRULÆ VARIÆ TORTÆ, STRATÆ ATQUE DISPOSITÆ.
- D. MASSULA STRIATA, VEL
- E. OVI ALBUMINISIMILIS, QUÆ VITRO HERMETICÆ AB ALTERO LATERE CLAUso CALEFACTOQUE MOTIS ROTANTIBUSQUE GLOBULIS, UBIQUE INTER EORUM CORPORA OBSERVANTUR.

Altera anatomisandi norma, sequenti excolitur artificio.

Seperato, à frigefacto concretaque sanguinea massa, aquo ac albuminoso liquore, qui variæ est substantiæ ignique impositus brevi concrescit, remanet pars rubicunda, cuius fluidior portio, aquæ tepidæ ablutione iteratâ, grumosi instar acervi appetet, hujus singulæ particulæ globulur vesiculosum exprimunt, quorum quidam diaphani, alii opaci sunt. Reliqua massulæ portiuncula fibris constat flexibiliissimis; frigefactis verò & aëri expositis, tenacissimis, tensilibus atque retiformibus.

Tertia insuper Sanguinis perscrutandi methodus est, quando Sanguis, ab innatanti liquore liberatus chartæque axungi linitæ impositus, aliquantulum exsiccatur; extrinsecam post particularum illustrationem, dígito levi, conterenda sanguinæ massulæ portiuncula, in qua statim diversæ apparebunt constitutionis atque figuræ globuli, fibrula atque ejusdem generis explanatae striæ. Partes aëreas, Sanguini admixtæ, ut & reliquæ heterogeneæ, pro singularium partium substantia nominandæ generique cuidam referenda hujus fori cum sint minimè, ulteriori doctrinæ vitorum perscrutationi submitto reverenter.

DIS

D I S S E R T A T I O
Q U A R T A;

Nobiliss: ac Clariss:

VIRO,

JOSEPHO DU VERNEY,

Ab auctore inscripta

&


defensa,

â

Nobilissim:

F R: H: D E T H M A R O;

Widenbr: Westphal:



VIRO

Nobilissimo ac Celeberrimo

JOSEPHO DU VERNEY,

Acad: Scientiarum Regiae socio, Consiliario & Medico
Galliarum Regis, Ludovici XIV^{ti} ordinario,
Professori Anatomiae & Chirurgiae acutissimo;

S.

G: B I D L O O.

PEtin', ergo, quid rerum apud nos agat
Anatome? verum habe; sed & anceps
responsum, viget fervetque secundum
hos, languet frigetque secundum illos: dicam
quod res est: ego, qui non pro dissectorum ca-
daverum numero; sed demonstratorum, in Me-
dicinæ commodum, utilitate, de artis præstan-
tia, calculos subduco; quantūm in me est, na-
tus quam sum, non desisto ornare provinciam.

Sacram tibi, quâ decet reverentiâ, hanc de
notu sanguinis dissertationem, facio, persuasif-
imus, dogmata hic & illic proposita, tibi non
omnino displicitura. Nosti probè (*Vir erudi-*
e) me, nec in Antiquitatis superstitionem reve-
rentiam, nec in Novitatis rerumque, hunc pro-
pter titulum adamandarum solummodo, effusum
lesiderium; ubi autem, Antiquorum monu-
mentis, quidquam addere; ubi eadem, citra
cerbitatem contumeliamque, elucidare & (sit
d 2 verbo

verbo venia !) emendare annitor; ubi nova ; sed
& vera ; sed & utilia maximè , in lueem protrahe-
re molior modestè , omnis Antiquitatis perpetuus
renuncior hostis! scilicet mos gerundus est sciis ,
loçutulejis , ipse quibus , nec Rutilius facer , nec
Lynceus perspicax ; sed assuetus acerbos inimico-
rum , nobiliorum studiorum veritatisque po-
tius quam meorum , iræ impavidū ferre rictus ,
non perhorresco , non metuo tandem Varronum
& Rupicum Squarosa rostra , perpetua quæ li-
berè philosophandi & in res utiles inquirendi ,
proculcant pessundantque jura : licet enim is ,
sim minimè , omnes qui præter meipsum bardos ,
blennos fungosque habeam Anatomicos dictisque
demonstrationibusque , vim ut conciliem meis ,
emendicatis in publicum prodeam præconiis ;
verùm utile quod quodque dulce , æquus aliorum
laborum , lucubrationum atque opinionum in-
terpres , de minoribus mendis non decernens
graviter , eligam semper ; is attamen quoque sum
minimè ; qui , fatuo ut pseudoscientiæ doctrinæ
que igne , de via Rationis , in inanum verborum
labyrinthea seducar avia ; patiar unquam : etsi ad
ravim usque contra me barriat ; latret , mugiat ,
ogganniat , clamitet Phreneticus Buglossides hic ,
illuc Nasutulus Pepo ; modò pretio conductus

cyni-

cynico - disertus Calumniator, Advena, mox
Gneus, Apianus Stentor; satius duxi unquam mea,
quamquam tenuia, proponere, aliena, quām,
etsi gravia, interpolare omnibusque assentari in-
defessè; quod studium mihi, vel ab incunabulis
displicuit; ductilis, ducente Ratione, docilis,
docente Veritate; cum non sinam, periclitante
earum una; numellam linguæ imponi meæ, sed
impulsus, dodonæi instar lebetis, tinniam; dis-
plicio nonnullis; sed id sim, quod minimè volo,
ib musarum sacris amotus Apollinique dirus, si
ex servili hoc hominum genere eorumque con-
emptu, verum mihi non nascatur gaudium:
displicere enim præstat istis, quorum laudatio-
nes & encomia, vituperiis ab honestis & doctis
ejora habentur; sed ne maleferiotorum amurca-
ræc Medicastrorum eorumque indeoles stomachum
tibi (fecere etenim mihi dudum) faciant.
Iterius, subsisto petoque; ut quæ, in hisce-
roblematibus, paradoxum sapiunt, tuo subji-
cias examini sedulò rogoque experimentis, factu-
empè, non arduis eorumque narrationi non af-
tentiaris; usque dum periculum feceris eaque
xpertus, comprobaveris ipse; ut autem hoc
laceat Systema, opus non videtur, probem,
& methodo sola, ab me exhibita (nullâ verò

aliâ) fanguinis absolvi motum ; aliâ itidem forsitan absolvitur , aut absolvi poterit ; modò meum , Rationi legibusque motus receptis demonstratisque, non sit contrarium ; posse, videlicet , fanguinis motum vi & methodo ab me tradita , absolvi , placeat , æquum videbitur ;

Sed ne sermo hic , ut , quem nuper habui , ultra limites exultans dicatur , sileo totus ; statuens , quemadmodum in Sacris ; ita in arte Anatomica , nullam extare , hæresin , quæ suam ex detorto hoc , vel illo , celebris cujusdam auctoris verbulo , basin non exstruat . Verum enim verò , in magno scripturientium docentiumque cœtu , cum & de me metus esse possit , ne præfervidum ob ingenium , præcipitantiam , livorem , vindictam , requisitos excedam moderationis terminos , aut nimiæ indulgens opinandi libertati sententias dogmataque secter , novas non tantum ; sed & insulsas simul , rem totam tuæ viorumque eruditoram appendo trutinæ , ex animo ut , nempè , re ventilanda constituta , parte eutraque , quæ potior videatur causa (multa enim cheu ! tanta , vel talia , ea quantum verbis extollere , aut deprimere præclara valent ingenia habentur sæpius) dijudicare liceat integerrimè .

CI.

Modus toti descripto Latici , viginti circiter , in abstracto , ipsi sanguini , vix trium ponderum (comparative , circulatio , circuitusve sanguinis) duplex , progressivus & intestinus est : priore , de loco in locum , secundo inter pergendum rotando ; ut sphæra , aut globulus , per axem movetur ,

CII.

In & per arterias , venas vasaque pro hisce inservientia machinaque sanguinis receptioni propulsionique dicatas , puta in & per sinus duræ matris , portam , cor ejusque auriculas;

CIII.

Prior autem in arteria , venave ; ipso verò an in corde , liave fuerit in corporis parte sanguinis motus , hujus cum emmatis non sit propriè (de eo circa foetum ejusque dictus oeconomiam specificè) agam hoc de motu , ut fese in humano , aëra hauriente extra matrem , genere exhibit . Post abitis , quâ decet modestiâ , de hujus liquidi motus causis que plurimorum hac de ætiologia opinionibus , sententiis , ogmatibus leviterque perlustratis , quorum fit robore & virite machinis ; utspte satis superque designatis ; conabor uædam non admôdum trita & obvia examini subjicere publico : flammulâ , ut enim , calore nativo spirituque primi- enito vitalique (licet calore , sive motu liquida dilatari pos- nt) sanguinis motum promoveri , inficias eunt erectæ mens atque orthodoxi Medico-Physicæ scientiæ antistites ; li- eat quoque mihi ex sanguinis dispositione organisque eum chentibus propulsantibusque demonstrare , ad ipsius mo- tum ,

atum, fermentum, vel simile quid, requiri nequaquam.

CIV.

Sanguinis figura, sphærica, nempè, mobilitati, motui progressivo intestinoque aptissima, massæ totius movendæ latici intervit maxime;

CV.

Omnis autem, corpus integrantis partis & sic quoque sanguinei laticis, motus, proximè ab solis dependet musculis. Velim hæc intelligantur, quatenus partes ab aliis moventur proximè; non verò quatenus primum in partibus motum, sive illud, quod primò animal (Deus, anima, spiritus, nervus &c.) movet: musculi enim ipsi, deberent juxta hoc meum positum, ab musculis in indefinitum, cum partes totum integrantes sint & moveantur, moveri.

CVI.

Tria sunt validiora, sanguinem moventia, organa muscularia, Cor, Arteria, vena; minora plurima.

CVII.

Per primum huic motui dicatum organum, Cor, sanguinem transire, quæque porrò ejus; ut & arteriæ venæque propriè, vel impropriè & ex quorundam vasculorum usu dictæ, fabricam spectant, descripta cum ab multis, de re publica anatomica, viris sint bene meritis luculenter atque ego quoque modulo pro meo, in opere meo anatomi tab: 22. & 23 exprimere hæc conatus fuerim, operæ pretium erit potius, quam singula hæc ad examen vocare iterum, explicare qua methodo ac vi, sanguis omnis ex cava utraque, sine pari, coronali aliisque venis ab cordis dextra auricula thalamoque receptus

receptus , ex eo , in vasa sanguifera , arteriam & venam pulmonalem promoteatur iterumque ab sinistra auricula thalamoque receptus sinistro , in arteriam magnam atque ita per totum hoc systema , ad corporis circumferentiam , quasi ab centro , derivetur propellaturque continuo

CVII.

Totumque momentosissimum hoc absolvit negotium , sola muscularium machinarum vi & virtute.

CIX.

Demus (licet ictus plures immissique sanguinis pondus minus sit) Cor aperiri claudique bis millies , singulis vicibus excipere sanguinis uncias duas uniusque horæ spatio , ter decies , hac ex computatione , omnem massam sanguineam cor transire. Quid aliud inde ? quam colligendum , cor esse validum atque huic motui aptum instrumentum , conflatum , nempè , ex multiplicibus , ne dicam , respectu uniusque lineæ muscularis , innumerabilibus muscularorum fascibus : ad musculi quippe machinam requiruntur tantum (exceptis totum & singulas animalis partes integrantibus) cum duabus tendineis , una linea , sive fibra motrix. Quid aliud , inquam , exinde sequitur ? quam Cor expellendi immensa regressumque molientis , eadem via , liquoris vim , vi superare sua musculari. Ne autem supponi nudèque dici hæc videantur ; probabo multiplice motus lege , asserta mea.

Primò ; corpora persistunt in quiete , donec ab aliis moventur motusque ; ut minor majori , sic resistentia & corporum gravitas , motui cedunt superanti corporum quietem.

Secundò ; corpora propulsa , cessante motu propulsante ; alio autem novoque in hoc temporis punctum , ad hoc corpus accedente , in motu persistunt.

Tertiò ;

Tertiō , mota in motu perseverant facillimē.

Probandum ergo ;

Sanguinem moveri ab corde ejusque motui musculari resistere non posse.

Sanguinem , cessante cordis motu , mox ab alio musculari organo & sic porrò propelli inque hoc motu facile perseverare.

CX.

Ad primum ;

Sanguis ad dextram cordis auriculam , alternatim , cum corde operantem (id est , excipiente auriculā , effundit quod recepit ex auricula sanguinis cor & sic partitis vicibus vibrationibusque hæc excipiunt expelluntque organa sanguinem , operantibus musculis , continuo) diductus , intromittatur , in hanc auriculam , ad uncias duas . (assevero autem hanc quantitatem non capi ab auriculæ cavitate) quid mirum ? Si hæc quantitas , cordis constricto ventriculo , operantibus musculis ejus , ad expressionem recepti sanguinis , hiante auricula (modò ejus capax satis sit cavitas) recipiatur & quid prodigiī porrò , si comprimentibus musculis auriculæ cavitatem sanguinemque in ea contentum , hiante cordis ventriculo , sanguis in eum deprimatur inque eum descendat ? duæ enim sanguinis unciae continebunt guttulas circiter 480. hæ motæ & novo motui subjectæ , compressæ ; nempè , ab musculis , motui validiori corporique moventi solidō resistere seseque in quiete hoc loco continere non poterunt ; adde , cordis ventriculo aperto quoque sanguinem vi sua & gravitate in eum descendere : auriculam irruenti sanguini resistere , receptum deprimere atque hoc modo , utroque fungi munere , quod rationi & organi hujus quoque structuræ convenit.

Ad

Ad secundum;

Ab auricula hac depulsæ quiescerent prædictæ in dextro cordis ventriculo, guttulæ, nisi cordis, hac ab parte, musculo operante organo, vi magna cåque auriculæ designatae, potentiore, hinc in arteriam pulmonalem expellerentur. Majore revera atque validiore ad hoc opus, opus erat musculo organo: sursum quippe moveri, propelli premitque omnis debebat latex sanguineus: musculi itaque, huic dicati motui; ut corpore atque multitudine, ita robore & dispositione illos, prædictæ auriculæ, ad minimum bis milles superant. Quinimò; ut arcus, distento nervo, dispositio mutatur; relaxato autem restituitur telumque, hoc modo, ictu atque vibratione ab eo, disjicitur potenti; ita sanguis distentis restituentibusque sese utriusque cordis thalamorum muscularis, alternatim (cui Cordis intermedium muscularum septum, non leviter cooperatur) in organa vasaque sanguifera vi expellitur potentissimâ: et si quoque vis illa potens ex ipsa sanguinis eruptione, ex corde, rectilinea arteriæque pulmonalis, ut & aortæ incurvatione postea (ne, nempè, motu ad superiora rapidiore ac violentiore rueret sanguis) satis superque constet: concedam, proportionem hujus motus vimque hanc (et si quoque sanguis in motu facile: in motu quippe est, perseverare possit) ad totum laticem hunc: unciæ enim duæ supponuntur, per pulmonis corpus; usque in sinistram auriculam propellendam, non sufficere: sed vas, arteria pulmonalis, sanguinem ab dextro cordis recipiens ventriculo, motu cessante expulsorio muscularum dextri Cordis thalami (qui dum recipit non effundit, id est, dum extenditur, non contrahitur) organis per omnes suos tractus instructum extat, muscularis, scilicet, propellantibus motumque inceptum adjuvantibus validissimis: atque ita novo (non obstante arteriæ conicâ figurâ) accidente in corpus movendum & punctum temporis requi-

situm, organo motore, sanguis in eo contentus, ducitur ad venam pulmonalem, hinc in auriculam indeque ad sistrum Cordis ventriculum indeque in Arteriam magnam: velim partium musculosarum respectu eadem, de hisce organis, intelligantur, quæ de prioribus sunt dicta; servata uniuscujusque & motus perficiendi majoris minorisve in promovendum sanguinem, proportione.

Ad tertium:

Hinc colligo, quæ in motu sunt: sanguis enim in motu statuitur, hoc modo, in motu perseverare facillimè; præfertim, si; ut est, verum sit; ubi vas, ibi musculus & viceversa atque ubi musculus, ibi motus (intellige partis animal integrantis) & viceversa.

Experimento si opus sit, en habeat: toto quippe abscisso corde, perseverat; ut & læso pulmone (de quo inferius) in vasis, sanguinis motus.

CXI.

Arteria in conum, sive ab ampio in angustum exorrecta tubulum (cum vena ab minori in majorem; ut plurimum, non autem semper, abeat; ut in cavæ trunco infra hepaticusque circa cor progressum & alibi liquet). quam unius pollicis longitudine ejusque diametri latitudine massam capit, eandem postea tubulo capiet angustiore, rependente longitudine, quod latitudini, sive capacitati deesse videbatur spatii: adde 1°; interpergendum ab latice universo sanguineo ubique locorum, particulas partibus apponi nutritias. 2°; In plurimos findi divaricarique arteriam majorem ramusculos, qui numero & facta computatione, ex cavitatum eorum dimensione, reliquæ transportandæ massæ, in venas, sufficient.

CXII. San-

CXII.

Sanguiferorum, imprimis verò arteriarum, tubuli nunc in rectum, nunc in obliquum, hic serpentino, illic spirali ritu, modo in angulos acutos, mox in obtusos ad, in & per partes exporriguntur; ut, videlicet, pro partium moveriarum situ, figura, dispositione atque usu flecti, moveri sanguinisque motus celebrari posset tutò: ex arteriarum hoc cursu, cum sanguis per ejusdem generis tubulum ascendere nunc, descendere tunc, videbatur, deceptos, circa sanguiferorum unionem, nonnullos, vereor. Arteriarum porrò exilissimæ propagationes in glomum, plexum, maculam, glandulam abeunt; non autem corundem corporum uniusque dispositionis substantiæ continuitate, cum venarum radicibus, uniuntur. Quæ in animali partes dispositione, eadem usu & vice versa, convenient: posthabit is anastomosem sanguiferorum doctrinâ inventoq[ue]; consti- tuo primò; arteriam tandem, pelliculæ instratam (omnis enim arteria venaque membranæ insternitur) in glomum desinere hancque machinam, respectu finis arteriæ initiique venæ & pelliculæ, cui affiguntur; glandulam voco; vel zò; totam arteriam ipsam ubique locorum esse glandulam, aut glandulæ instar perque totum ejus tractum, circa principium, ramos majores, vel eorum extrema, quæ ad nutritionem secreta, ab toto sanguineo latice, intra arteriam, sunt partes, non in ramos iterum arteriosos; sed alterius ordinis vascula devehi deponique, alioquin (circulante & manente omni ac toto hoc latice in arteriis semper) nulla in corpore pars veniret, exceptâ arteriâ, nutrienda; sed nissas faciamus absurditates; brevi, hac de materia differaturus speciatim, hac vice, hæc velim sufficient: Qui glandulam non admittunt, arteriam desinere in plexum contendunt acriter; si autem in plexum semper desinat, erit hic retiformis, sive unius, sive plurimorum vasculo-

rum, cum aliis, interjunctis nodulis (concedo laxioribus) tegmen; aut stratum super stratum, vel tandem intricati admodum contextus & connexionis, ut de ejus figura certum affirmari nil poterit; sed quid de sanguiferorum vasorum extremitatibus eorumque plexuumque ordine, multum, ab eo, in nervoso genere observando, differente, quid, inquam, de eorum fabrica affirmare licebit turò? cum tandem visum, omni modo armatum, fugiant barbæque crines immensùm majores, demonstrabili capillari sanguifero tubulo, nondum in glomerem, glandulam, plexum, aut maculam abeunte uniusque contortæ arteriæ longitudo, eam hominis vigesies & plus superans comperiatur.

CXIII.


Quidquid sit, textura hæc constabit, 1^o. ex arteriis, vel arteria una tantum; aut 2^o. ex arteria & vena una; vel pluribus tantum; aut 3^o. ex hisce aliisque vasis partibusque simul.

Si primum; erit movebiturque sanguis tantum in arteriis debebitque, ut transeat in venam, de hoc plexu effundi in spatum, arteriam inter & venam: aut ex eadem arteria, venæ ortum ducant suum, vel absurditates supra memorata sequantur, necessum est.

Si secundum; sequitur; quod supra negatum; sanguinem transire in venas, per anastomosin.

Si tertium; ut sanè constat, plexum hunc formari; liquet esse de nomine litem eritque quorundam plexus, aliorum macula, organum, secundum me, glandula nuncupandum. Revocet jam (*B. Lect.*) in memoriam, nullam dari arteriam, venam, vel lymphæductum, membranæ non affixum. Quæ dicta hucusque de cursu arteriarum porròque dicenda sunt, ex adjuncta demonstratione & schemate percipi poterunt dilucidè,

Fig.







Fig. I. Exhibent

1. ARTERIÆ MAGNÆ, UT ET
2. VENÆ CORPORIS CAVITATISQUE DIAMETRI PROPORTIONEM; VASA HÆC (VIDE POSITIONEM ANTECEDENTEM) IN
3. & 4. RECTUM;
5. & 6. OBLIQUUM;
7. SPIRAM; ANGULOS;
8. OBTUSOS; VEL
9. ACUTOS ABEUNTIA.

Sit ergo,

- A. ARTERIÆ RAMUS INSIGNIOR, EX HOC RAMO,
- B. VAS IN LINEAM RECTAM HORIZONTALEM,
- C. PERPENDICULAREM, EXPORRECTUM;
- D. OBLIQUE ASCENDENS;
- E. DESCENDENS;
- F. INNSPIRAM TORTUM;
- G. ANGULIS OBTUSIS;
- H. ACUTIS DONATUM. POSITÆ REQUISITÆ PROPORTIONE EXTENSORUMQUE AB TRUNCO VASORUM DISTANTIA; DATO INSUPER, NEGARI QUOD POTERIT AB MEMINE, RAMOS IN RAMULOS, HOSCE ITERUM ABIRE IN MINUTISSIMOS, EXSURGUNT TANDEM EX HISCE VARIÆ COLOCATIONIS VASIS, PER TOTUM ANIMAL, CUM ALTERIUS ORDINIS TUBULIS COMMERCUM HABENTES, SEQUENTES GLANDULARUM, MEMBRANIS SEMPER,
- I. INSTRATE, FABRICÆ;
- K. VASORUM GLOMERATIO;
- L. PLEXUS; IMPERSCRUTABILIS DIVARICATIO, QUÆ IN N. MACULÆ DELITESCENT FORMAM, VISUM FUGIT OMNEM.

Huic venarum apponuntur radices, arteriarum extrematibus numero minores; singularum verò vasorum capacitym respectu, majores; utpote in quibus minor, quam arteriis futurus erat, ab initio, sanguinis motus.

Sanguis in maculam hanc deductus , excipitur ab venarum radicibus ; ne autem in patulum , nullo modo septum determinatumque arteriam inter & venam spatium eructari videatur , notandum ; medium spatium hoc , membranis (nullum enim vas sanguiferum ; ut de aliis non moneam per corpus vagatur liberè) cingi vasis pariter hisce ac huic medio , tendinum more inservientibus emissumque de arte riis sanguinem , in venarum orificia prementibus : hoc quoque fonte (glandulâ) derivatus iatex lymphaticus , pars nempe , residui ex arteriis chyli , nutritioni minus apti mox verò muneri adaptandi suo , in ejus tituli pellitur organa fluitque proximâ , in usum totius , ex omni parte viâ , ad cor ; si autem vena , cum arteria & hæc cum illa unum idemque (vide posit: CXII.) constitueret vas ; vena , quo loco arteriæ est proxima & ita circa ejus radices sive initia crassior , quâm versus truncum reperiretur nullum que viderentur momenti valvulae in illis ut & lymphatici ductibus , cuius contrarium nimis constat , quâm ut ab modoceatur explanarius ; monendum ultimò ; venas proximorum connexione atque sui per eadem reptatu , plus , minus recto curvoque ductu non raro dilatari , aut contrahi irregulariter .

Cuncta quæ nuperrimè , insigni coram auditorum concione , unâ , unicâ , novi inventi liquorisque infusione , omnia sanguinem vehentia propellentiaque organa exactissim implente , demonstravi ;

Cum autem passim , præsertim verò neotericis multis e scriptoribus Physico-medicis sermo , de succorum liquidorumque incrassatione , stagnatione , fixatione , induratione atque proinde de vasorum obstructione omniumque mororum causa , inde deduci videatur meritò : sepositis qui

pe partium solidarum solutionibus lœsionibusque, affirmandum censem, solidas ex liquidis, fluidisve ortum traxisse suum atque ab eo (non autem vice versa) vitiari corpusque sanum dici, in quo liquores methodicè periodicè motum absolvunt suum; non, inquam, inconsultum videbitur, post multorum philosophemata, meam quoque, hoc de negotio, aperire mentem. Triplex obstructionis statui videtur methodus rectè. 1^o; ubi vasorum latera collabuntur seseque mutuo tangunt. 2^o; ubi fluidum in vasis contentum inspiissatur, incrassatur. 3^o; ubi interiori vasorum tendinoſo parieti adhærescens, tandem eorum cavitatem obturat fluidique motus, per ea vasa, sistitur; si verò ex: gr: fluidi sistatur fluxus, vase lœſo, aut motu deſtituto ſuo, propriè non eſt obſtructio, quæ generale ſpectat morborum hoc ge- nus, de quo jam agitur: poſſe prædictam obſtructionem in vasis accidere majoribus ſanguiferis in genere ſucciferis- que in ſpecie, imposſibile autumo; primò; autem in iis, in quibus fluidum liquorque ab minori tubo in majorem & ſic ib tergo, propellitur; non ergo in venis, lymphæ luſtibus vaſculisque aliis, pone, ſalivalibus, pa- creaticis &c. ſecundò; ſi quæ in hoc vasorum genere statui poterit obſtructio, in eorum erit ſtatuenta tubulis minoribus. tertio; in arteriarum fieri truncō, haud credibile vide- ur, motu, nempe, obſtantे validiſſimo, ſanguinem agi- ante, propellente, incaleſcente continuo: omnis ergo obſtructio in ſanguiferorum arteriosorum & lymphaticorum extremitatibus glanduloſoque, arterias inter & venarum ra- lices, organo, indaganda reſtitabit: quæ enim in inflamma- one rubedo quæque primò turgida minora vasa, conſpi- iuntur, arteriæ ſunt; ſtagnante, videlicet, inter ea, ve- na, unque radices, lymphæductibus non probè exhaustâ lym- hâ, vel tenaciter, glutinis in modum, adhærente ſanguineis globulis eorumque progreſſum in venarum radices,

impediente: quod licet in vasorum majorum cavitatibus sub polypi titulo quandoque, quodammodo observetur, non tamen sanguinis; sed chyli, vitium, non totius; sed partis tantum vasculi est obstructio, vas ipsum obturans nunquam.


Pari ratione. (ut cætera de liquorum, in vasa sanguisera, lymphatica aliaque infusorum phænomenis operationibus que non commemorem experimenta). cor ab injecto, cum sanguine, oleo vitrioli, vel tartari constrictum, vel dilatum, eum in modum, ut restitui ejus musculi nequeant, omnem si amittat motus vim omnisque simul si sistatur sanguinis, per illud, progressus, obstructum dicitur, cum potius musculosa ejus lœdatur, destruatur rumpaturque machina: adde talia vel nunquam in animali accidere: immo corde, suo, hac arte, privato motu, pergit qui in vasis est sanguis, alio ab tergo non adveniente, nihilominus, pro tempore vivuntque quædam animantia per integras hotas. vide quæ de hoc themate porrò sunt dicta, in fine positionis CX. qui verò sanguis extra vasorumque membranam, cui (nempè) involvuntur, erumpit, is nunquam in massam reducetur probè: si copiosus effluxerit; nullo ut maturandus, vel in pus convertendus medicamine, nullà ut frictione, motu, vel vi caloris dissipandus, de loco emittendus liquidus; qui verò minori effluxerit copia, exsiccatus, cutim inter & epidermidem, vel inter hasce & partes subjacentes hærens, grumorum adinstar, deponendus venier.

CXV.

Inter minora sanguinem promoventia organa eminent Pulmo (cujus delineat: atque descript: exhibet: Tab: Anat: mea 24. & 25.) vel potius trachæa arteria, conico tubo, it plurimas sui generis propagines, extensa, ab altera parte clauso constans organo, parte instruitur suprema, musculari - cartilagineo, larynge, moderante aëris, ore nati busve

busve recepti interiusque ruentis, in pulmonale corpus, vim
& influxum exitumque, ad requisitam proportionem; ut
larynx, tubus ipse pulmonalis ejusque ramuli, bronchia,
variæ figuræ & dispositionis ornantur cartilaginibus, aëris
quoque impetum; ut supra, moderantibus; ita hæc omnia
eorumque extremitates vesiculares insigni ditantur validissi-
moque moventur muscularum agmine (vide Tab: præd:
meæ Fig. 1. 3. 4.) Hinc assero, pulmonis hanc machinam
coadjuvare sanguinis motum progressivum, quod assertum
probo sequenti demonstratione; proponitur Fig: secund:

Fig. II.



Portio tubi Bronchialis A. ex variæ figuræ cartilaginibus exstructi inque conum , altera parte clausum B. abeuntis , latera efformantis irregularia C. C. collocatur hic inter & ad arteriam pulmonalem D. ejusque nominis venam E. tria hæc vasa , in sui generis minora atque minutissima exporrecta , cinguntur tandem (elongato semper ultra sanguifera , vase bronchiali) totum obvelante organum membranâ F. F. F. F. aëre irruente per asperam arteriam in bronchiale tubum A. ab parte G. versus H. partem ejus clausam , expanduntur ejus latera C. C. prementia , loco quo ea tangunt , latera vasorum , D. & E. quorum opposita latera I. I. I. cum ultra terminos eingentis organum membranæ F. F. F. F. F. cedere non possint , sequitur fluidum , sive sanguinem in D. & E. arteria & vena pulmonali , contentum , hoc modo , ad punctum quo vergit , videlicet , in D. ab K. ad L. in E. ab M. ad N. promoveri atque accelerari inque hoc motu : in motu quippe est , facilè perseverare ; comprimente quoque ab parte extima vasorum prædictorum latera , membranâ F. adjvantibusque hunc liquoris motum aërearum particularum , in hæc vasa ingredientium , impetu & accessione ; residuus autem aër , quo intravit vasa bronchialia , tramite , eodem , musculis pectus constringentibus atque huic motui dicatis operantibus , expellitur

Fitque hoc artificium in-& expirationis , ne sanguifera vasa nunc planè clauderentur , tunc nimium aperirentur , cui quām maximè facit tubi pulmonalis structura cartilaginea : licet enim bronchiorum cartilaginiæ loricatim cohærentes cedere & resistere valeant ; ex iis autem factus tubus ultra mensuram constringi , vel dilatari (in statu naturali) non poterit : restitabit enim ex cartilaginem varia figura , quarum latera nunquam fœse ubique , mutuo tangere in puncto possunt , quædam cavitas ;

Verum

CXVI.

Verum, et si pulmonis machina musculosa sanguini promovendo inque eundem aëreas intrudendo partes atque hoc modo, nobiliori inserviat muneri: præcipuum tamen & ad vocem edendam obtinere usum, discussum cum sit ab multis probè; hisce tantum, eâ quâ possum brevitate, adjicio; ex primario pulmoris hoc munere, Hominem non omnimodo ineprè renuntiari: Animal verâ utens loquela; quia autem homo continuò vocem non edit, aut loquitur, queritur non immerito, cur pneumaticum hoc instrumentum continuò operetur circa vocis atque loquelæ materiam, aëra? regero; primò; aëre modicè & impetu non violento intrante, atque exeunte in & ex hoc organo, sonum, vel vocem edi nullam. 28; compressò agitatoqtie ex bronchiis perque fistulam pulmonariam ad ejus superiora, laryngis, labiorum, buccarum, linguæ nasique muscularis in sonum, unisonum, aut articulatum, plus, minusve acutum, vel gravem, atque hoc modo, sonum in vocem vocemque in loquelandam formari; opus autem erat, ut (in modum organi musici quod pulsandum venit, operante folle) semper aërea, tubo hoc, adducta, vocis atque loquelæ præsto esset materia atque ita pro lubitu vocem edere atque loqui homo valeret. In-& exspirando (inquam) sive dum anima hauritur leniter que propulsa, effluit propriè non vox, multo minus loqua; sed, ut ab alto ruentium fluminum ad saxa impetu atque collisione fragor, sonus, murmur, sibilus, per os naresque, percipitur.

CXVII.

Membranæ (tendines quippe sunt, exemplo erit magno, capsula Glissoniana) vasa comprimentes sanguifera, nullum quorum liberè & sine, cum hisce connexione, ad par-

tes defertur , minora inter designata organa exstant recipien-
dæ : ut enim nullum corpus de loco recedit , nisi movente
alio , ita saliva , bilis , succus pancreaticus , urina &c. mem-
branarum , tendinum motu ad & in partes cloacæsque cavi-
tatesque , quo , vergunt , deferuntur , deducuntur , expri-
muntur ; quæ autem vasa , utraque extremitate aperta , suc-
cum suum in amplum eructant spatium , eorum orificia sphin-
chterico , mox ante exitum , clauduntur musculo , ne conti-
nuò ; sed re exigente , officio fungi valerent suo methodice .

CXVIII.

Quemadmodum autem in spissioribus , cornea &c. te-
nuissimis , aranea &c. membranis nullatenus , ubique loco-
rum sanguifera vasa , quæ tamen duce ratione stabilitâque
œconomia animalis , supponi debent ; quinimò in statu mor-
bosco apparent omniaque , omni adhibito , non possunt de-
monstrari artificio ; ita in & ad membranarum , tendinum
expansorum fines , sèpius fibræ non possunt detegi motrices ;
ex eorum tamen dispositione atque effectu partibus inesse
hasce , statui debet ; ut enim viventis animalis , si arteria
magnæ , ramulis superioribus ejusque circa diaphragma
trunko , vinculum injiciatur , facile solubile , in pleura (ten-
do pectus cingens interius ; ut abdomen peritonæum) insig-
nis vasorum horum distributio , quæ , soluto vinculo , mox
levi relicta rubidine , visum fugit , conspicua est ; ita in vi-
ventibus fibræ visuntur motrices multæ , quæ in demortuis
non , aut albescentes & striarum adinstar , tantum apparent ;
exempla sunt in musculis vasorum , menti , cremastere &c.
quinimò ; Uveæ limbum , circulum iridem , ciliare ligam-
mentum ex musculis conflari variegatis , nemo dubitat ; ne-
mo autem fibras eorum ostendit rubentes motrices adhuc-
dum ; non autem omnis rubro tingatur colore musculus , ad
musculi

musculi essentiam : subalbidi nigrantesque enim inveniuntur, opus est necessariò.


C X I X.

Pericardium, ab ipsis sanguinem ad cor referentibus atque, ex eo depulsum, provectentibus, sine laceratione non separabile, vasorum exterioris valvulasque omnes sigmoides, sive semilunares, sive tricuspides, interioris specialis (eum interiore communi) tendinis persungi officio, certum reor omnesque tendines usu convenire, figurâ tantum differere; ut in planis, rotundis, perforatis, trochlearibus, bifidis, unitis &c. manifestum est.

C X X.

Ultimò; quemadmodum plurima, non uno tantum corde atque non uno tantum pulmone instruēta dantur animalia, operantibus cordis uniuscujusque & pulmonum singulorum muscularis, temporis successu & ratione primi, in primo corde & primi in primo pulmone motus; argumentor, in corpore humano organisque designatis, cordis machina musculari ejusque motu, succedentibus continuò aliis, ejusdem fabricæ dispositionisque machinis, muscularibus, nempe, ad-in-per & ex corde sanguiferisque ipsis omnibus, sanguinei laticis motum promoveri, celebrari, absolvī.

F I N I S.



GODEFRIDI BIDLOO,
OBSERVATIO,
DE
ANIMALCULIS,


In

ovino aliorumque animantium hepate
detectis,

Ad


VIRUM CELEBREM
ANTONIUM VAN LEEUWENHOEK.

2010.03.26. 15.17.2



G. BIDLOO,
VIRO CELEBRI
ANTONIO
VAN
LEEUWENHOEK,

Scientiarum augmentum, decus & voluptatem
adprecatur.



fficiosis tuis literis, amicâ recep-
tione amoënisque multorum scitu
digniorum demonstrationibus, de-
vinctum me agnosco nimium, quâm
ut cuidam, præter te, observata
mea, de quibus sermones seruimus
nuper, offerrem humaniter eoquen-
tinus, quia ex tuis quoque annotationibus perlu-
trationibusque de eorum veritate totus sum factus
certus & confirmatus.

A

De-


2 Observatio de Animalculis,

Detectis ab me, casu nunc, ex consilio tunc, s̄epe s̄epius in humano pariter pariterque brutorum, hepare morbis, tumoribus, calculis materiae que variâ & quidem in ovibus, quodam animalculorum genere, quorum nomen (VERMES) descriptio atque delineatio mihi neutiquam, aut parum admodum, cum eorum structura convenire videbatur; ad ulteriorem disquisitionem hujus animalis me applicui sedulò & stricte: sed assuetus, & à teneris, perniciosissimum alienæ laudi inhian tem majorumque labores absorbentem vitare vituperationis gurgitem abyssumque pestiferam; pervolare (priusquam vel calatum moverem) non destiti, virorum doctrinâ & diligentia celebrium monumenta plurima, ut quid, ab ipsis, hac in re, præstitum esset, haberem perspectum probè: hosce inter, nè incassum sudare & multo molimine colligere viderer nugamenta ineptè, posteriorum nostrique seculi lecturæ meæ subjeci, venerabundus, Physicos Anatomi cosque præsertim vidique mox, omnem qui respectu temporis sui, superat panegyrim, FABRITIUM HILDANUM, cent. p. observat. chirurg pag. mihi 74. querere; quid rarius? quid admirabilius? quam gigni vermes in vesica fellis? quod tamen ex relatione atque auctoritate viri probi & fide dignissimi, GALENI WEIERI ejusque epistola, datâ DUSSELDORPII, 16. Junii A. 1601 asserit.

Detexit Gallicana ad propagandas scientias Academia (inspiciatur diarium, cui titulus *Journal de Scavans* A. 1668) dum ulterius in ove ductum perscrutatur, quo bilis in cysticum deducitur tubu

bulum, hosce (sic dictos) vermes, in ductibus Cholodochis: inter ipsos erant (territi quoque, ut credo, metus quippe tum temporis, Lutetiae Parisiorum, pestis erat mortalibus ingens) qui lecto forsitan ATHANASII KIRCHERI tractatu, de peste, edito A. 1658. disquisitione dignum judicarent; an non haec animalcula præfigia atque futuræ mœrendæque cladis prænuntii extarent? cum CORNELIUS GEMMA, simili de casu, circa annum 1562. inter Batavos, meminisset, sustinens multifariam morborum colluviem bestiarumque ex ea stragem, præfigio humanæ inservire cladis semper. Animalculorum horum figuram comparant Academicci, cum illa herbæ syderitis glabræ arvensis, describentes porro illa, hoc modo, pag. 100.


Sunt figuræ plana, oviformia, & quadantenus in apicem, versùs extremitatem unam, exorrecta: ab altera autem extremitate caput obtinent non-nihil prominens foliique caulinum exprimens. Colore tinguntur ab parte ventris albicante; dorsum scatet maculis filamentisque obscuro-fuscis, hinc soleam piscem repræsentant. Caput rostro (proboscide) instructum, perforatum habent foramine parvo, præter & aliud majus circa medium, versus inferiora. Huic hanc adjiciunt delinquentem atque explicationem.



1. denotat animalculum dorso, 2. Ventrī incumbens.
3. istius herbæ folium, ut illud exhibit BAUHINUS. Cæterū nihil præterea, quod propriè ad hoc lemma pertinet, nisi generaliorem probationem de prædictionum præfigiorumque incertitudine, habent.

Quid ab famigeratissimo BARTHOLINO, FABRITIO, HAUPTMANNO, TARDINO aliis que sit præstitum, congestum extat, Miscellaneis Curiosis ad annum 1670. pag. 128. ad Ann. 1675. 1676. observat. FROMANNI pag. 249. & &c.

Eodem fermè tempore, videlicet, Ann. 1671. hisse quoque de animalculis egit, perpetuis celebrandus laudibus, FRANCISCUS REDI, *Tractatu de insectis*, pag. 302, horumque, hac figura, depingens faciem:



Figuram (inquit) vervecini, vel arietini hepatis vermes habent seminis cucurbitæ, vel ut melius dicam, exigui & tenuis myrthifolii, cauliculo dotati. Colorem obtainent ex lacteo candidum & multi in illis translucent vasorum ramuli, vel canaliculi ex flavo virides, si mavis. Foramen habent rotundum, sive os in planicie ventris, haud procul ab ea parte, quæ respondet folii cauliculo positum. Sæpius hi vermes vervecini in cista fellis inveniuntur, nec in felle nodò, sed omnibus hepatis vasis natant, solis arteriis exceptis.

Quid de hisce omnibus affirmandum, ex sequentibus tibi dijudicandum relinquo libenter.

Verbo, vidi etiam FRÉD. RUYSCHIUM, obseruat. 48. de hisce animalculis verba fecisse. Quam longè autem icon hæc ejus, ab vermis ovini hepatis militudine, figurâ (hac enim locoque exceptis, qui us eum ovino in hepate vidit, per pauca habet) ipsa ue ab veritate deflectat, unicuique mox, perspecta

6 *Observatio de Animalculis,*
delineatione cāque cum mea & vera comparata , pa-
tebit abundē.

E






Crediderim vix , posse dari quemquam , qui ejus pi-
cturā animal designari credat , cum nihil obtineat ,
quod animal vivum ejusve figuram vel redoleat : è
contrariò pro glandulosa , aut alia quadam massula non
habeat . Addit autem sub designatione literæ F. Ver-
mes è ductu cystico & poro bilario ovis desumpti .

Ut observationis meæ narratio ejusque ordo per-
cipiatur rectè , dicam primò de animalculi hujus cor-
pore atque dispositione . Secundò ; de locis in qui-
bus detegitur . Tertiò ; de ejus numero , ortu , pro-
pagatione conaborque quartò ; demonstrare , hæc &
alia animalia , in hepate aliisque corporis partibu-
degentia , causas multorum morborum eorumquæ
symptomatum extare .

P:ò ; quod ad horum animalculorum figuram , ci-
cumscriptionem similitudinemque , quæ nunc (exce-
ptis supra memoratis) ab ea nummulariæ herba-
tun





tunc ab hirudinis imagine desumitur; illa convenit quām maximē, cum ea piscis nostratum soleæ atque ex parte passeris; ut liquet ex delineatione prima, literā A. designante animalculum hoc, magnitudine, quā, ut plurimum, invenitur, ab parte gibba, sive dorso B. inverso ordine, atque ita ab facie ventris conspiciendum. Sub lit. C. depingitur ejus prima, D. altera facie expressa proles: literæ autem E. & F. designant utrumque hujus animalis adspectum, adaucta proportione, ope tubi optici.

Phænomena vel vix hic morbus habet, quibus extrinsecus dignosci queat, cùm itidem, quod ex eo laborat animal, quandoque pingue & vegetè vivens est, ejus hepatis status, non nisi post mortem, investigatur atque hinc raro viventia inveniuntur eoque minus, quia vel nullum frigus, aut liquorem adventitium, sine vitæ discrimine, ferre valent. Vidi amen viventia hæc animalcula, postquam lanienæ ovium sæpesæpius, ex professo institutæ, interfuissem & quidem ultimò, insigni multitudine hoc anno 13. Martii, quemadmodum eodem quoque tempore, n. felino hepatem, aliud breviusculorum densorumque vermium genus. Ubi frigescere incipiunt atque ita motu destituuntur visibili, recuperant eundem, manu calecente occlusa leniter, aut hepatem tepidæ immisso. Motus eorum, cum motu mox designatorum piscium, in totum convenit; id est, undarum, suprema arte non ruptarum ad instar, moveri videntur. Progressivibus corporis marginibus circumvolutisque, hoc modo, caput primò ad truncum adducitur, corpus secundum ejus latitudinem expanditur atque postea secundum longitudinem extenditur.

Colorem obtinent fusco-flavum, ventrem planum, in dorso pallidiorem; tota porrò cutis ipsis aspera, punctulis stipata, pellucida & transparens est admodum, ut per eam, parte ab utraque viscera vasa que dignosci possint ritè. Capite instruuntur (vide lit. G. adauctam ejus proportionem exhibentem) & acuto plano, ore eminenti, ut ferme carpio. Oculi (vide ut supra H. & I.) prominentes quam maximè, limbo obducuntur cartilagineo, K. suntque, quod multis hujus figuræ piscibus est familiare, non ab utroque, sed uno capitis latere, collocati ambo.

Capiti tam propè cor & huic conjuncta adjacent intestina, ut dubitem, num vel quidquam intercedat, quod autem omni ferè viventium generi proprium est, quo ab truncō distinctum videatur caput Duo de corde dimittuntur, totum corpus perreptantia vasa, relieto in dorsi medio, secundum ejus longitudinem interstitio lato, ut videre est, sub explicazione lit: L. inter hæc vascula, exiles collocantur tubuli, sive filamenta, in quibus nullus conspicitur liquor. In vasculis hisce duo inveniuntur liquorum genera, in quibusdam, videlicet, ex fusco flavus quandoque etiam purpureus; in aliis ex pallido viridis, uterque autem viscidus; defluens nihilominus (imò animalculo jam mortuo) corporis poste rioribus elevatis, versus cor & ab ipso, elevato capite, versus corporis posteriora. Mirabantur quidam hujus demonstrationis adspectores refluxum hunc tardius, animalculis viventibus, quam ipsis demon tuis peragi; cum tenuior in vivis, quam mortuis hic comperiatur liquor; sed habitâ vasorum deducen tiun

tium hoc liquidum eorumque motus , propellentis
porrò cordis virium ratione , clarè ipsis & distinctè
hujus phænomeni ratio & effectus innotuit.

Intestina aperiuntur in dextro corporis latere , mox
infra caput , qui locus , quæ apertura , pessima consue-
tudine , in piscium genere , umbilicus nuncupat-
tur ; intestina arctissimè & in unum quasi glome-
rem , compressa tenentur . Globulus quidam subater ,
circa intestinorum initium , hepatis fungi officio mi-
hi videtur : inter hunc atque ipsa intestina detego ,
in omnibus quæ perlustravi animalculis , insignem
numerum partium oviformium , de quibus tua me
monet epistola experiorque tecum , centena eorum
corpuscula etsi conjuncta , vix tamen unius arenulæ cir-
cumferentiam impletia , colorem ex pallido rubrum
præbere : hæc corpuscula mihi ovula sunt , aut , si ma-
vis , *de kuyt van dit wijfje* ; omnem licet adhibuerim
diligentiam , nunquam tamen certò mihi & perfectè
de eorum sexu satisfacere datum mihi fuit . Sæpius
anceps , collegi tandem veritati convenire proximè ,
hæc animalcula istius esse generis viventium , in quo
uterque conservatur sexus ; aut me haec tenus nondum in
masculinam incidisse prolem ; verùm quām longè foemi-
neum genus in aquatilibus numero superat masculi-
num , ex pluribus , exemplo sit , asellus minor :
num animalia hæc , *vermes aquatiles* , an verò *pisces*
renuntianda sint , ad rhombum facit nihil ; quando-
quidem idem hoc (utrumque , nempè , sexum) in ter-
restrium , ut limacum aliorumque animalium distin-
cto cœtu , compertum habemus dudum ; exilitas quo-
que corporis , huic systemati nihil addit veritatis
atque verisimilitudinis , nihil admitit : multa enim dan-
tur aquatilium , terrestrium , volatilium genera , te-

neritudine & incremento hisce animalculis paria : quin imò millena aliquot millia, ipsis millies minora variæque figuræ, quotidie, in ipsa aqua pluviali nantantia, inveniuntur : rogo autem prædicto examini te quoque tradas serio.

Exerior (ut tu mecum communicare voluisti) quoque ingentem acervum particularum suprämémoratarum oviformium, ubique locorum, quo animalculorum horum foetus inveniuntur, in liquore, bile, nempè obscura, cui innatant, apparere; hasce autem ad unam omnes (licet minutissimæ sint) unius ejusdemque esse figuræ ac pelluciditatis.

Cauda, potius pars infima, et si cum toto conve-
niat corpore, omnibus tamen ejus partibus exte-
rioribus tenerior est, rudiori quippe contactu fran-
gitur actutum.

Loca quibus, in hunc usque diem, animalcula hæc invenire tantum potui, vasa, ductus receptaculaque bili inservientia, sunt; major autem eorum numerus in ductibus cholodochis nidificat, qui hoc in statu ubivis, extra normam verò & majoribus protuberantiis, spiris, anfractibus, cellulis, quarum cavitatum diameter pollicis & dimidii latitudinem sèpius adæquat, eminent, tractu, quo hæc animalcula coacervatim congesta reperiuntur suntque hæc loculamenta cartilaginis instar dura: in ductibus cholodochis minoribus, jacent secundum vasorum longitudinem, tripli quadruplicique volvulo complicata: hac facie multos, autemo, fuisse deceptos atque proinde animalcula hæc descriptissime, ut in longum exorrectos rotundosque vermes; verùm et si arctissimè complicentur, expanduntur attamen, etiam post mortem, tepidae immissa, secundum eorum dispositionem veram fa-

cile,

cile, ast mutantur itidem colore, id est, albescunt statim.

Animalcula hæc rarissimè in hepate inveniuntur, nisi hoc viscus tumoribus ulceribusque infestetur. sive autem multa, sive pauca, magna, sive parva numero & corpore existerent, nunquam tamen mihi contigit vasa vel ulla sanguifera, ab consueto statu, sanguinemve in iis mutatum, minus multò animalcula hæc in eorum tubulis reperire; nervis asservantibus fabricam suam perfectè emissisque regulariter & ut solent benè constitutis, observo; lymphæductus per totum corpus, ab eorum dispositione naturali, differre multùm; quidam quippe debitæ expansionis excedentes limites, sibi conjunctos compriment admodum, ut de iis vix leviora quædam vestigia conspicere detur, quod si acciderit; abdominis cavum lymphæ tument scaturigine; glandosæ hepatis molis interstitia distenta maximè, unaquæque glandula liquore turgida & saturata distinctè & ad oculum ab sibi vicina semota; ipsa quin etiam exterior hepatis membrana durior spissiorque reperitur. Animalcula hæc ipsa in hepatis substantia ejusqüe vasis sanguiferis non hospitari, neminem inficias iturum confido, qui perpendere non deditur, ex adverso, ea extrinsecus atque ita per omnia corporis viscerisque hujus involucra (quod nemo mortalium defendendum suscipiet tutò) aut per vasa sanguifera, bilaria, lymphatica in hoc debere intrudi viscus.

Primò; arteriæ mole & dispositione spissiores firmioresque, itidem angustiores, eum sunt in modum circa earum extremitates, in hepate exporredæ & in minutissimas sui generis propagationes extensæ, ut

Observatio de Animalculis,

nè ullum quidem horum animalculturum visibilium continere sint aptæ natæ (taceo impræsentiarum contradictoria, ex sanguinis aliorumque liquidorum motu causarumque effectis deducenda, argumenta) hinc ergo colligo, cum Nobiliss. F R A N C. R E D I, esse rationi inconsentaneum planè, animalcula hæc commorari in arteriis atque ibi incrementum capere posse. Sustineo autem (salvâ Viri excellentissimi auctoritate; partium enim, nec personarum studio me abripi patior) contra ipsum, illa, nec in cæteris habitare vasculis sanguiferis. Si enim & hoc est, quod Auctor urget, in vesica fellis gignentur, mordendo hinc & prorependo perforent communem ductum iterumque inde per & in vasa sanguifera ruant, opoteret, inveniretur effusus, aut defluens sanguis ullibi, quem autem offendere mihi contigit nunquam. Ea, hic loci, numero adacta, denuò perforare vasa sanguifera, hoc pacto, in glandosam hepatis molem reptitare, eam cellulis excavare, experimento atque verisimilitudini refragatur efficienter; minutissimi etenim ductus cholodochi, hisce occupati animalculis, imo in ipso hepatis extimo margine, admodum extenduntur, ampliantur atque accrescunt, ut ipsa ejus glandosa substantia cum exteriore membrana unita videatur coalescatque firmiter; in cellulis tamen nihil, quod sanguinem referat, relictum observatur.

Ingenti, ut plurimum, quamquam incerto, prorumpunt numero & hoc pro majore, vel minore, ad propagandum, temporis intercessione; ex uno, nempe, 870. integra, præter multa, ipsa in disquisitione lacerata, dissecta; ex alio autem hepatæ, vix 10. aut undecim animalcula depromere potui. Reperiun-

riuntur in multifario bestiarum ordine. Relatum mihi ab venatoribus Velavienibus est, se animalcula hæc in cervis, apriis aliisque majoribus minoribusque invenisse animantibus. In vitulino ea sæpius & in tauri juvenci hepate paucis abhinc diebus, verùm ex viridi atro colore tincta, observavi; reperiri ea in ovis utroque sexu & per omnem vitæ tractum, quinimo in senescentibus, hoc multis jam, tibi verò jam dudum, innotuit. Detexi aliquando in & circa humana jecinora, diversæ ab hisce animalculis fabricæ & ut tum temporis mihi videbatur, alterius figuræ animalia, sive vermes; quamquam mihi persuadere jam ausim (penitiore vide-licet, instructus animalculi prædicti cognitione atque expertus insuper, quo sese modo complicare possunt) me ea quoque in hepate vidisse humano: priusquam autem vel minimum quid, ut certum affirmem, conabor (abs te idem expetens) nullâ neglectâ opportunitate, ipsam hujus rei eruere & patefacere veritatem.

Quod ad horum animalculorum ortum ortusque a usam primariam, materiam atque propagatiōnem, quæ omnia scripturientes quidam ex putre-line, corruptione, salis defectu, liquidi calorisque ntemperie aliisque, sensu parentibus, cogitatis, veris facultatibusque derivare moliuntur: ut; *hæc & milia animalcula semel ex putrida materia producta, se multiplicativa sui, mediante, sive operante facultate foventrice.* Hisce cum aliis infirmioris cerebri idibriis cogitationumque sepositis chimæris, conituo, hæc animalcula, quemadmodum omne viens animatum & vegetans, ex sibi similibus at-

que ita ex ovulis, semine, breviter, ex materia sibi in primo fieri conformi ejusdemque, cum se, dispositionis, produci: existimans, hoc quo vivimus seculo, nimirum profecisse homines in artibus rebusque visibilibus tractabilibusque (reticeo cetera) nimirum virtutem coluisse ratiocinandi ejusque perspexisse fundamenta; nimirum veram disquisitionis in corpora didicisse methodum, quam ut sibi aliisque imponi sinant diutius auresque patulas insipientium vetularum narratiunculis puerorumque insulso praebent garritui. Vana quae mentis non confirmata ludibria, ad execrandam gentilium veritatis & limato scientiarum lumine privatorum normam, valientes vix apud infantulos, quibus Lalli & Morphæi facinora, ut, nempè, dormiant, recitantur nullo autem modo inter homines, mediocri dunat ratiocinandi virtute non destitutos, ferri possunt Verum enim vero, cum praedita & similia, apud ciceri & nucum emptores in pretio sint, stomachari non desino: hosce enim si audias docentes, truncus & stipes, cun ratione, distincta perceptio est atque ideo ego (qui Petronius de eloquentiae studio) existimo Juvenes quorundam supposititiis & ad medicam ituris viar non facientibus dogmatibus, stultissimos fieri: qui nihil ex iis, quae in usu habemus, aut audiunt, avident eosque qui inter haec nutrituntur, non mag sapere posse, quam bene olere qui in culina habent. Diutius me & acrius eorum opponerem inepti: nisi ipsa haec materies, pro parte, ab Chir. C. STEENVELD discussa esset nuper; DISSERTATIONE DE ULCERE VERMINOSO; quam refutav

do 64. FRED. RUY SCHII observat: hominem, Luce Meridianâ clariss, inscitiæ atque de hujus-rei veritate convincit. Quod si Tractatum hunc, ab pag. 9. ad 18. perlustrare lubeat, tuum videbis, pro me-ritis, exceptum nomen tuisque ex observationibus luculentam stringentium argumentorum petitam se-riem.

Quâ tu opportunitate animalcula hæc (ut A°. 1679. cum Regia societate Anglicana communi-casti) eorumque ovula in oves deferri autumas; de aliis animalculis enim eadem erunt colligenda, ea, videlicet, nimbosa, æstiva autumnalique tempestate ex terra emergentia, unâ cum liquore, in quo vivunt, ut cum quo emergunt, ab brutorum hoc genere auriri, deglutiri; verisimile videtur eoque magis, um id quoque ab rusticis, pecudum pastoribus lanio-ibusque mihi relatum sit nonnunquam distinctè: sed pace vestra hoc dixerim) minimè animalcu-
i hæc per stomachum perque intestina reptitando, ex abdominis cavo, in hepatis sese ingerere vasa, si loci suos producere foetus atque ex stomachi in-estinorumque perforatione hac, causas esse, qui-
us, per foramina hæc, latex ille insignis liquidi effu-
s, in prædictam destillat cavitatem: si enim, formâ
animalis, descendant in stomachum atque intesti-
na; si hæc perreptare, imò perforare, apta sint;
nil certè obstabit, quo minus etiam cæterorum
adjacentium viscerum membranas, ut pancreatis,
renum, lienis perforare inepta erunt atque hoc mo-
do, in hisce quoque visceribus, quod tamen nun-
ciam vidi, invenirentur. Adde secundò; quod si
hc fieret, magna satis fore corpore, ut saltem in
stoma-

Observatio de Animalculis;
stomacho, aut intestinis (quod itidem nunquam
observare mihi licuit) videri possent.

Tertiò; si prædictas perforent partes, consequens
est, ex iis chylum, aut liquidi quid, chylo fluidi-
tate par, debere effluere: si verò spissius hoc sup-
ponatur liquidum, sequitur, horum lœsorum vi-
scerum vestigia, foraminula posse detegi. Ad pe-
nitius hoc investigandum negotium, stomachum
unà cum toto intestinorum syrmate, adhucdum ca-
lescente, ovis, hoc morbo gravissimè laboranti
comprimendo, ut potui, perscrutatus sum; deind
omnia tepida immisi tepidâque implevi, imæ co-
rum parti spiritum vini calefactum tandemque Mei-
curium infudi, mox omnimodo agitavi, compress
perlustravi, tractitavi; sed nè minima quidem for-
minula lœsionesque detegere potui. Animalcula
hæc ex duodeno intestino, per communem ductum
in vesicam felleam ductusque bilarios repere, e
loci foetus edere suos, cùm evidenter sit contradic-
torium & pugnans cum ipsa dispositione, actu hu-
rumque partium usu, hanc ut refellam opinionem
opus non videtur.

Contemplationes tuæ, quarum me 19. Januarii
hujus volventis Anni, participem facere voluisti, c
haurienda ex civitatum fossis aqua parandoque cu-
ea, in usum humanum cibo; hoc modo, nempè
multa animalcula (intelligo aquatilia eorumque ov-
la) in nostrum deduci corpus, œconomiae anima-
convenientes, mihi placuere summoperè; serva-
tamen reverenter hac mea opinione: lymphan-
scilicet, in homine brutorumque genere, ut sup*ri*-
innui, effusam in cavitate abdominis, solummo-

ex ruptis, laceratis, aut quodam vitio lœsis tubulis lymphaticis; non verò ex foraminulis, ab hisce animalculis, stomacho intestinisque inflictis stillitare. Concedo nihilominus animalia hæc, prædicta vasa eorumque in hepate initia (etsi in hisce ipsis non int) posse perrumpere, frangere, lacerare. Hoc nim compertum habeo, semen, sive ovula horum liorumque animalium (vide hoc de themate Chir. C. STEENEVELD, dissertat. prædict. pag. 12. & 13.) um chylo in sanguinem, cum sanguine (respectu orum animalculorum speciatim) in hepar, porrò et in viscere solummodo & tantum in ductus oranaque bili inservientia posse propelli, hospitari, propagare atque sic partes lacerare & frangere circumiacentes.

Non inhabitant, primò, sanguiferorum vasorum tactum in genere, neque hepaticorum in specie; utpote quæ revera nihil (excipio ex parte portam) continent, cujus respectu ab cæteris differunt sanguis. Non degunt, inquam, in sanguiferis vasculis, et propter eorum, cum & sanguinis sanguinique commixtorum succorum continuos, proprios, progressivosque motus.

2. dō Neque in lymphaticorum systemate, ob præstam rationem, eorum exilitatem tubolorum continuumque liquoris ex angusto, ad augustum locum dductionem.

3. dō Nec magis in nervis, utpote partes, quæ non sunt tubuloſo-cavæ quarumque extremitates in bipartita aperiuntur organa.

4. dō Porrò, nequaquam in interve capsulam, membranam vaginalem, portam cholodochorumque ductus

Observatio de Animalculis,
cingentem, hoc enim organum arête prædicta comprehendit vasa, ullis sine, in bilaria vasa, in quibus solis hæc animalia inveniuntur, hiantibus officiis.

5.^{to} Insuper, non in & inter illud spatum, quæ arteria & vena, post indefinitam ramificationem atque divaricationem, ab trunco & ita ab majoribus, in minores extensæ, tandem formâ maculæ ad sese invicem accedentes, glandulas extruunt. Hæc enim interstitia minora, ad transfusionem sanguini & secretionem lymphæ, ut & alimentarium succum porrò ad continuum motum destinata, inepta mih evidentur, ut procreationi horum animalculorum inserviant.

6.^{to} Multò minus nidificare in membrana, credibile est, quâ hepar obducitur, aut in vinculum umbilicali, jam jam in ligamentum mutato, aut in tendineo - membranoso organo, quo hepar dia phragmati connectitur: existimo itaque licere mihi ratione & experientia meâ duce, affirmare, animalcula hæc solummodo in organis, ductibus & receptaculis bilis produci, augmentum capere & in sibi similia, genere & multitudine crescere. Ultiori probationi hujus positi, sit; semen, ovula horum animalculorum, una cum partibus oleosis chili, in animali ex hoc affectu laboranti, ab sanguine in organa bilifera deducta, eo loci posse affi atque quiescere; vasorum etenim hic parietes super tenaci & viscoso obducti sunt glutine: adabilem non semper (ut sanguis) progressivè move ut enim aperiri claudique, ad rei exigentiam, ejaculatorium ejus vas posset, ornatur, postquam int

intestinorum membranas paululum prorepsit, circulo musculari.

2.^{do} Quo loco hæc animalia, aut eorum oyula inveniuntur, bilaria vasa turgida, dura atque colore nutata animaliaque hæc prædictæ bili viscidæ tecaciter adeo inhærentia, ut eorum corpuscula, ex ea jam desumpta, nihilominus hoc glutinè conspera comperiantur undique.

3.^{ti} Qui ex eorum ore & umbilico exprimitur quor, idem ille, sed tenuior paululum, est, in quo vivunt & cujus particulis nutriuntur selectis: hil autem in hisce miratu dignum. Unicuique animali suus est vivendi locus & suum nutrimentum designatum, specificè atque hoc pro uniuscujusque structura & dispositione. Pisces marini in fluviis, uviatiles in mari, in aëre vermis terrestris, in terra aves & sic in cæteris, moriuntur, quid mirum (nquam) si animal hoc deductum in aliud animal, plimmodo in loco & ex nutrimento ipsi proprio, at quod proximè cum hisce convenit, nempè, in organis bilariis & ipsa bile, vivat?

Absonum itaque mihi videtur nulloque nitidamento doctrinam, ad depellendos de corpore vermes & alia animalia, utendum medicamenta amaris: contrarium enim patet in quibusdam morbis vermiferis; ut in odontalgia, huic dolori mememur melle, saccharo aliisque dulcioribus, dentibus ea admovendo atque hoc modo, vermes ex eo eliciendo.

Ut probem hæc & similia animalia in hepate aliisque corporis partibus degentia, horum morborum que conjunctorum symptomatum, extare causas,

scitu dignum in genere, vix dari materiam, in qua animalia, quandoque non reperiantur. Harum observationum si quis clenchum epitomenve petat, per volvat PHILIPPI SACHS VON LEEUWEN HEIMB, collecta ab Academia Germanica, sive inscriptione, *Miscellaneorum curiosorum &c.* A. 1670 pag. 34. & sequentibus. Breviter scitu & dignitate in specie, taceo enim cætera, in homine non extare partes, adeo fluidas, aut solidas (eo enim redeat oportet omnis in corpora, disquisitio, uero homini usui veniant) in & circa quas, sagax, pavonis abhinc annis (honos in hisce & Tibi debet summus) viventia non detexit diligentia atque industria.

Non defendam, veritati enim vim intuli nurquam, posse omni tempore demonstrari, in omnibus morbo, pruritu, herpete, ulcere & tumore, animalia & quidem ea caussas horum symptomatum extare: novi enim ex pustulis quibusdam elici materialiam, quæ ad nullam rem magis, quam ad verem accedit, nihil minus tamen, quam vermis enim elenchum casus locosque continentem, in quibus, humano in corpore animalia, vermes aliqui viventia viri observarunt, ingenio & alacritate clarissimi enim colligere quisquiliarum animus fuisset acerbum, qui huic argumento adjungi potuisset, sunt historiolæ de horum atque similiūm animalium miranda metamorphosi, fœcunditate, morsus & perforationis, tibi, tuæ perspicacitatem ac meæ patientiæ fuisset oneri. Detecti erunt;

VERMES in Capite, Misc: cur: dec. I. ann. :
ol.

obs. 147. & ann. 3. obs. 414. dec. 2. ann. 9. & 10.
obs. 50.

VERMES ascaridiformes 40. per nares emissi, ab
vetula Birrensi, quæ passa fuerat ingentem hemi-
craniam. PETR. BORELL: in obser. rar. med. phys.
epilog. confer cent. 1. obs. 19. & 39.

VERMIS supra duram matrem, instar curculio-
nis, cranio perforato & aperto, inventus. PETR.
FOREST. lib. 9. obs. 4. Sect. 1.

VERMES, cum pure foetidissimo, ad duram ma-
trem reperti, undē tamen æger convaluit. HILDAN.
cent. 1. obs. 16.

VERMIS per nares rejectus, in puero, dolore
capitis afflito. HILDAN. cent. 1. obs. 8.

VERMICULI oculorum. JOH. NICOL. PE-
CHLIN. lib. 11. obs. 35.

VERMES è nare projecti. FOREST. lib. 21. obs.
26. Sect. 3. misc. cur. dec. 2. ann. 3. obs. 99.
TULP. lib. 4. cap. 12. PETR. BORELL. cent. 3.
obs. 45.

VERMES in auribus: misc. cur. dec. 1. ann. 3.
& 4. obs. 5. FOREST. lib. 21. obs. 26. Sect. 3. item
lib. 12. obs. 9. Sect. 2. PLIN. lib. 20. cap. 14. JOH.
BAPT. MONTAN. conf. 40.

VERMIS odontalgicus. JOH. NIC. PECHLIN.
lib. 11. obs. 36.

VERMES dentium. misc. cur. dec. 2. ann. 5. obs.
192. ann. 9. & 10. obs. 24. & 187. Act. Hafn. vol.
5. obs. 108. & LEEUWENHOEK.

VERMES salivæ. misc. cur. dec. 2. ann. 9. & 10.
obs. 130.

Ex Vermium abundantia in gingivis, mortis
causam deducit HILDAN. cent. 1. obs. 59.

VERMES ex spina dorsi notantur, misc. cur. dec.
1. ann. 2. obs. 109.

VERMES dorsales. PÉTR. BORELL. cent. 1.
obs. 89.

COCHLEÆ vomitu rejectæ. misc. cur. dec. 1. ann.
3. obs. 85.

VERMES ventriculi & vomitu rejecti. misc. cur.
dec. 1. ann. 3. obs. 258. ann. 3. & 4. obs. 38. &
80. dec. 2. ann. 4. obs. 39. ann. 6. obs. 33.

VERMES longi, albi, ex ventriculo ejecti. FO.
REST. lib. 21. obs. 26. sect. 3.

VERMES quingenti à sene rejecti.

Idem ibidem.

- - - - trecenti idem ibidem.

CARDIALGIA ex vermibus. Act. Hafn. vol. 5.
obs. 34..

VERMES innoxie intestina perforantes. misc. cur.
dec. 2. ann. 5. obs. 45. BONET. Med. Sept. collat.
lib. 3. sect. 16. obs. 12.

VERMES intestina perforantes, pereunte ægrâ,
BONET. Med. Sept. collat. loc. cit. obs. 13.

VERMIUM globus, post dolores colicos, excre-
tus. HILDAN. cent. 1. obs. 57.

VERMIS frustum septem ulnas longum, à mulie-
re excretum. HILDAN. cent. 2. obs. 73.

VERMES per umbilicum excreti. FOREST. lib.
7. obs. 35. in Schol. sect. 1.

ASCARIDES tenesmi causa. Act. Hafn. 1673. obs.
74. confer. HIPPOC. Sect. 3. Aph. 26.

LUMBRICI in bubone inguinali. misc. cur. ann.
6. obs. 144. dec. 1..

VERMES in pulmonibus, pleurâ & pericardio,
Act. Hafn. vol. 3. obs. 56. FOREST. lib. 21. obs.
26. sect. 3.

VERMES cordis, misc. cur. dec. 2. ann. 9. & 10.
obs. 13.

VERMES in venis, JOH. RHOD. cent. 3. obs. 61.

VERMES in ramis iliacis, Idem cent. 3. obs.
62.

INSECTA balæniformia in sanguine humano. PETR.
BORELL. cent. 3. obs. 4.

VERMES febricitantium. FOREST. l. 7. obs. 36.
sect. 1.

VERMES peste affectorum ATHANAS: KIRC.
lib. de peste.

VERMIS monstrosus, diuturni morbi & mortis
causa. JOH. RHOD. cent. 3. obs. 64.

VERMES renum, Misc. cur. dec. 1. ann. 3. obs.
405.

VERMICULI vesicæ, abscessu putrido, affectæ,
HILDAN. cent. 1. obs. 56.

VERMES in urina: misc. cur. dec. 1. ann. 3. & 4.
obs. 156. dec. 2. ann. 3. obs. 77. ann. 6. obs. 31.
JOH. NIC. PECHL. lib. 2. obs. 18. Act. Hafn. vol.
5. obs. 21. BONET. med: sept. collat. lib. 3. Sect.
29. obs. 33. TULP. l. 2. cap. 43.

TERMITES per urinam excreti. misc. cur. dec. 2.
ann. 7. obs. 79. confer. obs. 478.

SANGUIS vermiciformis, cum urina, excretus. BO-
NET. Med. Sept. collat. lib. 3. sect. 29. obs. 34.

Asellus, sive *byrrhus* vivus, cum lotio excretus,
dem obs. 35.

24 *Observatio de Animalculis,*

VERMIS è vesica lactantis exclusus. BONET. med. septentr. coll. 1. 3. sect. 29. obs. 33.

VERMES uteri. misc. cur. ann. 9. & 10. dec. 2. obs. 7. ann. 8. obs. 24.

VERMES in collo uteri reperti & expulsi, PETR. FOREST. 1. 21. obs. 37. in scholio.

LUMBRICI pedum & scroti in America, misc. cur. dec. 1. ann. 3. & 4. obs. 173.

TUMOR verminosus cum folliculo. misc. cur. dec. 2. ann. 7. obs. 16.

VERMES in scabie & variolis. PETR. BORELL. cent. 2. obs. 72.

HABITUS corporis verminosus cum pustulis & variolis. JOH. RHOD. cent. 3. obs. 64.

VERMINOSUS homo, Act. Hafn. vol. 3. obs. 11. Utinam hoc nostrō ævo hoc monstrum non adeo esset frequens.

Ex ACARO gravissima symptomata. HILDAN. cent. 1. obs. 96.

VERMINATIO continua ab ipsa infantia, in senectutem usque durans. BONET. Med. sept. collat. sect. 34. obs. ult.

VERMES epidemii. Misc. cur. dec. 2. ann. 5. obs. 169.

VERMIS biceps. BONET. Med. Sept. collat. 1. 3. Sect. 16. obs. 23.

Tandem, omnium ferè figurarum, dimensionum atque dispositionum vermes prodidit, in humano corpore, improbus hujus seculi labor: unicum hoc addiderim, me nunquam vermes in liene vidisse & num viderint alii, haud scire.

Litigandum ergo, rectius ratiocinandum erit, utrum
hæc

hæc animalia, quæ in viventibus corporibus huma-
nis detegi, pro concessò, habemus, causæ morbo-
rum eorumque symptomatum esse possunt, an
non? eoque maximè, quia inter alios THEO-
DORUS KERKRING, cuius in republica Anatomo-
lico-Medica egregiè splendet fama, illud in du-
biūm vocat. Vide ejus specilegium anatom. pag.
177. ubi fallax judicium incertitudinemque visus,
ope vitrorum opticorum, in re Anatomica, demon-
strare suscipit; Primo ex minutissimo visionis cen-
tro; Secundo variatione colorum; Tertio ex inter-
polata, unius objecti, visione; hoc modo, nem-
pè, ut discreta apparere, quæ verè unita, imo
quod unum & corpore continuum est: sed post-
quam microscopium quoddam ejusque artificem
BENEDICT. SPINOSAM, laudibus decoravit
summis, hæc prædictis adjicit:

*Hoc quod instrumenti mei admirabilis ope detexi,
visum est admirabilius: intestina scilicet, hepar,
cæteraque viscerum parenchymata infinitis scatere
minutissimis animalculis, quæ an perpetuo suo motu
ea corrumpant, an conservent, dubium esse posset
ei, qui considerat domum dum incolitur, nitere &
splendescere, eandem tamen atteri continuâ inhabi-
tantium culturâ.*

Quamvis mihi innotuit probè, quoisque, non
hujus, aut illius de plebe hominis, veruntamen prima-
tum quorundam fiducia & confidentia in vano expe-
rientialè nomine, incertis paradigmatis rerumque
(ut fertur) contingentium & quæ istius farinæ sunt
assertionibus, positæ sint abeantque, me ulterius his-
ce non opponam, neque alios in subsidium vocabo,

qui omnem ex vermis aliisque animantibus, in humano corpore, morbum morborumque causam negant, aut affirmant: si enim liberè animi mei licet effari sensa, dicam, reverenter, quod res est.

Existimo omnem experientiam, animadversionem, exemplum nunquam, aut saltem rarissimè & tantum in genere, neutiquam verò in specie, ut normam agendi posse adhiberi.

Primo; non dantur duo casus, quid referto casus? duo non dantur æqualia & in totum similia, tota in rerum natura, ex hoc posito (& placuit quibusdam non plebeja delibutis doctrinâ) sustinui quondam:
EX RERUM CREATARUM INDEFINITA VARIETATE, DIVINAM IPSARUM ELUESCERE DISPOSITIONEM ATQUE FABRICAM. Hoc si cum Medicina comparetur; hanc meam causam, hæc mea cogitata defendendum suscipient ægrotantium ætas, sexus, methodus & ratus vivendi, anni tempestas, terra in qua degunt, locus affectus, morbi in- & decrementum quæque in super circumstantiæ uniformitatem, proportionem applicationemque spectant veram, unius, cum altero casu.

Secundo; pauci (paucissimi verò Medici ac Chirurgi) inveniuntur, qui errores suos in proximum salutem atque commodum agnoscere audent, aut volunt.

Tertio; etsi etiam non sperandâ fortunâ, etsi fortuitò, examine instituto celebratoque rationali, du quisæ æquales sibique similes quoipiam eruerentur casus? quæro (& ut mihi persuadeo non immerito hincne indubitanter atque sine contradictione colligendum foret, ex lege velut didactica, hosce fese it ha

habere semper? hac in re, ut in ea actum fuerat tunc,
sine hæsitatione & agendum esse nunc? crediderim
sanè quod non.

Quartò; nec licet, nec æquum reor, in re Medica,
aut Chirurgica testibus fidem adhibere intemeran-
dam, generaliter: hoc etenim si statuendum & om-
nia essent vera quæ testibus non carent; multa omni-
nò, proficerent Romano Catholicorum pseudomi-
racula, quibus eorum crepundiorum nundinaria
splendidè jam, sed & fucatè exornatur officina.
Hoc si foret affirmandum, omnes stultitiae, men-
dacia, pro veris recipienda starent, modò meti-
culosi, inscii, inexpertes, perficitæ frontis, aut
animo debilitati muliebriter, hoc testari & affirmare
non vererentur. Hoc pede infausto calcarent cum
empyrico agyrtæ medicaster & anus famam, fidem &
studia sapientissimorum quorumcunque Medicorum
utque Chirurgorum ubique & semper. Licet & pue-
li quoque observent, hosce Dei & honoris cultu,
stos vaniloquentiâ & foedo lucri appetitu duci
antum.

Quintò; quæ amabò narratiunculis adhibenda fi-
les, ex quibus, pro hac, aut illa relatione, dam-
num sibi, aut lucrum in & adferunt homines? quid
nulti quid certè multi medicastræ sacra auri fame
ion moliuntur! non audent! num alio, quam Pe-
roniani milites, genere furiarum declamatores hi-
gitantur, qui clamant (parci veritatis cultores) ma-
china hac, hujus surditati, hoc medicamento, illius
pilepsiae mederi potis fui. Bene! bene! euge! felici-
ter! Hæc ipsa tolerabilia essent, utcunque, si cu-
atos hosce invenire daretur, contrarius, non existe-

ret eventus & infelix tragœdiæ catastropha. Paucis, ego me rationis normâ duci docerique sino, hac, ut possum sensibusque externis eorumque utor ope, ut ad tabellas, tabellario, ad opus organo, lumine ad probè distinguendas res, per se jam distinctas & sic porrò; statuens omnes morbos (non moneo de exterius adhibitis noxis, plagis, damnis) primò; in partibus fluidis: Secundò; per quos vehuntur in ductibus: Tertiò; in iis, in quas feruntur, partibus perscrutandos, inveniendos depellendosque extare: insuper plus sæpius quam quidem opinamur, animalia partium pravæ constitutionis, impediti motus ejusque sequelæ, esse causas; negans constanter, sanguinem bilemque unquam, ullo in statu, ut quidam nugantur, esse constitutos. Ut plurimum in hisce materiamque hanc, cadit cuditurque eorum censura faba. Sanguis & bilis eorumque mala dispositio, ut plurimum morborum causæ renuntiantur universales particularesque; prior nempè, peccat quantitate, abundans, vel deficiens; nunc austerior, tunc viscidior, modò limpidior, mox acrior, hic spissior, illic tenuior, altera quoque, aut deficit, aut abundat statuiturque tenacior, aut tenax non satis, amarior, aut non amara methodicè, nunc arctius, tunc non satis arctè cum sanguine juncta mixtaque, modò adusta, mox concocta non probè. Hæc & similia tolerantur, hisce connivetur & quid nimirum ipsa, hoc medio, visitatio formam speciosè turgidulam ipseque lucrimulgus *Medicus in via*, quibus animum intenit solum, pecunias, dedecoris præmia, obtinet.

FACINUS MAJORIS ABOLLÆ!

Medici, si quis, indecti imaginem intueri amet,

videat nobiliss. Belgarum Poëtæ , CONSTANTINI HUGENII , DE ZUILICHEM , characterum septimum Tit. Een ONWETEND MEDICYN , sive de Pseudo-Medico ; cuius initium est;

HY IS EEN ONDERBEUL ; EEN BUFFEL MET EEN RINCK;
EEN VUYST IN'T SWEERIG OOG ; EEN OORBAND OP EEN' KLINCK ;
EEN VROEDVROUW MET EEN BAARD ; EEN KONSTIG MENSCHEN-MOORDER ;
EEN' DOBBLE KERKHOF-PLOEG ; EEN BOEREN-BORSEN-BOORDER ;
EEN' RAETSHEER MET EEN P ; VOOR 'T MIDDEN , OF VOOR AAN ;

Et quæ sequuntur , quæ (vernaculâ linguâ) non diccam æmulandam , sed ne imitabilem quidem , cum redoleant elegantiam ; inusitata utilissimæ splendeant Satyræ luce geniumque sapient arguto-urbanum , in aliam transferri non possunt linguam. Legat hæc , cum Belga , omnis natio plaudatque mecum , scribentis egregias animi dotes , dum modò tacitè nunc , apertè tunc , mecum rideat fœdam hanc medicastrorum colluviem ; sed & sibi caveat , ne cum spurcissimo hoc conventu , ingenuos , doctos , judicio utentes sincero , misceat Medicos Chirurgosque , divinâ rationis ac decoris prementes vestigia atque ob sapientiam , munera officiaque honestè atque bona fide , in miserorum solatium adhibita , Deo mortali busque acceptissimos. Hisce , hisce (inquam) comprobatum est ex figura , structura , motu ; sanguinem

non posse falsum, non posse austерum dari; bilem extare nullam adustam, aquosam; Hi norunt, admixtione alterius, in se, substantiā, mutari nihil. Illi in liquoribus organisque morborum causas non quæ runt, aut indigitant eo loci, quo morbi principium supponitur, sed nec est, nec fuit unquam: illi precomperto habent, animalia, et si eorum myriade eaque non videant corpore robusto cadaveribusque nares per & os erumpere, ipsis tamen morbos damnaque adferre posse: quinimo concedere hi non morantur, cum in omnibus corporis partibus animalia inveniantur, ea quoque in omnibus corpori partibus ægritudinum, verisimiliter, esse causas.

Plus semper devorandæ difficultatis mihi fuit, in perscrutandis cognoscendisque morbis atque eorum causis, quæcum, hisce inventis, in ipsis curandis, au mitigandis. non raro autem quæ aliis, prò causa mihi pro effectu sunt. sic tumor, ab effusa lympha in abdomen, lymphaticus; in pulmone, aut hepate ulcus; in inguine bubo & ita in cæteris, in cadavere si detegantur, morbi mortisque causa renuntiatur, omni posthabita contemplatione, hæc potius esse ante ruptorum, obstructorum, aliove modo læsorum vasorum, aut liquorum, motu privatorum sequelas nullâ prorsus institutâ disquisitione unde, quo loco quando, qua methodo hæc acciderint, aut accidili potuerint? hinc in praxin fluxit hodiernam, detestatus iste, aut deridendus error, ut uni eidemque ægritudini hic medicamenta sale satura volatili; ille quem structura terrea & solida quasi existit, in auxilium adducat: sed de hisce, data opportunitate, uberiorius, ne exspatiari ab termino videar nimium. de-

nonstravi (ut saltem opinor) satis superque, quo nodo, quædam animalcula eorumque ovula, in humanum ingrediuntur corpus; modi autem, quibus iuic noxam adferre, hoc cruciare, devastare atque causæ norborum, symptomatum, ipsius imo mortis esse possunt, sequenti posse concipi methodo, mihi peradeo (utinam & aliis) facile.

Primo; hæc animalcula, quorum millena aliquando, uno in loco congesta, inveniuntur, partes, in quibus degunt, ultra earum extendere symmetriam, tum corpusculorum suorum, cum generis sui, incremento.

Secundo; mordendo hasce & perforando easque, unc in modum, lacerando, frangendo, quo fit, ut ex organa in totum, aut ex parte, usu munereque estituuntur suo.

Tertio; reptitando permeandoque tubos locos, seque in ipsos insinuando, quorum tenerima fabrica hinc dolori exponitur infesto.

Quarto; excitando in succis motu intestino, qui rogressivo exituque œconomiae animalis necessario, bstat.

Quinto; absorbendo & in proprium usum converendo succos materiamque nutritioni, augmento & reparationi partium animalis, in quo sunt, dicatos.

Sexto; ejiciendo deponendoque fordes, excrements, ovula, fœtus, mortua corpuscula inter partes, quarum motus hisce impeditus, infaustos secum dunt exitus.

Plurimæ hisce possent læsionis adjungi formulæ, id opinor, hasce sufficere, ad alias pluresque haec re, formandas ideas.

Cui tandem notum est pharmacum eoque utitur, quo,

Observatio de Animalculis,
 quo, citra totius corporis partiumque singularium
 detrimentum & incommodum, animalia hæc eorum-
 que morsus, reptatus & quæ istius generis alia sunt,
 enecat, avertit, aut dum in vivis sunt, corpore de-
 pellit, hic ille, hoc respectu, rem medicam tracti-
 tat tutò:


Sed concessio, inordinatam partium fluidarum
 dispositionem atque ita sanguinem sanguinique con-
 junctam materiam (sive mala illa dispositio in ea-
 rum figura, sive motu concipiatur) causam quo-
 rundam morborum eorumque symptomatum posse
 extare, ideone rationi non conveniens vide-
 bitur probatio? inventis in fluidis solidisque parti-
 bus animalibus, ea quoque causas quorundam
 morborum eorumque symptomatum posse extare
 de priore plura verba, de secundo efficaciores pro-
 duci poterunt demonstrationes; æquum itaque fo-
 ret, si isti homines, qui unicè experientiâ suâ ni-
 tuntur, secundâ hac methodo cogitandi, se duc
 paterentur ad primam, id quod quæsivisse ope-
 tuisset primò, nempe, ad rationem.

Dicerem porrò de supra indigitatis medicamentis
 in genere & specie, ni vererer me vel jàm urbanitatis ti-
 tulique epistolaris, uni tantùm scopo inservientis, tran-
 siisse limites; dum te, videlicet, abstraho ab tuis occu-
 patumque detineo rebus, propriè ad exercitia tua noi-
 pertinentibus atque huic etiam observationi alia adjicic
 verùm hæc & alia abs te illisque, qui hasce inspi-
 cere tabellas non deditabuntur, in meliorem po-
 terunt recipi partem, hac positâ veritate, me ho-
 in commodum reipublicæ medicæ & ad incitando
 cogni-

cognitionis nobiliorum rerumque adhucdum absconditarum (quarum, eheu! indefinitus est numerus & ordo) perscrutatores fecisse solummodo, communicaturus propediem tecum, DE TUBIS FALLOPIANIS & hisce adjacentibus partibus, de quibus me monuisti honorifice, mea quoque cogitata officiosè.

F I N I S.





GODEFRIDI BIDLOO;
DE
OCULIS ET **V**ISU
VARIORUM ANIMALIUM
OBSERVATIONES
PHYSICO-ANATOMICÆ.



Lecturo S.

Ipse memet ipsum meaque
dum excutio, cōperior &
annuo lubens, amicorum
monita, hortamenta rogatus-
que, vim apud me obtainere
cūsionis & imperii maximām. Quis autem
is, qui hac de facilitate mea ambiget meritò?
bi viderit, me, ipsis id potentibus, quas
uper vernaculā linguā exaratas edidi tabellas,
modo latinas facere; Sed & ventilationi
cere publicat. Fateor ingenuè tanti non esse

ptire suaviter atque infantissimè: is etenim ego
non sum, qui infantibus senibusque melime-
la dare vacuasque offerre maricas ludibundus
amo quique tenebricosam eorum ignorantiam
atque insulsam stupiditatem helleboro curare,
aut carminibus fugare valeo. tu autem, can-
dide lector, Vale.

G. BID-

L E C T U R I S

S.

S. L U C H T M A N S.



IC tandem in lucem emittitur, & publici juris fit hæc Cl. BIDLOI, toties promissa de OCULIS INSECTORUM sententia & lucubratio. Posthumum quidem videri cuiquam possit hoc opusculum, quum jam duobus abhinc a morte ejus annis prodeat; verumtamen hæc omnia ab ipso Cl. Auctore sic edita & impressa & à typothetarum mendis purgata sunt, priusquam in morbum incidisset; dixitque nobis identidem hæc ad umbilicum perducta & sic edenda. Constituerat quidem ipse, si convalesceret, his subjungere de morbis oculorum tractatum, sed fato functus voto damnari non potuit: neque nos ex scedula ejus & lituris eruere ista potuimus, ut Viri Cl. famâ digna videri possent; quæ una ex causis

LECTURIS.

fuit, cur tamdiu dilata fuerit hæc editio. sed & altera gravior erat, nempe quum induxissemus in animum Cl. defuncti opuscula, quæ ad Anatomiā & Chirurgiam spectabant, & sparsim emissa erant, in unum collecta fasciculum simul cum orbe litterato communicare, & nonnulla ex iis in eum usum iterum typis describenda essent, visum fuit his edendis tamdiu supersedere, donec coniungi cum cæteris posset hic tractatus; quique omnia desiderarent, iis ut satisfieri posset, vel si qui, reliquorum jam compotes facti, hanc novam hujus Cl. Viri opinionem de hac disceptatione videre cuperent, ne ii quoque desiderio frustrarentur. Nos ergo quin aliis aliunde negotiis distracti hæc absolvere prius non potuerimus, sic tamen Viro Cl. justa persolvere, & ne hoc opusculum immerito posthumum crederetur, hoc vos admonitos esse voluimus. Vos fruinini, & Valete.

G: B I D L O O;


D E

O C U L I S E T V I S U

V A R I O R U M A N I M A L I U M

O B S E R V A T I O N E S

P H Y S I C O - A N A T O M I C Æ.



A, quæ, de Variorum animalium oculis eorumque dispositione & Methodo videndi, observanda mihi contigerunt, enarraturus, pauca, in antecessum (*Leit: benev:*) monenda habeo.

In Visus actione, vel ad Visus actum, requiruntur, LUMEN, OBJECTUM, OCULUS: illa, quæ de lumine & illuminatione Objectorum in genere & specie, consideranda veniunt, extant apud nobiliss: CARTESIUM *Diop: C. 1. & 2.*; oculi autem ichnographiam *C. 3.* exhibitam, ex perspicacis viri, tum inspectione, tum imaginatione esse depromptam, ne nō dubitabit, qui ejus hæc verba legit attentè: *Si ua arte, posset oculus ita secari, piano per medium*

A

pu-

pupillam transeunte, ut nullus ex eo liquor efflueret, nec ulla pars loco moveretur, talis ejus sectio apparet, qualem hæc (quam proponit) figura representat: posse hoc, arte & commodissimè fieri, patet; oculo, videlicet, unà cum capite frigori intenso exposito congelatoque & postea de fovea ossea, cum, aut disiectis exterioribus ejus partibus, puta palpebris, adipe, glandulis, muscularis &c. exempto acutissimoque cultello deinceps, methodo & lineâ memoratâ, perfecto hemisphæriisque ejus in cochleare, aut vase Vitreo positis iisque ferventi aquæ immisis, ea conditione, ut illa persicilli oculi limbos nunquam superet: tunc enim liquefcentibus, degelantibus & degelatis tandem omnibus partibus, singulæ sese, ordine & dispositione, quā sunt collocatæ, visui jucundissimè & quidem, ut hac tabula proponitur, subjiciunt.


T A B U L A P R I M A.

*Representans oculi interiorem, externo omni ejus se-
posito apparatu, dispositionem.*

A. A. A. Oculi bulbus.

B. Anterior membrana, aliquantulum semper de bulbo protuberans, CORNEA dicta.

C. C. Tunicæ ADNATÆ, ad palpebras extendendæ portiones.



- D. D. D. CORNEÆ *sequela*, quam DURAM vo-
cant.
- E. E. Tunica UVEA, cuius posterior pars CHOROI-
DIS titulo distinguitur.
- F. Nervus OPTICUS, hujus filamenta & dispersiones,
mox ubi oculi bulbum intrant, RETINAM tunicam
constituant.
- G. G. IRIS, AQUEO HUMORI innatans.

A 2

H.

- H. H. *Ligamentum CILIARE leviter expressum.*
 I. I. *Distantia inter CORNEAM UVEAMQUE, in qua fluctuat*
 K. *Humor AQUEUS, quem, sequitur,*
 L. *CRYSTALLINUS, exceptus, parte postica, ab humore*
 M. M. *VITREO. Singuli hi liquores, eâ, quâ potuit fieri, arte, adumbrati representantur.*

Ea, quæ de inspiciendis, aquæ immersæ & moribundæ felis oculi tunicis interioribus motuque præsertim UVEÆ atque ejus ornatu musculari cum annexis, tradit Clariss. MERY, crebra repetitione experimenti & perpensione actus, sunt dignissima.

Cum olim & nunc, imprimis verò nostro tempore & nuperimè, completissimi, ut ajunt, animalis, Hominis, nempè, oculus sæpè sæpius & ad normam sit descriptus & figuris expressus, ejus ulteriori descriptioni supersedebo: de visu itaque, id est effectu Luminis, illuminati Objecti & Oculi agendum videatur; sed quid videre, Physicè loquendo, sit, vel quo modo res, respectu corporis & animæ, vel communis, sic dicti sensorii, peragatur, de eo ego quidem non erubesco fateri, me hoc non percipere: omnes etenim quas & quotquot mihi contigit audire, legere,

& examinare hujus actus descriptiones , non unam post se relinquunt consentiendi in eas , difficultatem . Ex: gr: *Visus est , luminis cum objecti illuminati imagine , oculo recepti , per nervum opticum in sensorium commune & ad animam delati motus , vel actus , quo objecta à se invicem distinguuntur , percipiuntur.*

Vel Luminis & cum lumine corporis illuminati imaginis , oculi omnibus partibus , visum modificantibus , interpositis , in retinam , picturæ ad instar impressio & per cerebrum Nervumque opticum in - vel ad sensorium commune , vel ad - & in animam translatio , representatio , receptio , &c.

Tot sane obscuritates , in re physicè & ratione illuminanda , quot verba: accepta enim tali definitio- e; sequitur , homine excepto , nullum animal secun- um eos , videre plus , quam speculum , utpote sen- i & anima , destitutum ; taceo jam nunc immensam , atione structuræ , singularum oculum constituentium partium , pro cætu animalium eorumque individuis , varietatem , de qua mox .

Verbo ; oculus erit medium , sive modificans in- strumentum , illuminati & conspicendi corporis ima- gnem in visus actum (de figmento sensorii communis , vi glandulæ pinealis munere imperatorio silet ratio , seat & oratio) ad animam , deferens ; sit ita ; sed

heus! *Lect: Physicophile*) quo modo communicat, tagit, movet objecti illuminati imago hæc, animam? vidi-
cam quod res est? tu & ego novimus hoc cum igne-
rantissimis idque quoque fugit perspicacissimorum Ph-
ilosophorum principem, utinam! (vide ejus, *ad princ-
pem Palatinam, ad quæstionem: de Conjunction
animæ et corporis, frivolas responsiones ac expli-
cationes*) illas nunquam divulgandas reliquisset: mu-
tum enim de physica merenti suæ famæ, melius co-
suluisse; sed verò quantum fluxerit, quam fuerit v-
rius, versatilis & parum sibi constans, in condend-
suis systematibus Physicis, novisse si quis amet; i-
spiciat REVER: RENATI RAPINI, eruditissimi vi-
tractatum; cui Titulus: *Reflexions sur la Philosophie
Physique &c.* itidem, alium: *Comparaison de PLATON
& d'ARISTOTE* habebitque, hac in parte, nobili-
RENATI CARTESII, Typum & characterem; ego a-
tem unius & alterius RENATI scripta mea non faci-
ne ergo cum excellentissimis viris hisce & CERSEI-
RIO, LA FORGE aliisque;

RUMORES VACUOS VERBAQUE INANI,

spargere videar, festino ad meum propositum, ceris
convictusque, Deum multa celavisse mortales, forsitan
in eorum utilitatem & commodum post quædam se-
1,

, industriâ arte & diligentia, detegenda : est (nam
ue) in ipsis rebus obscuritas & in judiciis nostris in-
rmitas , secundum CICERONEM , quæst. acad. 4.

Quemadmodum nobiles quidam artium & scientia-
m antistites ; imprimis verò Germani , Anglicani , Gal-
cani , sub MEMORIÆ , COLLECTIONIS , ACTORUM
c. titulis , observationes & cogitata sua scripto po-
teris tradiderunt ; ut postea generali ornandæ , hujus,
at illius facultatis , historiæ , infervire posse videren-
tur , sic ego ea , quæ de varietate dispositionis ocu-
lum variorum animalium perscrutari valui tibi (*Lett.
neu.*) inspicienda reverenter offero .

PRIMÒ ; Statuens ; NULLUM ANIMAL VISU , NA-
TURÂ , EXTARE DESTITUTUM ; exhibeo tibi , duo-
rum , vulgò cœcorum animalium , TALPÆ , nempe
& CÆCILIAE SERPENTIS , oculi anatomiam ;

Monuerim autem TALPÆ oculum perscrutaturum ,
digenter primò ; eum consideret inspiciatque extrin-
scus : collocatur enim in rostri anguli parte laterali &
superiore 2^{do}. leviore flatu , per tubulum minorem , in
mortua , in viva , quoniam satis eminet , pilos , qui-
us omni ab parte , obstatipatur , removeat & tunc
pœbebit se , in mortua , conspiciendum , qualis pro-
pñitur , sequenti tabula .

Animal hoc (TALPAM) minimè esse cœcum (τυφλὸν)

â cuius vocis tamen significatione primariò , nomei suum hausisse verisimile est , constabit mox ; si cu verò alia ejus quædam nomina ; sed & ei non competentia audire volupe sit , adeat is Excellentiss. ALDRO VANDUM , JONSTONUM aliosque, de regno animalium scriptores & compilatores.

T A B U L A S E C U N D A,

exhibens

F I G U R Â P R I M Â,

A: *Adapertiles talpæ palpebras , ciliis , in Limbi arcualibus* B. *multoque , undique piloso villo osseßas.*

F I G U R A S E C U N D A,

Proponit oculum , corpori exemptum palpebrasqñ maximè autem inferiorem , apertas.

T E R T I A F I G U R A,

Representat A. Cutim , partim â capite separata. B. Foramen in cute , unâ cum dissectis palpebris , parte Interiore , quibus inhæsit oculus. C. Oculum ipsu remota membranâ CONJUNCTIVÂ. D. Musculum Temporalem. E. Cranii partem medium , suturis distincta.





Fig. 2.



Fig. 6.




Fig. 3.




Fig. 4.



Fig. 7.




Fig. 8.



FIGURÀ QUARTÀ,

Delineatur, oculus totus, resectis muscularis, in chartula, à latere considerandus.

FIGURA QUINTA

Exprimit eundem oculum, adiecta ejus magnitudine, ut, A. Pupillam. B. Vestigia dissecta adnatæ tunice & aliarum partium reliquias, nec non oculi figuram, ut & Nervi Optici. D. in-& ad oculi bulbum aditum & ingressum.

FIGURÀ SEXTÀ

Distinguitur, A. A. Cranium apertum ac intraiblud, B. B. Cerebrum ad latus reclinatum. C. Nervus Olfactorius. D. D. Opticus unus & alter. E. Auditorius: etsi verò, hoc in animali, qui & quotquot sunt, magni robusti & prægrandes existant nervi, ut & tendines, omnium maximi tamen Optici, qui ex imo corporis elongati cerebri parte. F. Producti, ad oculi regionem posticam, linea rectâ pertusâque ossâ orbitâ, feruntur.

FIGURA SEPTIMA

Adumbrat, A. A. Crani basin, adiecta ejus magnitudo.

gnitudine. B. B. Duram matrem , sive membranam multis vasculis Sanguiferis donatam , cuius medio cava-
citas ut & occipiti est insculpta , concipiendo Cerebel-
lum , apta ; porrò C. C. Occipitis ossis eminentias .

FIGURÂ OCTAVÂ

Designatur totum Caput osseum.

Adjicio hisce , in transitu , PRIMÒ ; vasorum San-
guiferorum omne genus , eum in modum , in hoc a-
nimali , suo turgere latice ; ut rubedine intensa per-
fundat tingatque cerebrum : SECUNDÒ ; tunicas & li-
quores oculorum , ab iis plurimorum animalium dif-
ferre parùm ; nisi TERTIÒ ; aqueum comperiri , ha-
bita ratione corporis proportionis , copiosiorem :
nigricantem enim nunc , variegatam tunc , animal hoc
obtinere idem idque pro cætus quoque individuo ,
nemo mirabitur , qui ludibundæ naturæ , vel , ut
simplicius loquar , omnipotentis Dei , in animalia ,
pro eorum commodo , regione , æstate , tempestate anni
& exercitam observavit varietatem ; veruntamen silen-
tio tegendum non videtur ; QUARTÒ ; TALPAM fœtere
insigniter , magno cum strepitu interspirare , canum
instar venaticorum odororum escam , vel prædam quæ-
rentium , olfacere exquisite & minimam quoque cir-
cum

cum se, terræ motionem & agitationem sentire; vel si mavis (CARTESII assecla) ad hunc motum illicò cogi ex lege motus, fossilis & cuniculi incepti viam mutare, vel planè de opere quiescere, vel ab hoc instrumentalí suo actu, non verò sensatione, vel intelligenti, aut intellectuali quadam facultate, proprietate, necessitate &c. desistere: vide (*lect: benev:*) plures incongruas rationi contrarias & hoc suppositum spe-
stantes, apud memoratum Reverend: RENAT: RA-
PINUM atque cum Physica minimè convenientes, con-
sequentias alias.

SERPENTI CÆCILIAE, nemo, quod sciam, au-
torum (vide PLINIUM, ISIDORUM, ALBERTUM,
ALDROVANDUM, GESNERUM &c.) oculos concedit;
dantur autem, qui organo, oculi speciem referente
cutique inhærente tantùm; verùm non ad visus actum
idoneum, instrui hoc animal contendunt; asseveran-
tes leves quidem oculorum adumbrationes excavatio-
nesque oculiformes; sed verò veros oculos, in eo,
extare nullos: experiri ergo & indagare constitui,
hoc quid de asserto esset verum? ne vel ullum, circa
animalis hujus nomen, genus & speciem, committe-
rem errorem (variæ enim ejus sunt, pro regione, in
qua degunt, sexu, cutis maculis, sive pictura & ma-
gnitudine, species) perlustravi rerum Physiologica-

rum nobiliorum; præsertim verò pīx memorīæ & amicissimi mihi collegæ, PAULI HERMANNI, musæa & quos in iis inveni horum serpentium, eos diligentē subjeci examini; at verò, ad unum usque, in omnibus, oculos completestimos eosque, omni ad perfectum visum requirenda supellestile instructos, observavi. enī ecce! ergo CÆCILIAS, diversæ speciei, balamicō liquore conservatos eorumque oculorum delineatam fabricam:

Clauduntur laxissimis & maximè protuberantibus palpebris, numero duales, figurā rotundi, colore nigricantes intensè, in capitīs parte laterali, Cranii limbum superiorem tangentes, quæ omnia & alia exhibentur,

T A B U L Ā T E R T I Ā,

cujus.

F I G U R A P R I M A.

CÆCILIAM minorem exprimit; in eo oculi lateralem omnino Capitis partem occupant. A. Palpebræ binæ; in longum exorrectæ, linea equali clauduntur. B. Os. C. Ipsius est patulum & hians valde, totum corpus colore tinctum ex albo-fusco & squammulis minimis variegatum.

FI-

1870

1870

TAB:III.

Fig. 1. B A




Fig. 2.



Fig. 3.




Fig. 4.




FIGURA SECUNDA

Refert, A. A. CÆCILIAM maculatam majorem; ujus oculi. B. B. Superiorem Capitis partem, prode habent, nullo palpebræ ritu coniecti; ita ut dubium, utrum veteres CÆCILIAS finixerint? an verò ab his CÆCILIAS videre unquam licuerit? Os. C. Errò huic animali minus compactum, nares D. D. Fæmagnæ sunt.

FIGURÆ TERTIÆ

DELINÉATIO

Demonstrat, insigniter adaucta proportione, per microscopium, tunicam globosam CORNEAM. A. una cum B. Circulo nigricante, tunica hanc Capiti ossis adjcente, nec non. C. C. C. Squammulas quasdam, ipsi ab cute separatas.

FIGURA QUARTA

Refert, A. A. Adaucta magnitudine, CÆCILIAE, atere fractum, Cranium; ut oculus: B. melius distinctiusque, cum cæteris prostaret inspiciendus. F. Cebrum. D. Nervum Opticum. E. E. Nares. & C. Ossillam inferiorem.

Egregius cum pictor hæc omnia, ad vivum, ut-
junt, expresserit, hisce me, Lectori & POSITIONI
MÆ PRIMÆ, satisfecisse, autumo: licet enim,
horum animalium demonstrato organo visus & q.
hæc visu carere non videntur, non sequatur, nui
visu carere; ego tamen de cæteris ita colligam &
tuamque; usque dum aliquod animal mihi exhibi-
tur, naturaliter, oculis visuque destitutum, perse-
tandum examinandumque.

Statuo SECUNDÒ; NULLA ANIMALIA LUMINI,
DE OCULO, ALIQUID, IN OBJECTA EMITTERE.

Altera Veterum, quæ cum priore debellanda ex-
gnandaque venit opinio & falsa relatio, quam N.
biliss: ipse quoque CARTESIUS, non omnino de-
fuisse videtur (vide ejus DIOPTR. C. I. artic: 6.):
DARI HOMINES & ANIMALIA QUÆDAM, NOCU-
VIDENTIA; Seductus forsitan à tramite prius sibi p-
posito & calcando Physico, historiâ TIBERII Cal-
ris, ex auctoritate C. SUETONII; cujus hæc sit
verba (Vide edition: GRONOVIAN: SECT: 68. in pe-
dicti Imperatoris vita) cum Prægrandibus oculis &
qui, quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris i-
derent. Id idem asserunt quidam de EQUO, V-
PE, AVIBUS INSECTISQUE quam plurimis; de F^{ab}
autem, generalior est assertio; sed & equè falsa de-
Hce

hunc inferius ; ratiocinantes , fieri hoc , ob copiosum spirituum animalium productionem & fluxum , citò majorem , in oculum per pupillam , in eo animali , cui maxima est pupilla & propter calidum hujus iuidi indolem . Dantur qui virtutem hanc , ab lumine , prius in oculum , ab objecto , misso , derivent ; vnum credo , quām vana & de republica Physico-atomica expellenda hæc sit sententia , satis me demonstrasse in exercitationibus meis Anatomico-Chirurgicis ,

ARTICULO DE NERVIS: de pupilla & ejus amplitudine , cum perperam illi , respectu ejus munericis , sentiant , ex quo liquet , quod visus acutior sit & accuratior , pupilla contraclā : quo enim major pupillæ círculus ; oculus , sive CORNEA , recipiat dimittatque in proportionatos , ab objecto illuminato , luminis radios & cum iis objecti illi impressam imaginem , omnino exactè videt animal , sive oculus ;

Quod autem , ubi primum à somno oculi patent & horis aliquibus illuminati imaginem recipient eam , mox iis clausis , vident , sane contrarium probare quo conantur : nam quo modo ? hebris clausis , ex oculo , sive de RETINA , emitunt ad objectum , lumen & quare hebetur , tam cibis visus hic ille actus ? respondeant , vel respondeat ; quia motus impressæ imaginis cessat , opus est

novo lumine, ab objecto illuminato, in oculum ulterius, dimitendo. Si quis porrò *Mydriasis*, *Nyctalopiasis* aliosque pupillæ morbos consideret, cilè in meam ibit sententiam; pupillæ quoque mutum, partim esse voluntarium, partim verò non, quæ probaturque ex admota ad Oculum lucente cædela: ejus enim vi & Luminis iætu, nobis invitatis partibus omnibus aliis quiescentibus, contrahitur pupilla; verùm autem est, nullum extare animal, quæ moveat pupillam, partibus cæteris oculi immutantibus voluntario actu; illa itaque contracta, quæ candelæ lucentis vi fit, minimè est voluntaria.

Ulterius; si lumen ab oculo emittatur, aut reverberetur noctu & in tenebris, in objectum, ut quibdam non omnino possibilitati videtur contrarium, portet illuminetur objectum, ut ab homine, aut animi hoc lumen emitte videatur: sine lumine, sine lumen enim nullus concipiendus visus; oportet itidem hinc missum lumen ab adstante & hunc actum sedulò obvante homine detegatur: unde enim & quo modo alijs de ejus existentia, apparitione, vel actu, aliquis posse esse certus? vel argumenta de possibilitate & verisilitudine, sui producti, formare? hac in re itaque, ut mihi satisfacerem planè, FELEM, in obscuro loco collocatam, observavi exactè; de oculis autem en-

uminis mihi apparuit nihil; mox murem, vinculo adstrictum, in angulo deposui percepique, ex strepitu cursus & vocis, statim, felem ruere in prædam & exhibitâ candelâ, devorantem jam murem, deprehendi. Sequenti nocte, felis oculos luto tenacissimo incavi clausique probè esurientique per integrum diem, altera parte conclavei, caseum piscesque crudos detendos exposui; diremit, non sine multo murmure, mnem oculis impositam supellestilem volavitque in scam; ego verò denuò ipsi oculos obturavi eosque super pulvillis & ligaturis constrainxi firmissimè, reositâ, in alio conclavei angulo, escâ, vidi; licet inverso teneretur, ab esca, situ, eam manu dimissam, revi, nullo tramite laterali deductam, rectâ petenciam apposita; sed, ne aliquot mihi restitaret dubium, eli tandem utrumque oculum ita laceravi, elicito quoque liquore Crystallino, ut organi hujus nihil extret, dispositione non privatum; post aliquot dies, eam ei proposui è longinquo; verùm ubi aliquoties circumspirasset, eodem, ut nuper, impetu ad murem propositum excurrit eumque devoravit avidè: nouo ergo hæc & alia animalia non videre; sed olfactu si uti acutiore eaque virtute peragere, quæ visu tibuuntur, pro comperto habeo.

Spiritibus animalibus, in corporibus calidioribus,

sive residuo Luminis , subtilis , aut aëreæ materiæ , ne de nomine lis sit , præter modum , agitatis , bel- luarum jumentorumque quorundam oculos pilosque , fulminis iectu citius , colore mutari , ejusdem farinæ fabula videtur : CHAMELEON enim , animal , præ ex- teris , frigidum renuntiatum , colorem mutat ; cute licet glabra & dura circumductum : adde (spirituum animalium concessa hypothesi , ex qua facile nugaci- sima possent defendi) multa lucere , spiritu animal destituta , Ex: gr: aqua marina agitata , lignum putre dine corruptum , pisces mortui saliti varii , squam mulæ insectorum & similia : multa itidem dantur ani- malia , quæ propter durissimam corneam membranam Lucis & Luminis vim omnem sufferunt ; quædam verè tenellulâ prædicta , vel lucis vix quidquam sustinent primorum exemplum in AQUILA &c. Secundorum in VESPERTILIONE aliisque est: nullum itaque ani- mal , in obscuro , videt ; ubi visus , ibi LUMEN , Ob- jectum extrinsecus illuminatum , OCLUS si minus , obsoleta & multoties refutata , resuscitan da erit doctrina Pythagorica , Empedoclea : oculum nempè , esse instructum igne innato atque ex eo , u ex laterna flammulæ splendorem , erumpere ; verùm qui in corde flammulam , in glandula pineali seden animæ omniq[ue] in parte corporeo subtilem materiam

HEL

HELMONTII archæo lepidiorem, substituere & quidem nudè quique vetussimorum Philosophorum nungamenta, in sui systematis commodum, vocare voluit, quid obstat? quo minus ille, necessitate dixerim, an potius vani & superbi conatus sui sustinendi causa, multo experimento, erroris convictos, non citet, vindicet, sequatur? vide & audi (*Lect: benev:*) Eruditiss. R. RAPINUM, Tract: *Reflexions sur la PHYSIQUE.* pag: 423. & seq: accusantem Nobiliss: R. CARTESIUM cæcitatis & inscitiæ, Philosophiæ DEMOCRITI, LEUCIPPI & aliorum; quorum tamen est, indole & moribus gallicanis, volubilior & versatilis sectator egregius; cum deceat virum Physicum, esse n ratiocinando & demonstrando, constantem: sic memoratus RAPINUS hoc respectu, de eo: DESCARTE, ui veut qu'on commence par douter de tout, se defaire de toutes ses lumieres, se depouiller de tous les sentiments, de la cötume, de l'education, de l'opinion, des sens & de toutes les autres impressions, pour n'appren- re, que peu de chose, demande plus, quil ne promet s quand, pour rendre raison de chose, il à dit; qu'els se font par une certaine figure, par un certain mouve- ment, par une certaine extension, il à tout dit: car l n'approfondit rien & tout sectateur de DEMOCRITE, u'il pretend estre; il n'entend point la vraye doctrine

de ce Philosophe & paulò inferius l'explication qu'il donne à tous les mouvemens de l'ame dans les passions, par la jonction de nerfs & de fibres qui aboutissent à la glande pineale, est une vision, car il n'y a point de nerfs qui aboutissent à cette glande &c. interposuerim vel addiderim; quām qui ejus sensationi, ut cæteris corporis partibus, inservire destinati sunt.

Quæ gallicè sunt conscripta, sonant Latinè: CAR-
TESIUS, qui vult (scilicet ad detegendam veritatem) incipiamus dubitando de rebus omnibus, liberando nos omni de lumine intellectus; privando nos de omni dato. sive supposito, ex consuetudine, educatione, opinione, sensatione & omnibus aliis impressionibus producto ut pauca percipiamus, exigit plus, quām promittit & ubi ad reddendam rerum rationem, dixit illas fieri certi quādam figurā, certo quodam motu, certa quadam extensione, omnia dixit: nam penetrat nihil & totum quantus DEMOCRITI sectator; ut esse contendit, tamen non intelligit veram hujus Philosophi doctrinam & paulò inferius: explicatio, quam reddit, de omnibus animæ motionibus, in Pathematibus, interventi servorum & fibrarum in glandulam pinealem desinenti um, merum est Phantasma: nulli enim extant nervi ad hanc glandulam tendentes inque eam desinentes.

Ausim (*Tertiò*) affirmare; ORGANUM VISUS DIFFERRE; PRO UNOQUOQUE GENERE ANIMALIUM; taseo de individuis;

Vereor autem (*Lecl: benev:*) ne, dum stupendam ianc describere varietatem moliar, tibi, longa enaratione & multiplici mea demonstratione, oneri sim: nulta enim (absit jactantia!) horis subcisisvis animalium perspexi genera; cum itidem varia occurant, quorum perlustrandi mihi non est nata opportunitas, auctores de iis dicentes, ubi ad meum propositum facere id videbatur, designare non neglexi.

De SITU & NUMERO oculorum dicturus inferius, observavi sequentia.

PRIMÒ; ipsa oculi figura & bulbus variat immensim, pro animalium cœtu, depresso hisce, sphæricis &c. illis & sic porrò alius, in aliis est; ut liquet HOMINE, QUADRUPEDIBUS, PISCIBUS &c.

SECUNDÒ; differunt quoque, pro unoquoque genere, ossæ orbitæ, quæ, varia excavatione & diversissimis rugulis & eminentiis circumscribuntur; quæ differentiae est eximiè inter HOMINEM, BOVEM, CANEM, PORREM, VULPEM, CASTOREM, ARDEAM, AN-

GUILLAM, RANAM &c: licet enim variæ animalium species ad hoc, aut illud genus, quod in vegetabili herbarumque speciebus discernendis frequens inventum, sive doctrina est, referri possint; ipsa tame oculi figura ejusque *ossea orbita*, sive *fovea*, in qua i multis reconditur, aut ex qua in aliis, prominet pro diverso genere animalis, diversa reperitur: præterea, non videtur petenda ex animalis cranio ejusculi figuræ ratio, cum illa persæpè nequaquam orbis figuræ respondeat: in SIMIA quippe quæ profunda, in CASTORE, LEPORE aliisque excavata, habit bulbi respectu, parùm existit.

De PALPEBRIS, ARCU CILIARI, CILIIS, SUPERCLIIIS, laxa, vel tensa, circa oculos, CUTÆ, ineffabiliter in viventium genere & ordine varietas; plurimi autem PISCES; etsi TURSIO, plurima INSECTA; etsi BOBYX, iis instruatur, palpebris carent. AMPHIBIA quædam iisdem, ut & VITULUS VULPESQUE MARINUS quædam verò unâ tantum & quidem superiore, TESTUDO, quædam itidem nullo earum vestigio cenantur.

Tres mihi sunt CHAMELEONTIS species; in earum una, palpebræ insignes, in secunda, vix quidquam, tertia, quod palpebram fingere posset, extat nit. Si à posteriore & ab effectu colligere aliquid sit lit-
tu:?

um? putem crediderimque, animalcula, hac suppel-
tile exteriore destituta esse, quibus in. & à circum-
uentibus aquis, vel aëre, de extima oculi tunica, for-
es satis nitidè depelli abstergique possunt eadēmquē
crere, sine visus noxa, quibus, in, quam perreptitant,
terra, spatiorum satis ad visus actum, est relictum;
de varios VERMES REPTILIAQUE plurima.

De ARCU CILIARI, CILIIS & SUPERCILIIS eo-
mque varietate, res ipsa loqui videtur: ubi nullæ
palpebræ, ibi de hoc ornamento nullum vestigium,
ut illud extat, diversum & varium, pro palpebra-
m differentia & varietate est.

Circa GLANDULAS, ADIPEM VASAQUE OMNIUM
GENERUM, non tantum pro animalium generibus, sed
speciebus & in illis individuis, tanta est differen-
ti, quantam declamare ipse vocalissimus STENTOR
& audire patientior quisquam non sufficiat FABIO;
C: gr: in HOMINE, quæ unda prostat GLANDULA
CRYMALIS, in BOVE, tuberculi ex parte levi
membrana coniecti & cartilaginei in modum, promi-
c, cui annexa est glandosa intus tendens moles.
reniri & nasci hoc loco, naturaliter, ad certam
undam ætatis periodum, in CERVO, oculi cui præ-
mgni sunt, lapidem, fabula est: vide de hiscè erudi-
tissi-

tissimum SCALIGERUM, *exercit: 112.* negantem mul-
torum, hac de re, assertiones; cum autem mil-
larga, ad perspicienda cervina capita, data sit occa-
sio; rem, ut mihi imaginor, detexi totam: in anno
fissimis CERVIS, aliquando durum rotundumque in ei-
cantho majore, eminet tuberculum, natum, ut ver-
simile est, post multam animalis lacrymationem, fori
& ex multa lippitudine & ophthalmia, quibus symt-
matibus valde est obnoxium; lacrymatur autem in
mensum; hasce, vel earum reliquias, tractu temp-
ris indurari posse, dubitat nemo, ut & appositione
augmentum capere & ex palpebrarum motu levigari
vidi saepius à canibus detentum, hoc animal, inter g-
mitus & suspiria horrenda, ita lacrymas fundere,
ipsi maderent genæ & hoc usque dum ensiformi ci-
tro perfoderetur.

De GLANDULÆ INNOMINATÆ (superfedeo vola-
lium & reptilium generi: in primo enim ejus vestigia
aliquando, in secundo, quod sciam, nulla unquam su-
detecta) LACRYMALIUMQUE, pro animali, VASORU-
M, varietate, multa legere sunt apud excellentiss: STENON-
UM, quem imitari studere, Icareum videtur tentare.

HOMINI, OVI, PORCO, ad- & inter musculos-
culares, adipis concessum est multum, APRO, ejusdei
generis animali, parum.

Renuntiando autem generaliter, illud, omni in animali, reperitur verum; ubi major requiritur motus, eo loci glandularum, adipis & vasorum sanguiferorum &c. major est copia; proinde animantibus, PALPEBRIS destitutis, CORNEA strictè expansa junctaque ADNATÆ adminiculo, ossæ orbitæ, glandularum, vel adipis, vix quidquam est concessum idque vivere est multo in pisce & insecto: ea tamen cum differentia; ut quod in illis adiposi glutinis instar, in pisce aquei liquoris, tantum appareat. De vasorum & quidem arteriosorum variegato, ex membranis iis acumbentibus, colore & aliquando pro specificis aqueductibus sumptorum, errore; monuerunt jam nunc lili, satis prudenter; idem quod dictum velim, de etiformi plexu nervorum in- & ad memoratas tunicas extenso.

De MUSCULIS, præter notissimam eorum numeri iversitatem, notabilior insigniorque illa habenda vietur, quæ CHAMELEONTI propria est: hoc enim animal, uno oculorum bulbo in altum erecto, alterum ad inferiora vertere potens est; quinimò, rotando lobuli quasi in formam, totum circumagere bulbum: oculi de animali, qui plura legere desiderat; adeat is academicos Gallicanos.

Emissionis oculi, extra OSSEAM ORBITAM, exempla
D sunt

sunt perplurima; ut in GAMMARE, COCHLEA &c; multis quoque animalibus denegatus est MUSCULUS; TROCHLEARIS; multis ad latera, ope vaginalis cuiusdam musculosi organi, oculi planè vertuntur; ita ut CORNEÆ membranæ appareat nihil; multis corpore tenerimi, multis è contrario robustissimi oculorum sunt musculi; petenda sunt hujus primi asserti, probationes, ex ECHINO, TALPA, FELE variisque FISSIPEDIS & secundi ex HOMINE, TAURO, MULO &c: porrò ex omnibus SOLIDUNGULIS.

Tunica DETERSORIA, nictitans, sive tendo qui membranæ in modum, ab interno ad externum ducitur oculi encanthum ADNATÆQUE adhæret, BOBUS FELIBUS AVIUMQUE autem in primis cœtui familiaris, HOMINI, PISCIBUS omnibus, HYBRIDIS, ANDROGYNIS atque AMPHIBII nequaquam est.

ADNATÆ membranâ, multis animalibus laxè, quem admodum CANI MARINO, ASINO, aliis strictè, uLEPORI, VULPI, bulbus oculi partibus annexitu vicinis; quibusdam verò denegata illa est planè; exempla sunt in multis TESTACEIS INSECTISQUE in numeris.

CORNEÆ TUNICÆ varia est maximè & fabrica & facies; quibusdam animalium durissima tota, cui ejus

ejus sequela, ut PISCIS CHARCHARIÆ; aliis mollior & tota non æqualis duritie; ut NOCTUÆ; in genere tamen dura & in omni vivente transparens; sed & robusta, in multas Lamellas, maceratione, divisibilis; Ut liquet in HOMINE, TAURO, EQUO &c. FICEDULÆ verò tenerrima & non nisi multa arte, separanda existit: In nonnullis globosè extensa, in multis plana & sine eminentia exorrecta. Nigricat in FELE ZIBITICA, GLIRE, TALPA, unà cum sibi contiguis membranis (quibusdam enim animalibus CORNEÆ cohæret UVEA) in HOMINE verò aliisque animalibus ex livido albescit. Cornea re vera est, in PISCIBUS, TESTACEIS, CRUSTACEIS AVIBUSQUE INSECTISQUE semper.

PUPILLA, quæ BOUM generi & aliis quibusdam eius speciei animalibus, ab uno, ad alium oculi encanum, spæricæ depressæ est figuræ, in FELE contraria obtinet dispositionem; HOMINI verò orbicularis sit concessa. In RAJA fulget insigniter, ab UVEÆ ullore repercuſſo & coruscante in oculi fundo cœuleo-argenteo.

TUNICA UVEA, in multis unicolor, in quibusdam discolor & variegata, pluribus perforatur; AQUARIUM verò cuidam speciei non, aut ad minimum ix visibiliter, tendo quidam pellucidissimus, cuius

tamen veram dispositionem investigare satis mihi non licuit: unicam enim circa NORDVICUM, in tumulis arenariis, captam, perspiciendam obtinui.

De PROCESSIBUS, LIGAMENTIS CILIARIBUS, IRIDE membranisque fibrillisque, hoc loco facilè in plurimas, pro genere & specie animalium, dividendis, indefinita est varietas; ita ut, quæ hoc in animali albescant, in illo nigrescant, in aliis flavescent partes: adde & ad anni tempestates, lunæ vices, morbos, vitæ periodum & alia multa, colori respectu, in oculis mutari; exempla sunt in TRUTA AQUATILI LUPO; sed verò absit ut, cum CARDAN statuerim, totum oculum FELIS eo tempore magnitudine & pupillæ motu, mutari, saltem hoc observar mihi huc usque non est datum.

Eadem res cum RETINA TUNICA ejusque expansione est, variat, nempè, pro bulbi fundo ejus figur extatque, pro diversitate animantium, colorata diversimodè; ut patet in BOVE, LEONE (de quo vid Clariss. PERRAULTIUM, *mémoires pour servir à l'Historie anatomique*) CANE &c: hæc enim tunica glabr quamvis, dixerim fluctans, in nonnullis videatur & à multis pro verò & proprio visus organo habeatur utpote lumen ab objectis reflexum recipiente &c. e & constat ex nervi optici, crinitim dispersi & men
bran

branæ adinstar uniti, congerie: de ejus expansione aiiisque cum partibus connexione, non definienda est varietas: in animalibus enim, quibus oculi liquoribus iotissimis tribus, vel eorum nullo exornantur, hæc unica firma & aspera existit; quinimò vix titulo membranæ designanda venit. De hoc lemmate quædam ostea.

De TUNICIS, porrò ARANEA, VITREA earumque fabrica, plus ex liquorum quos continent, massa & figura, quām quidem manuali demonstratione statuere est; imo, nisi ex congelatis nunc, nunc putreæ ex parte confectis, itidem vivorum oculorum infectione eorumque actione, colligere liceret multū, culta sanè, quæ de iis affirmantur, ulteriore opus habent illucidatione & experimento: tanta enim, in vis, est teneritudo, quanta ad describendam earum dispositionem, quoque laffare valeat lynceum LEEUWENHOEKIUM. Quæ aliquando in iis, pro vasis demonstrantur, plicæ sunt, vel forsitan, omnium existimæ nervorum distributiones; unde quasi caruncula, amethystini coloris, quibusdam bestiis, oculi adus splendet fulgetque.

LIQUOR AQUEUS, qui sine noxa, saltem visus perditione, exprimi de oculo potest & brevi restauratio in cane; est quantitate, varius maximè: in FE-

LE ex: gr: paucus, in FRINGILLA copiosissimus,
CETACEIS ferè nullus:

Omnium tamen humorum, oculo priorum, rior est CRYSTALLINUS, duritie, cohæsione, figura &c. non commemorabo vel quidquam de ej: majore, vel minore diaphanitate, magnitudine, ini- riore naturali lamellataque fabrica: de hisce (*lect. l. nev.*) vide FIGURAS LEEUWENHOEKIANAS; observ- turus tantum quædam, circa ejus figuram: ejus cumscriptio, in quibusdam animalibus, ut in FEL posterius plana, convexa anterius, secus (vide Lau multa exornandum PERRAULTIUM) in LEONE, animali à me nunquam examini anatomico submisso. PENNATIS plurimis, in quibus visibiliter à pro- cessuum ciliarium motu ejus figura mutari potest, flacidulus, in aliis immobilis quasi & durissimus, n- la arte ab tunica cui inhæret separabilis est. Les formam multa, præsertim PISCUM genus, nequ quam obtainere, compertum & vulgatum dudum es-

VITREUS HUMOR, quemadmodum in FELE undat; ita in aliis, aut desideratur, aut parva n- le comperitur; vide LACERTAM, LINGULAC. & c. est & ejus consistentia admodum varia; hoc, - delicit, in animali glutinosa tenaxque, in illo ci- taetū mollissima & diffiuens in aqua formam. If- fcc

irt quoque, pro LENTIS CRYSTALLINÆ immissione
i vitreæ partem anticam, ejus excavatio, in postica
convexitas: adjicio varia etiam, respectu sui, gaude-
ri circumscriptio, colore & tunicæ adhæsione:
tac enim in quibusdam citra molestiam & arte nulla
soaratur, demonstratur, quod in aliis impossibile au-
tm est.

Si (lect. Benev.) liceat & patiaris? enarrabo hoc
ico HISTORIAM ANATOMICO-CHIRURGICAM,
nn parum, ut mihi persuasum babeo; penes te
men sit judicium, ad nunc memoratarum mem-
banarum & humorum, demonstrandam fabri-
cim & munus facientem; unâ ut fidelâ, non u-
m duntaxat dealbem parietem: digressio quippe
hic inservituta Anatomicis & inservituta medi-
co-Chirurgis, prodit.

Ipso festo paschatis, A. 1710, dum uxor Jo-
ANNIS LA SAAR, in civitate Lugdunensi in Ba-
vis chirurgi, filium suum, novem annorum, ex-
orgefacere & de lecto elevare conatur, lædit, for-
san reluctante pueru, hamulo, manicæ suæ adsuto;

&

& non coniuncto, pueri sinistrum oculum graviter
multas inter vociferationes, insigni ex dolore, pro-
ductas, puer in lectum descendit: accedens pater vide-
vulnus per ADNATAM non tantum; sed & CORNE-
ejusque sequelæ partem, oculo inflictum, eminentem
& propendente UVEA & naso non leviter lace-
rato: quod sui muneris credebat, præsttit; verùm
aggravescientibus, de die in diem, symptomatili
consiliisque, non uno cum professore medico & ch-
urgo, habitis & ferè ex omnium sententia con-
firmatus, esse de pueri visu, hoc oculo, actum
post aliquot tamen dies, me quoque ad prædic-
casus inspectionem vocat; promptus ad meum be-
 officium, non solus; sed & cum duobus studio-
veteranis, exploraturus rem, eo, cum patre, n-
contuli videmusque puerum, ut modo est dictum
misericordium in modum decumbentem & quide-
eo cum vulnera biante, ut in genam pellucidissim
HUMOR VITREUS, suo cum velamine partibus
que, ut videbatur, quibusdam UVEÆ penderet ho-
renter; doloris et si puer, ut est mitioris indol-

satis esset patiens; attamen continuò fricabat locum affecium, inflamatum, tumefactum, qua propter mirabar teneram & propendentem tunicam ad sucdum extare illæsam. Effluxerat jam dudum de oculo HUMOR AQUEUS, verùm ejus ultro stillicidium observabatur à nobis observatumque erat à patre, toto vulneris tractationis tempore.

Parentium non tantùm ad rogationes; sed & ex desiderio, laboranti puero occurrendi, addiderim ingenuè & experimentum instituendi, quid, hoc in casu, ars, à me ab juventute mea indefessè ulta, CHIRURGIA, valeret, me totum huic negotio tradidi & quidem sequenti methodo.

Quod primùm mihi peragendum duxi, peregi nox, id est, commendavi, in tergum positus æcer, hoc statu, in lecto detineretur, quantum sset possibile: deinde applicui plagæ & fronti medicamenta; sed verò tum temporis in aliud cùm præscripta, extantia; decade secunda merum exercitationum anat. chirurgicar. tit. de ANNO; quia autem is ille libellus forsitan, tua

non est in manu, tuum in usum (lect. benev.) & utilitatem illa describam.

R. Mucilag. Sem. Psyll.

Cydoneor. an. ȝȝ.

Croc. ȝj. ebulliant leniter in aq. foenic. ȝij
Exprimant. & applic. cum quadruplic
linteo & ligatura S. A. tepidè.

*Iterandam sæpius, hanc mucilaginem, toti oculi
intus & extus applicandam, parandam proposui.
Unà cum sequenti anacollemate;*

R. Bol. armen. ȝij.

Sang. dracon.

Thuris an ȝj.

Far. volatil. ȝj.

M. C. S. Q. Vitell. Ovor.

*Fronti temporibusque injiciendum: horum medi
camentorum beneficio, brevi nobis datum est, ob
servare dolores sedatos omniaque symptomata
puta emphysema palpebræ, inflammations &c. m
tigata; ita ut de constitutione plague nunc judicai
valuerimus probè: observavimus itaque illacera.*

& suum humorem continentem TUNICAM VITREAM, UVEAM, cum partibus exterioribus & vicinis, vulneratam, dimittentem cum contentis, VITREA& partem insignem; verum de RETINA& ejusque expansione ne quoque aliquod quidem vestigium.

Interea temporis, distinxit, in tergum positus iatiens, aliquando objecta egregie, aliquando ræter fulgurans & fulminans lumen, nihil & uidem præsertim ubi, necessitate urgente, defecto, capite prono, vel in latus pendente, elearetur: ne ergo hoc incommodum consolidationi UVEÆ cæterarumque obstaret membranarum, curvimus, injiciendo in- et ad oculum variae magnitudinis S. A. compressulas, pulvilos: quinque tandem septimanarum spatio, quo æger semper in orsum se continuit, evasit curatus; nisi quod is a in cicatrice vulneratae ADNATAE, ad limbum CORNEÆ tuberculum exilissimum emineret, non depressum, nunquam rediit. De vulnere, nō simul inficto, quod moneam nihil habeo: cum enim illud extitit citò. Verum hoc obser-

vatione non indignum credo ; me & confido neminem eorum, qui mecum huic actui interfuerunt, toto tractationis hujus casus tempore, unquam aliquid vidisse, quod sanguiferum vas, ipsa in UVEA, vel VITREA membrana, vel quoque fingeret. Collige nunc (lect. benev.) an, quæ de STAPHYLOMATE ejusque curandi methodo, persæpè scribuntur, narrantur, veritatem sapiant? absolvō; prædicto puerō, adhuc sano in vivis, Deo gratias! integerrimè est restitutus, læsi oculi visus & quidem eum in modum, ut unius & alteri oculorum: dexter quippe oculus quandoque intensa inflammatione & intumescentiâ vexabatur, nihil ad munus suum exequendum, desit.

Ubi autem ADNATA, vel CORNEA tantum & absque UVEÆ prolapsu, fissa, læsa, lacerata extant, eo, quod sequitur, usus non semel, optimo cum successu, sum medicamento:

R. Mucilag. Rad. Consolid. Major. ʒi.

Croci gr. vi.

Laud. opiat. gr. iv.

M. applic. tepidè.

Quod si oculo adhæreat, ut sæpè fit, exsiccatum hoc medicamentum, aquâ Rosaceâ &c. leniter de vulnere abluendum est.

NERVI OPTICI immensam patiuntur varietatem & differentiam ; respectu ortus, progressus, multiplicationis membranarum, sive sui involucri, porrò ipsius corporis ejusque duritie, mollitie, adhæsionis, conjunctionis cum- et ad vicinas quasdam partes &c.

Orti, in HOMINE, molliores ex opticis thalamis, juxta corpus striatum, quo magis oculi bulbum appropinquant, eo fiunt duriores, egrediuntes de calvaria, mox longè à fœse invicem sejunguntur, contrarium quod in plerisque brutis observare est : quinimò NERVI MOTORII filamenta OPTICUM obambulantes, cum eo intus repentes, intus quoque in multas oculi partes disperguntur. In GALLINACEO GENERE, oculum, suo de velamine, dispertita parte, durâ matrē investit : perforari multis foraminibus, secundum eorum longitudinem, in majoribus feris, exemplis docemur. OPTICOS & MOTORIOS NERVOS, in CANE proximè, ipso in cerebro, conjungi, probabit inspectio ; patientibus secundis, mox post egressum, quadruplicem divisionem. In AQUILA cinguntur membranula nigricante. In LUTRA, totus eorum tractus asper existit : hoc amphibium animal sæpius à pescatoribus, hiemali tempore, in illud venatum excurrentibus, accepi, itidem & à pellionibus, hac in urbe, propterea, nisi vererer expatiari

de subiecto meo , ejus integrum anatomen (*lect. benev.*) tibi traderem , dignam sanè Physicorum inspectione , propter variam , circa pulmones , partes genitales &c. ab aliis animalibus , differentiam . In BUFONE plexiformi vasorum sanguiferorum , intènse rubentium ritu , ornantur . In PAVONE anterius duri , circa exitum , tubulosâ prominentiâ dotantur . In piscium coetu non minor OPTICORUM NERVORUM est varius tenoris ordo . Sic in CANCRO cartilagineæ vaginæ includuntur . Qui se habeant in plurimis insectorum , exhibebitur infra . In MARINIS majoribus breves , robusti , in FLUVIATILIBUS longi , teneri , mox de cerebro ad oculum exporriguntur .

De oculorum SITU , sive loculamentis à quibus oculus excipitur , vix & ne vix quidem quoque effanda videre est diversitas . HOMINI , orbitæ ossæ inferti , superiorum lateralemque maxillæ superioris regionem occupant . Muscæ eos anterius ab latere usque in verticis initium extenduntur , datur & earum species , quibus summo sunt in capite . CULICIBUS cristatis , circulo unionibus fulgentissimis ornato , extra caput , circumscribuntur capitique tantum quasi annectuntur .

De MAGNITUDINE oculorum , parum quidem
mo-

moneo, cum hæc in genere, specie &c. variet æternum & quæ plura hoc de Themate? EPHEMERA etenim mas, teste Cl. SWAMMERDAMMIO, quod & in meo musæo videre licet, oculos, duplo fœmineis majores, obtinuit. Immensæ magnitudinis oculos PERLIS, sive LIBELLIS eosque emissitios & virides; ACO verò minutissimos, FABRO iterum pisces prægrandes & aurei coloris natura concessit & sic porrò.


De oculorum NUMERO (absit, ut de incredibilibus, quæ fingere mythologus quispiam; explicare vero loctus ipse non sataget PALÆPHATUS, ut de ARGO, CYCLOPIBUS, aut oculos in pectore gestantibus heroibus, apud te (*lett. benev.*) verba facere, suscipiam) elegantior & eximia est designanda, ludibundæ in prolificando & hac in parte quidem maximoperè, Naturæ diversitas.






Quàm parum autem titulis sit insistendum docet AMPETRA fluviatilis, Belgis, een Regenoog, cui luos & non plures eosque dispositione elegantissimos idemus tributos, à communi piscium familia in eo iifferentes, quod intensè nigricantes & durissimi, ultra vix vi intus deprimi queant; ut in prægrandi olim, d'cataraætas prope AQUAS VETERES capta, per vestire mihi fuit opportunum.

Sic

Sic SCARABEORUM oculorum, pro genere terrestri & aquatili, numerus varius est (vide MOUFETUM aliquoque) nobis domestico, vario modo dividitur oculus. BOMBYCI quatuor, ut & ARANEO; TARANTULÆ octo, aliis porrò insectis tres & plures proprii sunt.

Tandem MUSCA cærulea major, Belgis, een Heizer, cuius ejusque speciei, hoc loco, anatomen oculi tradam, perplurimis instruitur ocellulis; sed (*lect. benev.*) si unus & alter sufficiat oculus ad visum visusque actum efficiat perfectum? quid, cæteris animalibus, visu, non præstabit hoc insectum: facto enim, ex dimensione, cuiusdam partis globuli, cui inseruntur, computo, experior, eorum numerum, ad aliquot assurgere millia; hi autem omnes & singuli nullâ palpebrâ contecti, immobiles sunt, multitudine. ut videtur, implente necessitatem motus eorum localis; ne, nempè, pedibus celerrimè motis, aut alis in volatum rapidissimum vibratis exercitatisque, objecta citius nimium transirent fugerentque animalculi vi sus observationem: si enim duobus tantum instructum fuisset oculis, prædicti periculi metus non omnino videretur vanus; secundò, ne hoc, aut illo ocellul moto, figurâ mutaretur alter & hoc pacto, confusoriaretur unius ejusdemque illuminati objecti representatio: uno quippe ex hemisphærio protuberat omnes æqualiter.



*Fig: 3.**Fig: 7.*


A.

B.

C.

D.

E.

Fig: 5.*Fig: 6.*

Genuinam horum ocellulorum figuram, fabricam & ad-spectum, refert

T A B U L A Q U A R T A,

Delineans,

F I G U R A P R I M A,

Partem hemisphæri CORNEI, ut ædibus Clariss. A. LEEUWENHOEKII, ope suorum microscopiorum à nobis visa & à celebri Piëtore Delfensi; sed auëta ejus magnitudine depicta exhibetur. Singulorum ocellulorum figura hexagona est. Quæ repræsentatur pars sicca erat & splendens propterea vitri ad instar egregiè.

F I G U R A S E C U N D A

Exprimit, vivæ MUSCÆ, majusculâ formâ, ocellulorum compagem: ambit, nempè, omnes, vel si venis (lect. benev.) totam CORNEAM, circulus quidam A. A. A. ossus, fusco-nigri coloris & levigatus, quasi balena eleganter, cui, quemadmodum in aure, tympanum, membrana B. B. in planum exorrecta, anrectitur, quâ cum orbita confirmatur exactè. Tota CORNEA hæc superficies & singuli, in ea protuberantes oculi, in vivis ex fusco rubent, in demortuis rigicant & dura licet hæc sit membrana, facile in

viventibus deprimitur; sed & resilit æquè facile, restituente sese mox tota superficie, vel unoquoque depresso oculorum in naturalem dispositionem. In oculorum fundo albedinis, vel diversi coloris, conspicitur nihil. Singulos oculos vasis sanguiferi ramo circumlui, nobis constitit distinctè.

Dari ocellulos quadratos, rhomboidales; imò & varie mixtorum angulorum & figurarum una tamen de CORNEA eminentes, ut sunt illi CULICUM, ut & propenduli CRABRONUM, falciformi multaque divisione (antennas vocant) distincti ac numero incerti: itidem CADÆ minoris, cui, ut & LOCUSTÆ quondam oculi ab auctoribus negabantur &c. ut exprimitur

FIGURÂ TERTIÂ.

Intelligendum semper, omnia hæc immensum auctâ naturali magnitudine, exprimi.

Quibusdam animalibus oculos merè orbiculares concessos, probat SQUILLA GIBBA, tales cui octo sunt; vide

FIGURAM QUARTAM.

Horum septem in circulum, unus in medio est; omnes inhærentes membranæ cuidam duriori, cinctæ valido testaceo margine. In MUSCA flavo-fusca, ovales periuntur, inspice.

FI-

FIGURAM QUINTAM,

Dehinc sunt ab eis invicem, mediante vertice aurifimo, ocellorum retia valde, juxta capitis longitudinem, exponentes.

Omnes & singuli Muscae majoris oculi membranae obducuntur pellucidissimam intus: ut representatur

FIGURAM SEXTAM,

Exhibente interiorem hujus organi faciem: tot enim distinctum jam apparet excavationibus hexagonis, quot, a parte exteriori, eminentiis.

Hanc praedictam membranam sequitur tegmen, potius retiformis plexus inextricabilis vasorum sanguiferorum; ita tamen interdivisus, ut nullibi locorum, nisi circa bulbi marginem & ocellorum interstitia, comperiatur. Lamellatis hisce membranis depositis, nihil conspicitur, nisi gluten quo congregati & diluti quidem sanguinis, moleculam simulare posset cumque itidem ipsa illa spatia, vel interstitia inter ocellos vix possint distingui, nisi per opacam eorum lineam, figuram describentem: cohæret enim jungitque eum in modum oculus cum oculo omni ab latere, ut mutua appositione, unam membranam componere videantur. De vasorum genere & distributione, hoc

tantum mihi observare contigit; quæ mox retuli: strias quidem plurimas ductiformes & albantes quas- damque vidi fibrillaceas; verum quid liquoris vehant, ignoro.

Partibus hisce remotis, detegitur ocularis globi fundus, hic asper, alibi lævis; interius autem di- stincti liquidi nihil, nihil saltem, quod lentem cry- stallinam adumbret: tegmini vasculoſo tamen adhæret inferius gluten inseparabile ab ejus ortu, sive trunco.

F I G U R A S E P T I M A

Proponit ovalis figuræ ocellulos, parte ab interiore conspiciendos; inter quos majora interstitia observare sunt; in cæterum, cum quibusdam, jam nunc demon- stratis, convenientes.

Sed accede (*lect. benev.*) miraberis mecum CEREBRI hujus animalis exiguitatem. Inspice FIGURAM A.

Exprimit hæc CEREBRI NERVORUMQUE OPTI- CORUM molem, ut quoque fit, sub literis B. & C. proportione adaequa: dixeris mecum sanè, cerebrum quantillum! videtur imò potius nervorum opticorum appendicula, aut eorum concursus: descendit enim mox ad inferiora & quidem ea exilitate de capite, in formam nervi, ut omnem separandi methodum, fal- tem

tem meam atque investigandi modum effugiat: itaque hoc animalculum, respectu capitis cæterarumque partium, oculus prætereaque videtur nihil: armato tamen oculo integrum est, ejus cerebri elongatam partem, quemadmodum in plurimis insectorum id reperitur, vide extensam per & juxta dorsi longitudinem & sic porrò ad usque extremas quoque partes.

Cuidam MUSCARUM FLAVESCENTIUM speciei, capitis parte anteriore, duæ, tres & quoque plures, datæ sunt pelliculæ diaphanæ, nullatenus aliqua conjunctione oculis continuæ. Harum fundus incumbit proximè cerebro, propaginem nullam opticorum nervorum recipiens; quodnam earum sit officium, ego cum ignorantissimis scio, vide exemplum, in FIGURA QUINTA; sub literis D. E. E. Tab. quartâ.

In omnibus insectis non quidem semper ossa; verum balenæ, vel cornu ad instar dura organa corpus eiusque partes fulcientia & sustentantia reperiuntur.

Perlustrato præfati animalculi visus organo; etsi aertè profitear, me ad oculum non posse demonstrare dispersas, in RETINA, nervorum opticorum ramifications, multò minus, concurrentes, vel unitas eorum in thalamis opticis partes, quarum parallelismus semper distinctè, usque dum in thalami sub-

stantiam visum fugiunt, in HOMINE & BRUTO observo, conjicio tamen, singulas & omnes unius objecti illuminati representationes, sive imagines & singularis & omnibus ocellulis, pro eorum numero, in fundo ocularis globi, à RETINÆ membranæ organo, excipi, hinc NERVORUM OPTICORUM ope deduci ad cerebrum; verum eo loci, in unum coalitis hisce nervis, unam unius objecti conspiciendi, efformari representationem: una quippe tantum requiritur objecti pictura, non multiplex, non multiformis.

Data hac verisimilitudine, sequitur; animalia multis oculis instructa, non plus videre, quam quæ tantum per duos objectorum illuminatorum imagines recipiunt.

Sint itaque; Ex: gr: ex una CORNEA, prominentes semibulbi, vel CORNEÆ multiplices hemisphæriolæ, vel aliarum figurarum singulariter circumscriptarum, ocelluli; hi omnes & singuli à bulbi generalioris hemisphærio, acceptam illuminati objecti imaginem eam in retinam undeque, complicatis & in unum truncum abeuntibus NERVORUM OPTICORUM propaginis, in cerebrum, sive ejus substantiam medullarem, nervorum matrem, deferunt: hoc enim modo nulli confusione, nec visui, distinguendi objecta, videtur posse dari locus;


Verùm, ut hoc quoque de supposito (NERVORUM, nempè, OPTICORUM propagationes in unum truncum abire) omnem dubitationis scrupulum amoveam; adhibeo *Primò*; exempla; *Secundò*; demonstrationes.

In multivagos, primò visibiles & tandem sensimque in narium velamentum delitescentes ramuscusos filamentaque membranéo-formia, unum unicum NERVUM OLFACTORIUM distribui, acceptum ab omni anatomico, autumo: idem ergo illud de GUSTATORIO, AUDITORIO &c. pro dato habeo: ut enim TACTUS generalis est, nerveacii systematis mureris, titulus ejusque actus causa; ita tamen quoque specifico huic, aut illi nervorum, specificum est npositum officium: Ex: gr: nervo olfactui inservituro commercium est nullum cum eo qui visus actui perfidendo est destinatus & sic de cæteris: nervos porrò unc mole, ab eorum progressu & ulteroire disparone ad partes specificas, augeri, tunc diminui nonum est satis notumque singulum quemque nervum ejusque propaginem, ut uni specifico officio destinatum, unum ita duntaxat posse & tantum exequi unus.

Nisi ergo concedatur unius nervi, filamentorum dispergendorum ad partes coalitus & truncus, inevitanda sequitur sensationis particularis, confusio; idem quod (in transitu hoc dixerim) considerandum; imò & colligendum de singulorum muscularum eorumque fasciculorum & linearum actu, statuo.

Secundò; ut ea, quæ supra de MUSCARUM in specie & aliorum animalium, in genere, oculis multitudinorum, comparativè, attuli, probem; Musca MAJORIS per medium dissectam unam oculorum seriem, sive hemisphærii cornei, ut supra, dispositam particulam, propono.

TAB. V.



Ut jam hæc demonstrentur, sit A. (vide Fig. 1. Tab. 5.) basis pyramidis unius oculi superius radios luminis recipientis, Hemisphærium globi orbicularis B. B, Mucro in C, versus retinam E. incidat radius luminis perpendiculariter, transibit sine reflectione à via usque in C, & clare ac distincte pingetur in E.

Si jam superficies baseos pyramidis concipitur rotunda (vide Fig. 2 Tab. 5.) idem verum erit de radio perpendiculari incidente ab A. sed radii valde oblique incidentes ut I. I. incurruunt in latera pyramidis, nec ad retinam progreendi possunt, unde & nullam in ea pingunt imaginem.

Aut sint multæ tales bases convexæ (ut in Fig. 3. Tab. 5.) sive oculi seriatim positi in prædicto Hemisphærio B. B, excipient singuli luminis radios ab obiecto A. reflexos, tum non deferent hos radios vel imaginem conjunctim in unum Axin Opticum D, sed ingulæ baseos convexitas deferet radios à se receptos ad axim directe objecto oppositum: unde nonnulli oblique incidentes ad B, oblique modo in retinam E. incidunt ut in Fig. 4. Ex hac enim designatione liquet, unum tantum radium perpendiculariter in retinae sibi oppositæ partem, axin opticum, tendere, cæterosque oblique vel à latere ex hemisphærio ad eum accedere: quamquam enim in oculo humano quatuor

refractiones radiorum sint, visus tamen actionem una & altera, vel pluribus posse absolvit patet in aliis abunde.

Sit itaque in nostro animalculo basis D. pyramidis visus in A, A, A, (vid. Fig. 5.) Cornea membrana in multas convexitates divisa: Radiorum in iis receptorum conus in B. B. B. Retina C. C. C. illique continuus Nervus opticus D. D. ejus continuatio in Cerebrum E: Quemadmodum igitur lamellata ex variis tunicis Cornea membrana in Homine aliquisque viventibus non unum tantum, sed plurimos ab objecto illuminato excipit radios, eosque per aqueum, Crystallinum, Vitreumque humorem eorumque involucra ad Retinam mittit; ita hæ plurimæ Corneæ singulatim plurimos receptos ab objecto illuminato radios (nulos permeantes humores) ad punctum Nerveum ipsius in Retinæ (quæ plana in hoc animalculo magis quam in aliis reperitur) oppositum præter propter deferunt: nec inde tamen visus, aut objecti repræsentationis confusio quoniam in horum animalculorum multiplici & singula superficiali quâque tunica oculi eadem accidunt, fiunt, absolvuntur, quæ in una cornea in aliis.

De distantia oculi maxime in superficie eminentis à retina remotissimi, conjicio (dimetiri enim hoc Mathematice meum non est) quod convexitates singulo-


rum

rum oculorum prout hic sunt, necessario requirantur, ut radii vividissimi, & distinctissimi Corneam transgressi in Retinam C. C. distinctam imaginem deponant, tumque id a radiis maxime perpendiculis sperari licebit.

Quæ porrò tegmini vasculoso pulposa adjacet macula; ea triplici videtur fungi munere, bulbosæ oculi guræ conservationis, luminis transmissionis modificati, & ne citius in retinam irruant objectorum imagines luminisque ictus: claustris quippe, repagulis, ambagibusque variis omnes stipantur ad sensationes iugis in- & ex auditus, olfactus, gustus, visus, i-
o sensationis universalis organis.

F I N I S.





CHRISTIANI à STEENEVELT,

DISSERTATIO,

D E

ULCERE VERMINOSO,

A D

Clarissimum Virum,

GODEFRIDUM BIDLOO.

1

200

GOODYEAR RUBBER

CHRISTIANI à STEENEVELT,

Urbis & Orphanotrophii Lugdunensis, in
Batavis, Chirurgi,

DISSERTATIO,

D E

ULCERE VERMINOSO;

A D

Clarissimum Doctissimumque Virum,

GODEFRIDUM BIDLOO,

Med. Doct. Anat. & Colleg. Practic. in Acad. Lugd.

Bat. Profess. Ordin. ut & Colleg. Chir. ejusd.

Civit. Præsidem.



Ummæ esse & publicæ utilitatis, Medicinæ nobiliorem partem, Chirurgiam, Te Vir, de Republica Medica meritissime, non latet artisque hujus evincit divina ratio, quotidiana praxis & experientia: hac autem (omni ut in arte & scientia) indagatoris veri & eruditio nis officium esse, omni seposito præjudicio, aliorum persuasione, auctoritate, nec verbis; sed re ipsa, persuaderi, ad hanc, vel illam, ad propriam, vel communem sententiam amplectendam, Tu publicè effari, ego sæpius sustinere eosque, qui hoc in dubium vocare non erubescunt, flocci facere, non sum veritus. Quis enim sine rubore, né dicam

A

dicam


2 D I S S E R T A T I O D E


dicam dementia, affirmabit? antiquos vetercsque in re Chirurgica, licet demonstrativa, nunquam deceptos: quis hujus aevi Scriptores, de re Chirurgica, doctrinā licet & scientiā illustres, omni ab errore immunes, afferet? ridiculum itaque atque debellandum illorum est praejudicium, qui pro auctoritate antiquorum scriptorum, tanquam pro aris & focis, bella gerenda statuunt. Falsum per omnes gradus; nihil dici, quod dictum non fuit prius nihilque detegi, quod detectum non fuit antea: *multum quidem, (utar effato Senecæ,) egerunt, qui ante nos fuerunt; sed non peregerunt, multum adhuc restat multumque restabit; neque ulli nato, post mille secula, præcidetur occasio, aliquid rebus adjiciendi.*

Sed longius & multo inutilium verborum syrmate hoc perse qui & exornare argumentum, necesse non est, cum hoc patere possit, si causam Ulceris Verminosi vermiumque in eo productorum, generationem & vim effectricem, secundum antiquos neotericosque, investigemus, nec non illorum metamorphosin & mutationem in muscas, ab nobis observatam, proponamus.

De Ulceris Verminosi nomine (scolecodes antiqui dixerunt) facie externa; quinimo symptomatibus, tota inter se convenit Medico-Chirurgorum schola; esse nempè ulcus, in quo vermes conspicuntur; rarissimè autem tantâ, hac in regione, veluti sequenti in casu nobis apparuere, sunt copiâ tantoque erumpunt agmine, ut totam ulceris adimplere cavitatem valeant.

De ortu & causa generationis horum animalculorum, antiquos statuisse, vel ex materia viscosa, vel putredine illa produci & in genere generari, memoriae est proditum luculenter; secundum recentiores verò fermentationi notha, vermes, mediante materia subtili, vel ovulis, per insecta in ulcere depositis, originem debere suam, literis demonstratum habemus: quoniam autem in enucleandis perscrutandisque rebus, methodo clara & perceptibili, nihil sit prius, necessarium duxi, imprimis & antequam de Ulceris Verminosi causa agerem, tibi, Viro oculatissimo, exhibere casus cuiusdam, hujus generis, narrationem; secundò, quorundam antiquorum recentiorumque judicia pervolvere & tertio, vermes in Ulcere Verminoso, non ex putredine, fermentatione notha, vel vi cœlesti similibusque causis; verum ex oyulis





U L C E R E V E R M I N O S O .

3

ovulis generari, produci, nasci, pro tenuitate mea, demonstrare. Accipe ergo (doctissime Vir) casus prædicti Historiam.

Maria Bulté, Amstelodamo-Batava, virgo quadraginta octo annos agens, vita continentis, valetudinis optime & robustioris, cecidit anno 1694. 21. May, ex tabulari, per duodecim gradus, fracturam passa pedis sinistri, trium digitorum distantiâ ab malleolis, tanta cum partium molliorum laſione; ut tibia & os digiti longitudine extracutim prominaret tantaque cum suræ ossis comminutione; ut ab eo momento, laboraret gravissimo acerrimoque, mox suberto, dolore, Accessor una cum experientissimo Petro Cossorio, hujus Civitatis & Universitatis eruditissimo felicissimo Medico; omnibus, secundum artem, ad repositionem deligationenæque paratis, parte extensa probè, os tamen denudatum & prominens, propter vulneris angustiam partiumque circumiacentium intumescentiam muscularumque præfertim rigiditatem, nullo modo de loco movere, minus multò, in naturalem debitumque statum reponere potui; qua propter vulnus (in arena enim, hoc in casu, utile & necessum consilium) forfice dilatare visum est; quo peracto artificio, ossa reponendi nobis est oblatâ occasio: Medicamentis (non levis namque erat hemorrhagia) sanguinem sistentibus symptomataque metuenda prohibentibus applicatis, fracturam ipsam fasciâ (belgice de Boekband) diligavimus.

Quæ inter curandum apparuere, præfertim duo eaque hæc fuere: primò, de die in diem multa diversæque magnitudinis & figuræ, depositum extraximusque de Ulceroso vulnere, ossium nunc sine, tunc verò non sine dolore patientis, fragmenta, separata partim ab pedum ossibus, vi exteriore, lapsu nempè partimque ope medicamentorum instrumentorumque. Horum fragmentorum acervus exhibetur, Tabulâ primâ; hæc inter, duo sunt (vide lit: A.A.) cauterio actuali desiccata, ut ex nigredine in osse minimè friabili, aut putrido liquet: fragmenta quædam aspera B.B. quædam lævia C.C. hæc ab exteriore, ille ab interiore parte depicta repræsentantur: minoris momenti varia una cum sordibus, neglecta sunt. Secundò, vigilias nobis fuisse & sedulas celebrandas & continuas, nè cutis, involucra & partes, tum corpori universo communes, cum partibus ejus singularibus, puta musculis, ossibus, propriæ; gravi contusione, circa malleolum

4 D I S S E R T A T I O D E

lum internum gangrænam; imo & sphacelum minantes, inflammatione atque diftentione, infestarentur nimia; periculis hisce ægram eripere & cataplasmatibus, fomentis, liquorum motum adjuvantibus solidarumque partium stabilimentum confirmantibus, succurrere non negleximus.

Sed en novum in tragœdia episodium! quinque, ab inficta fractura, post hebdomadas, apparet ulcus circa prædictam mal-leoli eminentiam, ex quo magna quidem materiæ purulentæ copia, absque foetore & partium circumiacentium putredine tamen, effluit: hocce consolidato denuoque perrupto, decimo quinto die, post integrimam, ut saltem videbatur, curationem, offerunt nobis spectaculum, fateor non injucundum (docebamus nempè ex eo, ulcerum inveteratorum consolidationes, ab Chirurgo diu debere haberi suspectas) & nunquam ab me antea observatum; novi enim, vel veteris, si ita velis, in Ulceris fundo, Vermes, numero quinquaginta, vivere, moveri, crescere cæperunt, hi capsulâ inclusi calidoque in loco depositi, spatio sex di-erum in Chrysalides, sive corpora oblonga, duriusculo cortice, vel cute contecta, efformabantur, famulo meo hæc fovente sollicitè, post quatuordecim dies in muscas mutabantur. Per-pendere statim cæpi, an vermes hi, ipsa ex ulceris substantia, partibus, nempè, hujus ægræ corpus integrantibus, an aliunde, ortum duxissent? & an tempore hujus læsionis, an verò posteà fornicatus ulceri intrusa esent eorum ovula, vel corpora? an hoc momento, casu quodam & fortuitò, in ulcus prædictum incidere potuissent & postremò, an ova unâ cum sanguinis latice in ulcus deducta, hæc animalcula, fovente & favente calore corporis, exclusisse verisimile esset: esse namque vermes in ulcere jam videbam, à posteriori verò colligere, eos, quia in ulcere erant, ex ulcere, ut suprà, ortum duxisse, rationi consentaneum videbatur minimè: video enim in ericetis campisque arenosis lucium aquatilem, aquâ vix contectum, ideone hic piscis arenæ ortum suum debet? video nidificare aves (nostratisbus Scholleuærs) in arbore harumque in nido pisces viventes, ideone, duce ratione, affirmare licebit, hosce, ex arboris substantia, ut matre, originem haussisse suam? longè sanè aliter sese habere rem putavi: in que-

vivunt, ex eo non producuntur animalia; alias enim aëri aves, aquæ pisces, terræ quadrupedum bipedumque genus principia deberent sua certò.

Priusquam meam tibi (Vir doctissime) proponam sententiam, abs re fore non arbitror: si antiquorum neotericorumque, hac de re, opiniones, disquisitionis trutinæ subjiciam modestè.

Licet insanire cum insanientibus, multis pro sapientia & quidem summa sit; præteribo tamen nè aëra verberare videar, nugatorum principes, cum sciam, te ab omni ineptiarum genere, præsertim vero inutili verborum suppellestile, abhorrire.

Producit, generari, nasci ex putredine vermes, tam in viventibus, quam non viventibus, receptum esse, ab multis, antiquorum Scriptorum monumenta produnt luculentissimè: veniunt autem animalcula hæc, sub infectorum & sponte viventium genere, cuius classes variae.

Statuerunt Themistius & Avicenna, animas viventium sponte nascentium proximè esse, oriri, fieri ab materiali forma atque intelligentia, separata infra Deum constituta, ut ab immediato efficiente.

Licetus, monstrorum ille plurimorum non domitor, sed inventor, asserit, generans primum esse animam, intelligentiam separatam, aut mentem. Post immensam monstrorum farraginem historiarumque opinumque exemplorumque ab fidei & rationis tramite longè errantium, de mirabili animalium ortu, eriem, ut, nasci vermes ex nive, igne, corrupto in utero spermate & aliis materiis, annuit L: 4. C: 70. ex Aristotele, Creationem physice nosci non posse.

Aldrovandus, L. de infectis 6. pag. 64. omnium vermium manrem dicit putredinem affirmatque mox, commune omnium vernum & eorum quæ ex vermis oriuntur, ut primordium generationis, aut à sole, aut à spiritu præstari: porro, per coitum non propagari.

Valesius, insistens vestigiis Aristotelis Galenique, docet, vermes ex putrescente cadavere nasci, quia calor naturalis facultatem habet cogendi humidum & siccum in putrescente corpore attue ita vermes generare.

Literatissimus Fernelius, L. 1. de abdit: rerum causis ab Cap 5. usque ad 10. demonstrare conatur, ex antiquorum dogmatis, viventia per se, aut, ut vocant, sponte nascentia produci ab cælestibus influentiis & ab earum virtute gubernari, statuens præter corpus, motum & lumen, cælestibus corporibus inesse cæcas vires causamque effectricem proximam, unde cuncta viventia animas suas immediate adipiscuntur utiturque effato hocce Virgiliano, tamquam veritate irrefragabili & sententiam suam confirmante.

Æneid. L. 6.

*Inde hominum pecudumque genus vitaque volantem
Et que marmoreo fert monstra sub æquore Pontus
Igneus est illis vigor & cælestis origo
Seminibus.*

Ut vermes inquit L. 2. Cap. 24. in aliis corporis partibus pluribus, ita quandoque in dorso in infantibus generantur, non nunquam etiam in brachiis, imo quandoque in aliis extremi partibus: sed audiamus jam de eorum ortu ejus sententiam. Hivermes autem generantur ex materia viscosa, in venis capillaribus ob cohibitam transpirationem, in hoc genus vermium, transmutata.

Ejusdem farinæ Paræi, Aquapendentis, Marcelli Donati aliorumque veterum ratiocinia, opiniones & systemata sunt.

Transeamus ad posteriorum seculorum ncotericosque, de r Chirurgica, scriptores, inter quos J. Munnix: Med: Prof: in Acad: Ultrajectin: statuit in ulceribus sinuosis, cavis, sordidis quæque ritè ab pure & sanie non purgantur, vermes nasci, vid ipsius Chir: L. 3. Cap. 4. eadem assérunt Marianus sanctus, Taugaultius & alii.

H. Regius olim in Acad: ultraject: Medicinæ Professo Philosoph: natural: L. 3. pag. 358. ita philosophatur:

„ Animalia autem, non tantum ex semine, sed multa etiam spontanea generatione, sine ullo semine, aut seminis analogo, giguntur, uti in pediculis & cimicibus, ex humanis sordibus vermis ex caseo & lignis, lumbricis ex ventriculi & intestinorum chilo aliisque innumeris, sponte & sine ullo semine nascentibus, „ passim

ULICERE VERMINOSO.

7

passim fieri videmus, dum, scilicet, terrestres particulæ in superiori tellure, à calore agitatæ & adaptatæ, ita inter se disponuntur, ut illæ non tantum in vitale venarum cordis & arteriarum cum venis continuarum rudimentum, sive germen; sed etiam in sensorium & motorium cerebri, nervorum, fibrarum & spirituum principium, concinnatæ; postea in perfectiora instrumenta, alituræ, sensationi & motui corporis locali inservientia perficiantur. Hoc admirandum naturæ opus levi penicillo hic adumbrare, aliquo modo, conabor.

„ Primum itaque, ex diversarum particularum terrestrium unione, oritur, in loco aliquo telluris quietiore, succus integumento partium tenaciorum, seu viscidiorum inclusus; qui ibi instar fermenti sponte incalescens, sese ad lineam rectam, quantum potest, ex legibus motus, extendit & producit venam, magnam partem rectam, multis fibrillis lateralibus præditam. Ea vena postea longius sese extendens magisque incalescens producit bullam fibrillis quibusdam nervosis instructam, quæ cordis est initium, in qua ingressi humores, propter pororum ejus dispositionem, majorem calorem & rarefactionem concipiunt; qui inde cum pulsu, ab halitibus spirituosis in fibrillas cordis ex vicinis humoribus influentibus præcipue orto, erumpentes, faciunt sibi aperturam alteram & viscidiorem vicinam materiam in vas longum, quod arteriæ est principium, extendunt. Cumque humores ex vena in illam bullam perpetuo influant, qui ibi rarefacti vicissim in arteriam sese, cum pulsatione, effundunt, hinc extenditur arteria in vas, quantum fieri potest, secundum longitudinem protensum, venam comitans & in ramusculos venæ sese insinuans succique calidores, versus superiora ad lineam rectam propulsi, producunt vas a cerebri; versus inferiora verò faciunt vas a genitalium & renum, succi autem minus calidi ad latera à calidioribus acti, gignunt vas a artuum, ut brachiorum, alarum, pedum.

„ Ex vasis, hoc modo, productis & poris suis præditis, egrediuntur deinde, pro pororum varietate, varii succi, qui diversimodè adaptati, producunt membranas, osia, fibras, carnes, parenchymata aliasque partes: sed sufficiat hæc citasse; non verò approbasce.

H.

H. Overcamp celebris satis olim Med: Doct: novitatibus nimirum studens (Vide ejus Ædificium Chirurgiæ & confabulationem pomeridianam) sibi, non aliis, ut credo, saltem mihi non, persuadet, non præexistentibus ovulis, vermes generari; animalcula hæc, scilicet, in ulceribus nasci ex humoribus in ipsis contentis & quidem ex putredine, orta ab fermentatione notha, mediante materia subtili, qua fermentatione motus vermiformis oritur & ex illo particularum motu, vermes generari.

Mirari satis non possum, Overcampium eo devenisse dementiae, ut statuere non fuerit veritus, motu vermiculari, materiam putrescentem posse converti, parari, disponi, formari in vermes. Videtur sane Overcampius miserandus magis, quam mirandus vermium formator & jejunus illepidæ inventor fabulæ.

Breviter; satis enim, ut opinor, habes & est opinionum, nè dicam ineptiarum nugarumque, annuis: Ex omnium enim horum sententia, vermes producuntur in Ulcere aliquæ corporis partibus, materiarumque statu & dispositione, ab, vel ex putredine, influentiis viribusque cœlestibus, sole, spiritu, calore naturali, materia viscosa; prima classis formaticem, effectricem vim, qualitatemque, sine materia; altera, materiam, sine nascendorum corporum lineamentis & ad producendum corpus vivens, partium sine rudimentis primordiisque proponit, ob non purgatas aquæ calore agitatas fordes; maximè foveri in fordinibus vermes, inficias non eo, ex fordinibus vero, tanquam materia, ex qua, facundi proprièque hinc ortum ducere, nego.

Qui de prodigioso animalium quorundam ortu. ex sui non simili, narratiunculas ament, videant Plin. l. 10. c. 66. Cardan de subt. c. 9. Scalig. com. in 2. de Pla. Arist. pag. 114. Columell. l. de re Rustic. c. 14. Theophr. l. 4. de Caus. Plant. c. 15. Athen. l. Ælian. l. 9. c. 39. l. B. Port. mag: natur. c. 2. Licet. l. 3. c. 55 Aldrovandum, Jonstonum aliosq: nitentes ferè omnes caduc hoc scipione,

*Nonne vides? quecumque morâ fluidoque calore
Corpora tabuerint in parva animalia verti.*

Cum Plutarcho, Floro aliisque laurum ex navis puppe germinare potuisse, semine, nempè, ligno prius intruso, matura-

credere non renuo: ex, vel in falice enim aliisque arboribus, variis arborēs, stirpes, herbas ortum, hoc modo, ducere, non miror: hos autem vermes, sine materia, vel ex materia, sine vermium producendorum lineamentis, ipsa in materia contentis (rectius sine ovulis, aut semine, quod, hoc sensu, idem) fieri animaliaque ex lapide ipsaque lapidea substantia (ut fertur) mutatione, nempē non tantum rei lapideæ, in rem aliam, adaugendam: sed in animal, cum cæteris animalibus, animatum & vivens, produci; ratio, experientia, nec ætas assentire mihi permittit mea.

Clariss: celeberrimusq. Fred. Ruyschius, Anat: botan: & Chirurg: prælect. antiquorum, nec recentiorum doctrinæ, de Vermium exortu, adhærens, nec suam proponens (sin, de eo esse dubitandum, alicui, pro doctrina & hac in re sufficiens sit dogma) hæc habet, OBSERVATIONUM CENTURIA, pag. 83. observat. LXIV.

„ An omnia (A) ex ovo generentur, uti HARVEUS (B) & ejus sectatores perhibent, dubitandi ansam mihi dederc, Vermes (C) in arteriis equorum viventium, ut & Vermes in (D) hepatis parenchymate glanduloſo, aut glandulis, ut hodie audit, imo in (E) ductu cystico & (F) poro bilario ovili, lo, & (G) vesicula fellea sæpiſimè inventi & infra depicti. In (H) renibus humanis, semel eos me vidiſſe memini quales in canum renibus longè frequentius occurrunt. Vermes quoque in (I) cerebro esse repertos, nemo ibit inficias, qui magni nominis authores evolverit. Per quas vias iſthæc animalcula eorumve (K) ovula in corporis interiora fese insinuantur, haud in proclivi est determinare. Per (L) poros enim cutis, per (M) partes respirationi inservientes eos ad (N) dictas partes pervenisse probabile non videtur, multoque minus eorumdem ova per (O) os introitum habuisse & ulterioriſ ad dictas partes penetraſſe neutiquam verosimile videtur: neque enim in ventriculo (P) in quo ob chylificationem notabilis fit fermentatio & deſtructio assumtorum, integra manere potuiffent. Vasa quoque (Q) chyloſa aut laetea nequeunt ovis tranſeuntibus viam præbere. Adde quod nul-

„ Ius mortalium unquam ejusmodi (R) Vermes extra corpus vi-
 „ derit. (S) itaque ancipitem hic hærere oportet, donec vera
 „ &c. indubitata lux nobis affulgeat ab ingenio illorum, qui om-
 „ nia mathematicè & à priori (si Diis placet) demonstrare ge-
 „ stiunt.

Rudis, licet indigestaque verborum hæc moles, Delio opus
 habeat natatore, experiamur, nihilominus, cuius sint ponderis
 auctoris, nihil affirmativè, vel negativè, quoad rei explicatio-
 nem, colligentis, asserta. Non habuit, ut ex textu liquet, in
 animo, observationibus suis tantummodo demonstrare, in pluri-
 bus corporum viventium partibus, vermes inveniri, verum &
 de eorum exortu agere; malè an benè, de iis, egerit, perlectissi-
 quentibus notis, judicare licebit.

An omnia (A) adde, viventia; non animata enim & per ap-
 positionem, non vegetam, extrinsecus augenda, ex ovo genera-
 ri, nec Harveus (B) nec ejus sectatores perhibuerunt unquam
 ex ovo autem viventia produci omnia, etiam ille, nec ejus Sec-
 tatores (designari videntur Jonstonus, Swammerdammius, Lyste-
 rus & alii) sed Ægyptii, Naturam, sive viventium ortum, pro-
 ductionem, mythologicè, per imaginem facie foeminina, pector
 quinis ornato mamellis totoque corpore infimo, pedibus aqua-
 circumlutis exceptis) ex ovulis conflata, exprimentes & tot
 antiquorum veterumque Physico-Anatomicorum cohors, aucto-
 res sunt. Vermes in (C) arteriis, hepatis (D) glandulis
 ductu (E) cystico, poro (F) bilario, vesicula (G) fellea, (H)
 renibus & (I) cerebro reperti, dubitandi ansam dedere, Claris
 Celeber: prælect: Ruyshio, *an omnia*, (potius *an verme*)
 ex ovo generentur. Dubitandi ansam autem & rationem no-
 addit. Sunt in hisce partibus; ergo non sunt producti ex ovi.
 Aut, sunt in hisce partibus; ergo sunt producti ex ovis: quod
 logicophysicus hasce invitus admittit consequentias. Esti i-
 hisce partibus vermes repertos affirmat, propriâ experientiâ; se-
 en nodum, en dubitandi ansam; per quas vias isthac animalcula et
 rumve (K) ovula in corporis interiora sese insinuaverint, haud in pre-
 clivi est determinare. Priusquam vel quidquam determinetur; qua-
 so quid obstat? quo minus eos, vel eorum ovula per (L) cutis poros

per (M) partes respirationi inservientes ad (N) dictas partes pervenisse, probabile videatur? nulla enim materia, nullum corpus, per poros cutis, aut per partes respirationi inservientes, in corpus vivens intrudi potest, quin etiam per hasce partes ovula, si ejusdem, cum praedicta materia, vel corpore, Corpori viventi intrudendo, aut minoris circumferentiae & figuræ sint, in corpus vivens intrudi possunt: ovula autem posse existere, ejusdem cum praedicta materia, vel corpore, corpori viventi intrudendo; immo & minoris circumferentiae, quis negaverit tuto?

Sed, si nihil per poros cutis perque respirationi inservientes partes, corpori viventi intrudatur, nec in corpus per hasce partes influat, (quod autem non concedo) non intruduntur, non fluunt uoque in corpus vivens, per hæc organa, animalcula, nec eorum ovula. Porro, si eadem, per haec organa, in corpus non defellantur, non possunt, per hæc organa perq. hasce partes pervenire d supramemoratas. Hoc & cavillatorem nugacissimum, omnisque dubio, vel dubitationis ansa, asserturum, non dubito. sed addit mox celeberr: clarissimusque auctor, *multo minus, & nequam verosimile videri corundem* (vermium nempè) *ova per (O)* s introitum habuisse & ulterius ad dictas partes (id est arterias, epatis glandulas, ductum cysticum & cæteras) penetrassse. *O*s sanè Homini capax est satis, ut Vermium ovula introitum abere possint: sed quare verosimile neutquam est, ovula, ad dictas partes, ulterius posse penetrare? addit auctor rationes (sua iethodo) didacticas; in (*P*) *ventriculo*, enim, *in quo ob chylificationem notabilis fit fermentatio & destrutio assimitorum, integrum manere non potuissent*. Primò, omni de ventriculo dejecta (secundum Clariss. Böhnium; de Moor aliosq.) fermentatione parumque destructione; statuo secundò: ovula hæc, ut animalia multa (etiamsi conniverem phantasmati fermentationis) in ventriculo viventium posse manere integra; adde, quod, minutissima cum & numerosa existunt, omnia non facile masticationi submittuntur multaque, sine masticatione, alimenta in ventriculum ingeruntur & tum saltem, ab hac parte, integra manere possunt. Sed urgebit forsitan clarissimus celeberrimus Ruyschius, concoctione ventriculi, ovula indurescere,

& sic generationi inepta reddi; sed urgeo etiam ego, posse hoc ventriculi calore foveri ovula, excludi animalia minutissima & per vasa lactea, in massam tandem sanguineam, viventia effundi. Verum ut auctori placeam, ad experientiam. Legat celeberrimus praelector Ruyshius, qui mavult Phænomena & memorabiles rerum eventus sedulò notare; ac fidelis observatorum commemoratione reip. medica inservire, quam neglecto experientia fulcro, caducas ratiociniorum Chimeras in aëre fabricari (vide ejus ad observat. centur. prefata lectori benevolo.) Legat, infectorum animaliumq. majorum eorumque in ventriculo ingestorum varias, hoc thema spestantium, historias (observatorum, inquam, commemorationes) apud clariss. P. Borellum, Isacum Cattierum, Schenkium aliosque. Legat nobiliss. GUSTAVI DANIELIS LIPSTORPII. städâ-bremensis, TRACTATUM, DE ANIMALCULIS IN HUMANO CORPORE GENITIS; Methodo Academica, pro gradu doctoratus medicinæ, ab auctore ventilatum, Lugd. in Batav. A°. 1687. 5. May. Sed si, insuper difficilis homo, anceps hæreat, an, contra ejus assertum, ova in ventriculo viventis hominis, integra manere possint? Legat CLARISS. VIRI PHILIPPI GRULINGII CURAT. CENTUR. SECUND. OBSERVAT. IX. DE MULIERE, QUÆ LIBERAT BUFONUM SEMINA. Pergit; Vasa quoque (q) chyloſa, aut laetæ nequeunt ovibus (ovis inquam) transeuntibus viam præbere, propter, scilicet, ovulorum magnitudinem. Hoc obstante argumento, hac exhibita (quæ desideratur) demonstratione, præcluditur ovulis, omnis, ad prædictas partes, via

Sed præcluditur vermium ovulis hæc via, aut propter ovulorum, respectu capacitatis vasorum lacteorum chylosorumque magnitudinem, sive corporis ovuli circumferentiam, aut vice versa; vel dantur tertio, machinæ, præcludeentes ovulis, non vero lacti, sive Chylo, ad interiores partes, viam. Primum positum Clariss. Archibaldus Pitcarnius, publicè, in genere, disputatione, de motu sanguinis per minima vasa refutavit solidè. Secundum rejicio ego, qui in aëre, cum clariss. celeberrimoque Ruyshio, Chimera fabricari nolo. Sed agamus per corporum dimensiones dimensionumque proportiones proportionumque

comparationes. Ponatur sanguinei globuli, vel lactis chylive particulæ magnitudo, circumferentia, ut per vasa sanguifera, ipsis in glandulis miliaribus, aut plexibus retiformibus disposita atque ab intestinis, in vasa lactea chylosaque in primis meare, duci, reduci; in secundis recipi vehique queant. Quis Homo Physicus non affirmabit? posse existere ovula ejusdem & minoris cum sanguinis globulis, vel chyli, lactisve particulis magnitudinis, circumferentiae, extensionis. Posse hæc corpuscula, ex lacteis chylosive, in sanguifera vasa & sic per totum corpus (cum nulla pars sanguinis latice sit destituta) circumvehi, in omnem ejus partem deponi atque reperiri. Sed nè auctor abhorreat ab horum ovulorum exilitate; non ovulorum, sed animalculorum millionem, vix adæquare unius arenulæ magnitudinem; imo in una guttula spermatis canini, plus quam centum millions animalculorum vivere, demonstravit oculatissimus A. Leeuwenhoeckius. In spermate aliisque liquoribus, ab sanguine derivandis, animalcula inveniri, docet autopsia; Hæc autem, vel eorum ovula in partes generationi inservientes cum sanguine & liquore, postea ab sanguine derivato, fuisse delata, ex præmissis (taceo alias methodos deponendi) colligere æquum est. Ultimò, ut nodus hic plane sit insolubilis, superadditur; *adde quod nullus mortaliū unquam ejusmodi (R) vermes extra corpus viderit.* Ostendat oportet auctor, aliud esse genus vermium hoc, quam illud, quod in partibus corporum viventium exterioribus quodque in quibusdam vegetabilibus, liquoribus aliisque materiis detegitur; sed horum apud ipsum nihil, dixisse ergo sufficiat.

Verum, et si different hi, ab omnibus aliis vermbus, magnitudo, exilitate, figurâ, dispositione; ideo nè colligendum (in eo enim versatur quæstio) hosce vermes non ex ovulis, in corpus vivens ejusque partes ingestis, esse productos? levissimo qui vento, aere qui ipso, de loco in locum, indefinito numero; quinimò, nubis ad instar, moventur, ut saepius hisce in plagiis, præsertim boreali spirante vento, observamus. Vermes hosce in initio vix observabiles, ab aliis, figurâ differentes, ex ovulis tamen produci, ex productionis lege viventium afferere,

ancipites hæreamus, non oportet. Quæ sequuntur verba (S) planè injuriosa in Mathematices studiosos, prætereo; exoptans, ut per mathematicorum ingenia (ab observationis enim hujus auctoris ingenio, hoc posse fieri, diffido maximè) magis magisque, vera nobis & indubitate afflugeat perceptionis lux & lumen quaque à priori demonstranda existunt, decenter, demonstrari per ipsa licet semper & ubique.

Ventilatis rejectisque multis de Vermium generatione opinibus, meam tuo aliorumque virorum doctorum subjicio perspicaci judicio libenter. Systema, animalia ab sibi similibus produci, non vero ex putredine, luto, limo, mucagine & sed ex ovo, materia informam ovi congesta, disposita, conglobata, comprehendente omnia linea-menta requisitaque ad animalis structuram, accedente motu & extensio-ne, efformandam: quod tu (vir Doctissime) disputatione Physiologico-anatomicâ tuâ primâ Thes: Primâ &c. statuisti & non si-ne applausu, sustinuisti, mihi generale & verissimum est; hoc ja-cto fundamento, colligo, verium prædictorum ovula, tempore deligationis ulceris, forinsecus forsitan, unâ cum unguentis, em-plastris, fasciis, esse ulceri intrusa, aut dum deligaretur, fortui-tò in ulcus decidisse, aut tandem cum sanguinis latice in ulcus esse delata: videmus primum in majorum animalium generibus hæc accidere: anates aliæque aves non raro piscium semina, o-vula, dum multa absorbent, quæ pennis alisque adhærent ul-trò, in piscinas lacusque deponunt & sic piscium illud genus, cuius simile in hisce antea non erat, conspicitur.

Quod argumentum, tempore ventilationis tuarum thesiuum, de mulo, quasi ab sibi simili non producito, urgebatur, recte: me judice, solvebas. Animal illud, ut ab alio genere masculo, alio foeminino, produci, sic quoque speciem esse non genera-tem & ita, per se, respectu priorum generum, imperfectam

Qua autem methodo perceptibili, explicari porrò posset, animalia ex putredine produci, non video. Si enim ex mate-ria hac producantur, non creantur (verbo creare strictè sum-pto) si non creentur, sed producantur, producuntur ex parti-bus, quæ mutari possunt in partem aliam, relicto earum pri-esse, aut ex partibus in sequentem existentiam usumque dispositi-

Primum hoc non posse fieri, jam supra demonstravimus; ultima ergo methodo producuntur, quæ enim (ex.gr.) pars in arteriam, quæ in nervum, quæ in venam crescere horumque vasorum usum præstare debebit postea, illa debet in ovo existere, alias enim deberet creari, vel de parte in partem aliam mutari verè.

Ut enim pullus propriè, non ex vitello albumineve ovi, sed ex specificis partibus, lineamentis, rudimentis fit, ex vitelli vero albuminisque, ex parte, infusione, appositione & coniunctio-ne, partes jam jama formatæ expanduntur, incrementum capi-int, sic augentur corpore, non numero atque ita aliæ aliis con-unguntur, agglutinantur seseque inter devinciuntur.

In omnium viventium fœmineo genere requiruntur partes, dispositæ in futuram suæ speciei formationem, sive in sui simili futurum illud esse, ex quo hoc genus & generis hujus inividuum nomen fortitur, diversum ab communi & alio atque hoc est, quod dico, ex sui simili produci.

Hinc affirmandum existimo, omnia quæ fuerunt & futura sunt animalia, ab initio in genere, ex genere in individuo, ante coitum, in indefinitum fuisse collocata atque, hoc modo, ab si-
bi simili produci: licet enim de quorundam viventium origine, ovulis, semine, certò parum, vel nihil constet; legibus procreatio-nis tamen acceptilibus convenire videtur, ex ovulis, vel se-nine produci ea, quæ vivunt, & crescunt animalium, aut vege-tabilium in modum.

Etsi ratiocinia hæc sufficere, ad dogma hoc probandum, potius ad hanc veritatem illustrandam, videantur, agamus tamen terum per experimenta.

Manifestum multisque ante me, compertum est, ex carne in vase vitro, metallico fictilique: probè clauso, ut muscis illisque bestiolis & insectis, omnis præcludatur, ad carnem, adi-us, rarissimè vermes produci. Sed hè forsitan aliquis, denega-um aëris liberioris, ad carnem, accessum, impedimentum, for-natricis virtutis vermiculationisque causam credat, audiat, quæ ip-
e egerim & quam prudenter.

Ut nobiliss. Redi & tu quondam, sice ego (vir experientissime) pensem fervente quam maximè Augustò, ex viventibus, vitulo,
dif-

dissécui partem musculorum gluteorum; ove, partem Lumbarium; gallina, pectoralium vitrisque crassioribus velaminibus, linteis cannabinis, sericis, decuslatim vario ritu clausis, sive tec-tis, immisi folique exposui aërique, ut, nempè, continuus eslet ad interiora aëris motus solisque caloris & aditus: notabam, de die in diem, sedulò, quid intus ageretur; sed præter coloris mutationem partiumque, ab soliditate, recessum, nihil, spatio duorum mensium, quod quidem animalium productio-nem simulare videretur, observare valui. Postea carnes prædi-etas in asiliis, extra fenestram, nullo modo tecetas, deposui, sed, incipiente iam autumnali frigore, nihilominus, irruentibus in foetida hæc & squallentia corpora muscis, brevi post vermes al-bos, rotundos maioresque plurimos, foetentes carnes perrepta-re vidi.

Simili & pari cum successu eventuque, experimenta quo-que in vario piscium vegetabiliumque genere, institui. Quid mirum? Primò, omni in carne vermes, vel eorum ovula, la-tere, nemo adhucdum, quod sciam, sustinuit: è contrariò, præter istius partis debitam dispositionem (sive Naturam) viti-um & ut heterogeneum, si inveniantur vermes, habetur.

Secundò, effluente omni, ex carne, succo & ovula quoque ef-fluere possunt. Tertiò, vermes conspiciebantur accendentibus animalculis, ova sua, in carnes, deponentibus: nempè, nullo o-va in carnes deponente animali, nullum producitur, ex carni-bus, animal. Omnia igitur viventia, omni in loco, ex ovis, sive illa, in hæc loca extrinsecus, sive intrinsecus, ab sibi simili, deponantur, produci, affirmare anceps non hæreo. Quoad ægram, ab clariss. Med. P. Cossionio & me, Deo adjuvante, curatam, forinsecus, an intrinsecus in ulcus sint deposita Ver-mium ovula, vitilitigator, non disputo, non litigo, dummodò Vermes, hocce in ulcere detecti Verminoso, ex ovis & su-similibus, non verò ex putredine aliisque factis insipide causis, ortum duxisse, concedatur.

Quærit forsitan quispiam, quid de prædictis carnibus partibus que earum solidis, tandem fiat? respondeo tractu temporis li-quescunt solvunturque in liquidas fluidasque; ut enim omne so-lidum

U L C E R E V E R M I N O S O.

17

lidum ex fluido; sic omne fluidum in solidum & vice versa converti posse, non dubito.

Solidum & fluidum cum tantum comparativè, inter se, differant, de utriusque majore, vel minore soliditate & fluiditate, definitivè affirmandum nil reor.

Instet quispiam, quæ est hujus solutionis causa? opifex? aër & aëre subtilior, mobilior magisque partes earumque interstitia, quæ permeat, tangit, fricat, movens materia. Quid, amabo, viventia, vegetabilia, metalla, faxa perrumpit potentius, licet ictu fulmineo quandèque lentius, aëre? & quid violentius? continuo agitatâ motu, aëre longè subtiliore, hac materia.

Exemplum si petis, lector? accede, ostendam tibi in musæo Clariſt. Prof. Bidloo, edacis temporis, rectius deſtruēntis ſolida aëris vires & monumenta: dentem elephantinum friabilem; marmora lapidesque varios, levi qui, ſi digito tetigeris, in pulveres abeunt, ferrum, æs, ſtannum, plumbum, vix cohærentia & pristinæ soliditatis vestigia fervantia. Si ſolida, liquefacta infpicere, animus eft & haec tibi non deerunt.

Hæc paucula de vermium, in genere & in ſpecie eorum in ulcere ab me tractato inventorum, genefi & ortu, tibi non omnino diſplicitura, ſpero.

Ipsum autem vermem, quoad exteriora ſaltem ejusque metamorphofin in muſcam, ſi ad vivum, depictedum repræfentarem, extra ſcopum me, te judge, facturum non credidi:

Vide ergo tabulæ ſecundæ figur. primam, exhibentem, naturali magnitudine Vermem, ex ulcere prædicto defumptum & nalgum repentem.

Fig: 2. eundem, in dorſo jacentem, depingit.

Fig: 3. nympham claufam,

Fig: 4. eandem apertam demonstrat.

Fig: 5. delineat, abſoluta vermis metamorphofi, muſcam,
C cor-

Fig:6. eandem, corporis statu inverso, proponit.

Licet de vermium in genere & hujus quidem in specie, historia, transmutatione & differentia, quæ eodem sese hoc in animali, ut in aliis vermibus habent, non agam; utpote quæ omnia, ab Aldrovando, Jonstono, Moufeto, Swammerdamio, Lysterio, Malpighio, Redi aliisque sunt pertractata exactissimè, utile tamen & scitu pariter pariterque visu non injucundum fore arbitratus sum; si aducta magnitudine, ope microscopii, hujus animalis partium externarum fabricam & dispositionem designarem simulque narrarem, primò ipsum Vermem esse agilem, vitæ tenacem, cute coniectum, vide

Figur: 7. Vermem, cæteraque auctâ magnitudine alvo incumbentem, exprimentem glabra, duriuscula, ex flavo alba: esse ipsum distinctum intersectionibus, articulis, vel annulis novem, A. A. A. A. A. A. A. unde hæc animalia, ab quibusdam annulosfa dicuntur; licet incisuræ potius, quam annuli sint; habere caput B. subrotundum, ab utroque latere inferius depresso; os C. patens & incisoris organis non destitutum; oculos D. D. eminentes, posteriora corporis E. obtusa. De pedibus observare licet, ipsum hisce carere, sed loco horum instrui eminentiis & protuberantiis, quibus in rependo & motu utitur progressivo, an comedat (multi enim dantur vermes, qui sine alimento per longum tempus subsistunt aliisque, supra ipsorum corpora viventibus bestiolis, alimentum præbent, consule Clariss. Lyster: pag. 355. ad TRACT. DE GOEDARTII INSECTIS, IN METHODUM REDACTIS ET ALIIS) detegere non potui.

Organo autem, cum sit instructus manductioni alimentorumque arreptioni apto, anceps non haereo, quin alimento utatur, quod insuper, ex pruritu; dolore mordaci & continuo, verisimile est

Fig:



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 5.



Fig. 2.



Fig. 1



Fig. 6.



Fig. 7.




Fig. 8.




Fig. II.



72

Fig. 13.

B



A

Fig. 14.






Fig: 8. Vermem hunc, dorso incumbentem, & modo descriptas protuberantias pediformes oculis subjicit.

Fig: 9. proponit nympham, quæ quibusdam, ovum, folliculus, velamentum, cortex, papula; nempè, organum in quo metamorphosis absolvitur vermis in muscam. Belgis, *het popken, paapken, huysken, waer in de Wurm in een vlieg veranderd.*

Nympha etenim, propriè, de apibus, formam jam jam induentibus, teste Plinio, dicitur. Constat organum hoc variis filamentis, membranulis, fibrillis, tabulatim cohærentibus. Circuli hac in machina sunt conspicui novem, respondentes numero intersectionum vermis, quia autem hic, corrugatur, complicatur, breviorque fit, minores quoque sunt in nymphâ, ipso quâm in verme intercapedines. Exterius folliculus hic: levis, interius verò asper variisque filamentis ruptis ditatus conspicitur, ab una parte apertus, ab altera clausus, existens.

Fig: 10. differebat hæc, ab altera nymphâ, colore; prior enim ex rubro flava, secunda hæc, nigricans erat, utraque autem splendescens, formam obtinebat non verè ovalem, inferior quippe pars crescebat circa finem obtusum.

Fig: 11. refert muscam cæruleo-nigram, omnibus partibus instructam, hispidam, hirsutam, pilosam, pedibus insistentem sex, unguis ornatis bifidis trifidisque: notantur porrò in capite cornua ab feso invicem in spiram recedentia pilosa ex duabus proboscidibus erumpentia & os apertum, alæ diaphanae & plendifissimæ vasculis atque cartilagineis articulis plicationes efficientibus distinctæ.

In abdomen intersectiones 5. & in pectoris infima parte, luæ; circa collum, ubi capiti conjungitur, rectilineæ inscriptions duæ.

Fig: 12. Muscam hanc, in dorso jacentem, repræsentat.

Fig: 13. alam designat, partim plicatam A. A. partimque

debitè extensam B. B. ubi enim erumpit animal , alæ vix , deinde complicatæ, opacæ & brevi post, expansæ apparent , diaphanæ splendentesque nitidissimè.

Fig: 14. Pilosam hirsutamque pedis faciem delineat exteriorum.

Memini (vir experientissime) te mihi nuper narrasse, compresso leviter, abdomine, ut plurimum, muscarum multorum que insectorum, virilia erumpere atque hac methodo, sèpius sexum distingui teque illud ex Clariss. Swammerdammio didicisse: sed mas, an foemina, an verò utriusque sit generis &c, quo modo, ova deponat, hoc in ulcere repertum animalculum, explorare (ignoscas imprudentiæ meæ) neglexi, fateor.

Quoad interiora, hoc saltet monere non supersedeo, sanguine muscam gaudere multo, florido & rapido. Viscerum dispositionem ei esse analogam, cum aliis muscarum generibus.

Ut verò omnis rerum narratio, delineatio & meditatio, si in usum non vocetur aliquem, irrita; laboris temporisque dispensio indigna est nostro; Sic hisce quædam, de ulceris verminosi curatione, adjicienda & chirurgiæ, hoc modo, inferiendum putavi.

Morborum nomina aliquandò, cum ipsis morbis, convenire, vulgatissimum est, esse quoque denominata ab similitudine, vel re ipsa, constat ubertim: sic nomen obtinet, apud auctores Chirurgicos, Pica, ab iteratis punctivisque ictibus: Lopus, ab intestino & clam, quasi, repente; Formica, ab pruriginoso & vehementi dolore; Cancer verò & Talpa, tam ab tumoris figura, quam progressu: tumor enit hic, sive adiposo-glandosum hoc corpus, talparum pedibus non dissimile, communia inter corporis involucra musculosque circumiacentes, partes amovendo, elevando, ad latera movendo, extenditur.

Ulcus autem Verminosum, non denominativè, nec ab dolore; sed illud vocatur, in quo vermes, verè sunt. Circa eju

gunc

gum non recito, nè tibi tædio sim, commandant unanimiter amara, quasi putredini resistentia; hic, radices, herbas, flores eorumque succos decoctionesque, puta Absinthii, Agrimonæ, Rutæ & similiū; ille, cerussa, pice, plumbo usto, felle taurino, salivâ humanâ aliisque mederi huic satagit, partim humorem peccantem corrigendo partimque per medicamentorum corpora imbibendo.

Sunt qui olea, repetita destillatione parata, ex odoriferis & fragrantibus herbis & gummis, ut mastiche, Thure, Terebinthina, nucibus myristicis, aliis præferunt medicamentis. Hederae succus multis pro arcane maximi fuit ponderis, ego autem, qui facile adducor, ut credam, in multis morbis animaia, non verò succos acidos austerosque, sanguinem falsum, silem adustam, nec pituitam acrem, dolores excitare, in hoc & omni ulcere fôrdido, phagædænico, depascente & cum pruitu prorepente, aquâ, cum mercurio vivo, per horæ quadram coctâ, utendum esse dudum expertus sum. Forsitan & mercurialia, alio modo præparata, mixta, applicata, quoq[ue] conducerent, de quibus quædam apud Pigræum.

Posse rodere minutissima animalcula vermesque exilissimos, incepit non hæreo; licet, narrationi DE THAMUR, sive Verne Salomonis, fidem negem; „quâ auctor nugatur: Salomonem, cum marmor Parium ad ædificationem templi, è remotis partibus convehi præcepisset, consciūm prohibitionis legis, quæ vetuit altaris ædificandi lapides ferro incidi, quæsivisse experimentum in vermibus, quod ars humana ne scivit: pullum struthionis in vitro vale reclusisse, quem cum videret struthio & habere nequiret, naturaliter agnitam artem attentans, in desertum cucurrit, rediensque Vermiculum tulit, cuius sanguine vitrum linivit, & confractum est, sicq[ue] foetum eripuit; quod (ait auctor) videns Salomon, hoc experimento eodem genere Vermis in incisione durissimi marmoris usus est &c..

Licet ergo sæpesæpius animalia in ulceribus sive putridis, iive cruentis, non conspiciantur, posse adesse; imo adesse, tamen suspicor, ex dolore eaque tantum, aut propter eorum

exilitatem , nostram , aut propter negligentiam & in perscrutandis rebus morborumque causis desidiam veterumque in verbis credulitatem nimiamque in eorum auctoritatem , confidentiamque non observari , confido . Quod in rem præsentem facere potest & maximè ; luem pestiferam , sive pestem , animalia venenosa pro causa habere , aut ex animalibus constare venenatis corporiisque intrantibus & sic produci , ab multis receptum novimus .

Romæ & per totam Italiam , ante annos , circiter quadriginta , peste furente horrenda , innumerum hominum numerum , Mercurium penes se habentem , aut in vestibus , aut manibus ferentem , ab peste non contactum , aut mox sanatum , memoriae proditum est luculenter , idemque est , quod de lue Venerea infectis & ptyalismo , ex applicatione Mercurii , utentibus affirmatur , eos videlicet , ab peste infestari nunquam .

Interfici insecta ejusque generis animalia mercurio , dies nos & ratio docuit , lectorum autem nescium nolo , prædictâ aquâ mercuriali tineas blattasque , ab rebus conservandis , fugari haustaque singulis diebus ad uncias tres , vermes intestinorum lato sive , sive teretes necari : hoc quoque liquore si charta , vel capsula , in quibus insecta sunt conservanda , tingatur , eorum corruptionis nullum erit periculum .

Ascarides , tipulæ , quibus fugantur mediis quæq: hoc plurimorumque vermium genus , historiam , medelam respiciunt , legere prostant apud Aldrovandum l. 6. de insectis . Observat apud Forestum l. 21. de intest. affect. sc. in observ. 29 &c. observ. de ulc. Verminoso l. 1. observat. 10. &c. commen datur quâm maximè Mixtura vini dulcis , cum silicis foemina radicibus , per triduum pota ; inter exterius applicanda pri mum locum obtinet ol. cedrinum . Pustulas verminosas , cur inflammatione , (frequens , in castris , circa ulcerâ morbus vel symptoma) mercuriali prædictâ aquâ sanari tutò & brevi ex te recepi .

Vermes desiccatos & in pulverem redactos , contra prædictur mōrbum , commendant plurimi : quemadmodum autem prò ten po:

bore & symptomatibus morbi mutantur, ita ratione status morborum symptomatumque, medicamenta mutari debent: miscentur itaque, secundum artem, in ulceris verminosi initio, cum mercurio mundificantia, postea diminuendo mercurii quantitatem, exsiccantia atque cicatricem ulceri inducentia; quorum lenchum, circa ulcerum in genere & hujus in specie descriptionem, tradunt plurimi Practici Chirurgique: formam, si elis, medicamenti mundificantis vermesque necantis? hanc abe.

- ℞. Terebin: venet: 3ij.ß.
- Ung. Arthanit: 3.ß.
- Aloës Myrrh. aa 3.ß.
- Mercur: Dulc: 2j.
- Croci gr. viij.
- Vitelli ovi Q. S. ad ung. consistentiam.

cicatricem inducentis hæc est,

- ℞. Empl. Opodeld: Fel. Wurtzii.
De ranis cum mercurio quadruplicato,
ana P. æ. injiciatur corio.

vel:

- ℞. Empl. Diaphomphol.
Grisei a 3ij.
præcipitat rubr. 3ij.

Hisce Emplastris lento igne liquefactis agitatisque postea adde præcipitatum rubrum in impalpabilem pulverem dactum & habebis epuloticum (in hoc aliisque ulceribus) ingue.

Omnium usitatorum medicamentorum formulas hisce adjendas crederem, si non tibi, sed artis tantum tyronibus tradenda

24 DISSERTATIO DE ULCERE VERMINOSO.

denda hæc fuisset DISSERTATIO. Hæc itaque sunt, quæ hoc de casu tecum (vir doctissime) communicare in animo habebamus, autem passim multa, vel ex ore tuo hausta, vel benignitate tua mihi tradita, hisce inserere permiseris, gratulor sorti meæ tibiique me devoveo totum & quod tuum quasi est & proprium, in tuum iterum depono sinum: si quoque in rebus minoribus magno (non sine exemplo) uti liceat exemplo, hæc ad te, ut ad mare rivuli referuntur: si pateris petitionem hisce adjici, rogo, etiam nomine multorum Chirurgorum, tuum de Fasciis in re Chirurgica usurpandis tractatum, publici juris facere diutius non moreris, vale & vive (vir Experientissime) in commodum Batavæ Academiæ & nominis tui gloriam diutissimè.

F I N I S.



GODEFRIDI BIDLOO,
VINDICIAE


QUARUNDAM DELINEATIONUM
ANATOMICARUM,

CONTRA

INEPTAS ANIMADVERSIONES

FRED: RUY SCHII,

PRÆLECT: ANAT; CHIRURG: & BOTAN.



ÆQUIS, ERUDITIS, SAGACIBUS
 R E R U M
 ANATOMICARUM
 ÆSTIMATORIBUS
 S.



Irari desine, quisquis Ruy schianas per volvere divulgatas nuper non dignatus fueris epistolas, me, ad tot ac tantas calumnias, opprobria, irrisiones & quicquid porrò ineptiarum, ab longo tempore, Prælectorem Ruy schium in me evomere splendida iussit bilis, nil reponere; vides enim, me scommatum & injuriarum impetu laceratum obrutumque quasi, amicum inter suasiones hortatusque varios, dudum dubium, defensionis causæ meæ partes tandem suscipere responsoriaf que exornare: par autem pari referre non studebo, turpi hac ex arena victor non deceffurus, ut qui totidem calumniis calumnias reponere totidem, par non sum, qui que improbi exempli, quâ iste utitur, scripturiendi methodum existimavi semper. Pudefaciendam non semel duxè mōrigeri pariter pariterque eruditæ, insulti hominis unimi intemperantiam, sibi dictaturam in Republica Anatomica vindicantis asperrimèque in aliorum dogmata, scripta laboresque imperium exercentis; proscindentis

dicteriis Viros, doctrinâ ipso superiores, moribus meliores, quorumque diffusissimam eruditionem facilius carpit, quam æmuliatur; parilij tandem in me quoque sævit cæcus furore, & dum nefanda meditatur, molitur, conatur; exultat, gloriatur, me aliisque tacentibus, fractis bonis, lætantibus improbis, transisse se Rubiconem.

Impunitatis spes illecebra peccandi maxima.

Irae impatientem ecquid pudet virum (virum enim credo, honestum verò vel nemo honestè suspicatur) rixantium ad instar muliercularum infimique subsellii hominum convitiis prosequi? quos (de me non loquor) Meritis & Virtute vincere impotens est? sed quis ipsum furori redidit veteri? atque æstus graves reposuit animo? nunquamne abibunt ipsius odia? nunquam; vivaces ipsi essi experior iras. Dum autem præterita cum præsentibus me cum reproto, agnosco me felicem: annos enim ante decen & octo me blasphemum, postea obtrectatorem renuncavit, nunc famæ insidias tendens invidus meæ, lenocini insimulat. Obstupesco male feriatum, ne dicam flagitiosum, hominem ter una in Epistola, de verecundia verb facere, ipsumque, vel jam, ne aliquod quidem ingenuitatis specimen exhibere, non erubescere: sed ignosce (Lector spectatissime) animi huic fervori meo, fateor & ultrò, erravi, impossibilia ab isto peto, erubescere qui non potest; expallescac ergo morum carcinoma, tranquillitas studiorumque infensissimus hostis, dignior contemptu quam insectatione: nefarii autem ejus acuminis fautores quique ipsi a consiliis, manu & Epistolis sunt, nescionolo, me malle ab Ruyschio audire leno, quam ab vir honesto, maledicus: si enim ipsum non Lanionem, s' ganeonem, s' obfcoenum, s' impudicum dixisse, nonn
be

benè natis horrendus, probis execrandus extitissim? potuissem tamen, animo si, vel odio, Ruyschio par fuisse & invenisse, ut ipse, vereor, qui viætrici tantæ nequitia lafcivientique scommati panegyrim cecinissent; eo præsertim infausto temporis momento, quo de partibus (per excellentiam) muliebribus earumque in puerperis dispositione deque infantium natibus earumque comparatione, cum maturarum virginum genis; imo de parte quâdam, non sine rubore & summâ ex necessitate detegenda, tam petulanter verba faceret, ac si stimulum venereo juvenum pruritui æstuantium tentiginemque tentigini superaddere, solummodò sibi proposuisset turpis & infamis Orator.

Sed lubet, nec licet ulterius hæc altiusque repeteret, ne tuâ abuti videar modestiâ. Judicii quoque trutinæ tui quas, ab multo tempore, obtrusit, Anatomia præsertim tyronibus, ineptias appendere, ne attentioni injurius simus, ratum non duco; longior quippe quam decet, fulneæ foret hæc supellectilis series, perlustratis responsis ejus, in novem problematicas suas Epistolas, onerum judicatu non erit, famosa quid de ipsius Rerum Anatomicarum scientia in genere, quidque de erroribus (ut neas vocat demonstrationes) meis, majuscule Θ, sed & nigro ab ipso notatis, colligendum sit in specie.

Ne autem blaterare & eum larvis, vel larvatis certare videar, ipsa in Problemata, quibus, suæ admirator doctrinæ & præco, omnibus longè anteponendus adulatoriis, quorundam præfigere nomina voluit, non inquam; partim ne, qui vel nomine tenus, mihi non innuere lædam, partimque ne, apologiæ meæ terminos in alinum solum alteriusque & innocentis in detrimentum & incommode extendere dicar.

6 V I N D I C I A E C O N T R A

Conabor itaque (omni prorsus relicta mendorum, errorum figmentorumque Ruyschianorum farragine) solummodo quas ante decem & tres annos orbi literato exhibui humani corporis delineationes anatomicas ejus ab injuria vindicare; eas male ab ipso, ut chimæricas castigari, è contrario probare œconomiæ animalis & partium dispositioni, corpus vivens integrantium esse convenientes, consentaneas, analogas. Secundò specimen quoddam Ruyschianæ artis, doctrinæ & industriæ exhibere anatomicae; non neglecturus tertio, politioris ejus literaturæ exempla in doctiorum deponere sinum; Augiæ enim illud stabulum ab sordibus purgare in totum, Herculeis, non verò meis, par est labor humeris.

Ad naufragium usque, me in Glandularum sub primo universalis corporis tegmine collocatarum erravisse delineatione: quinimo illas papillas non Pyramidales; sed rotundas, in Theatro Anatomico declamavisse prælectorum Ruyschium, omnium memoriâ auditorum excidisse non reor. Sed quæ hæc censoris imprudentia? epist: quippe primâ pag. 10. vide hujus tab. primæ Fig. 5, ope microscopii veram papillarum harum delineationem & fig: 7. easdem naturali magnitudine duplo majores, male an benè adhuc non moror, pyramidales figurâ exhibere laborat. Quid hoc rei est? ego illas, pro modulo meo, opere meo anatomico: (vide figuram meam sextam) pyramidales & subrotundas exhibui; sed en ipfissimam meam delineationem & literarum explicationem. *Tegmen est (cutis nempè) ex A. papillis suprà apertis nerveis glandulisque pyramidibus & subrotundis conflatum. Hisce interposita sum aquosorum vasculorum B. capillamenta. Papilla ha binâ conjunctim lineas ducunt rectas ac per patentia vasorum*

Tabl. I.

Pag. 5.



Fig: I.







Fig: VI.





retia ad cuticulam usque pergentes, è glandulis C. irrigantur: in trium vel quatuor papillarum medio locantur D. sudoris vasa, quibus E. pili implantantur; ubi vero pilo carent, pororum nomine indigitantur, suntque variae figuræ, pro cutis extensione, vel complicatura; ille pro sua methodo illas quoque, pyramidales delineandas tradidit; addens ille Epist: s. pag. 3. Mirari certè licet, quod hujus novi inventi beneficio, papillæ pyramidales, ut & corpus reticulare sub cuticula prodeant. Menses vero post tres, dum scilicet me convitiis proscindere constituit, oblitus harum Epistolarum, pyramidalem negat papillis figuram, depresso & globulo-so-rotundas asserit, meque in rebus anatomicis rudem pronunciat: ecce primum ingenuæ & veræ partium demonstrationi incumbentis animi pariter pariterque doctrinæ Ruyschianæ specimen. Mortalium neminem admodum in mea queque injuriosum credo, ut prælestorem Ruyschium levem & mutabilem, non licat atque hac in re suum defensioni meæ neget suffragium. Dixi enim, quod ipse affirmat, demonstravi, quod pse demonstrare conatur.

Ego hasce papillas pyramidales & subrotundas (vide fig. I.) delineavi, non quod vel clariss: Malpighii, vel mea inquam fuerit sententia (egrégium vero Ruyschianæ incitiae exemplum) nerveo-glandulosa hæc corpora mathematicè, sed comparativè esse pyramidalia & subrotunda: quam crassè porrò erraverit, rete subcuticulare foraminis pertusum vere rotundis, ope microscopii (vide fig. IV.) dauctaque duplo eorum magnitudine (vide fig. VI.) exhibens, patet, cum pro papillarum motu & dispositione, compressione, intumescentia, flacciditate & similibus corporis reticularis foraminum figura mutari debet: ut pro-

proponitur fig. nova I. Corneum autem corpus hoc , nec papillas demonstrabit hasce , ut credo , marmoreas ; rigidae enim si exstarent , inflexiles & immobiles , eadem esset omnium allidentium contractandarumque materiarum sensibus perceptio ; posse eas extendi , deprimi , vi externa : intumescere , flaccescere liquorum spirituumque copiâ , aut penuriâ , atque ab vicinarum partium compressione , vel & inter se , mutatâ quarundam figurâ , aliarum itidem ut & superficiem partis , in qua sunt , nec non , consequenter , foramina , sive aperturas corporis reticularis , cui inhaerent , figurâ quoque juxta papillarum circumscriptiones , debere mutari , nemo (Ruyschio excepto prælectore) inficias ibit . Ratum huic ratiocinio , duxi quatuor sequentes subjungere demonstrationes , quarum prima , desinente omnes in apicem

- A. Pyramidem , ab basi quadrata æ qualibus lateribus secunda
- B. Pyramidem ab basi variorum laterum affurgentem , exhibit : tertia autem ,
- C. Proponit demonstrationem partim conicam partim que planam , & quarta ,
- D. Semiconicam perpendiculariter Sectam.

ut pateat glandularum papillarum foraminumque prædictorum faciem externam (i. e.) circumscriptiones , non verè hisce mathematics figuris convenire , eas autem pyramidali & conicæ demonstrationi esse proximas . Videat Prælector Ruyschius ; morbosâ si ipsius nulla teneat oculos & mentem caligo , an demonstrata hæc demonstrandi respondeant , & an mutem , ut ipse , quadrata rotundis .

Cuticulæ verò , tegminis Corporis universalis primi , capsæ desiccataeque dispositionem , ut se se oculo exhibe-

Tab: II.




Fig: I.





Fig: II.



armato delineare, extra scopum non credidi (faciem enim ejus exteriorem, & quo modo sese in vivis, partibus conjuncta vicinis, habeat, exhibui olim) Fig. ergo I. tab. II. delineatur cuticulæ, ab manus dorso, sive parte exteriore avulsæ, portiuncula; in qua observanda; cuticulæ

A. A. A. Planum, vel superficies tensilis & tenax.

B. B. B. Foraminula vera.

C. C. Foraminula fibrosis plexiformibusque ab cu-
icula emissionibus ornata.

D. D. Asperitates, sive tubercula & E. E. concavita-
es & sulci variii cuticulam intersecantes.

Cuticulam ut & papillas pyramidales (parte, quæ, in vivis ræfertim, superna apertæ sunt) porosas existare mercuriumque sacculo coriaceo superius arctè ligato, inclusum, igitorum compressione cuticulam, corpus reticulare pa-
illasque pyramidales, variis permeare locis, rorisque adin-
ar, per hæc organa posse propelli perque eadem fluere,
stendit Fig. II.

Mercurium verò, nisi, ut supra, comprimatur, ip-
m cuticulam solam, vel cum sibi adjuncto reticulari cor-
ore desiccataam, non permeare, primisque hanc gestationis
iensibus in embryonibus esse tenellulam, sed & tensilem,
rمام, duram ac quasi solidam, adiuncto ejus corpore,
iolliorem & comparativè, porosiorem evadere, ratione
experienciâ eorum constat, qui corium præparantes, vi-
ilos mox post partum necatos, iis, qui lacte sunt usi, præ-
trunt, utpote ex quorum cum cuticula cute molliore,
orium quoque flacidulum, minus tenax, mollius &
ilioris pretii, paratur: hæc & alia hoc positum spectan-
a, cum sint perspecta satis, hisce verbum non addo.

EPISTOLAM SECUNDAM

EPistolâ secundâ pag. 6. animadvertisit monetque, se in Tabulis meis, vasa pericardii non videre (denotat , ut suspicor , sanguifera & tab : 21) quòd illa non videat , mēa non sit culpâ , cum pericardium & vasa hoc in organo apparentia , sub Lit. D. adumbraverim , nominatim licet ea & specificè non indigitaverim. pag. verò 10. & 11. me , reprehensione clandestina (heu ! quām lepidè) id est , meo suppresso nomine , petens , conqueritur , ac si tota populi periclitaretur salus , Arterias per pericardium distributas non tantummodo à nemine hactenus delineatas verum etiam à variis neglectas , aut rudiori tantum minerva descriptas , neutquam verò depictas . post rudio rem hanc tautologiam , sibi & pro me respondet : id quo nequaquam mirari subit , quandoquidem sub vulgari custro Anatomico raro , aut nunquam apparent , & Epist. pag. 6. fatetur vasa sanguifera pericranii , patellæ , tibiarum aliarumque partium integumentorumque membranorum ab Anatomicis , haud fuisse depicta neque in administrationibus , quæ publicè celebrantur , ab illis indigari (sed addit , indulgens homo huic mendæ , ut , scilicet , solet) quandoquidem illa vasa rarissimè , si usquam , in sensus incurvant in vulgari sectione . Eg qui omnia , quoad fieri potuit , ut sese exhibent , delinanda tradidi , quique vasa , quæ raro & hoc in subjecto vix conspiciebantur , leviter tantum expressi , rudis & ne-

gligens dicor. Fateor autem, si methodo Ruyschiana, fraude nempè & fuco fuisse usus, vasa hæc distinctius potuisse designare: sed videat Aristarchus noster, quid de nervis vasisque sanguiferis eorumque distributione in genere monuerim, sub explicatione tab. 23. ab *trunco*, in *trunculos*, ab hisce in *ramulos* distribui & tandem *suis capillamentis* visum aufugere, aut ab *invisibilibus capillamentis*, *tubulis*, in *majores* & tandem in *truncum* abire omnesque & singulas adire corporis partes, primum de arteria & nervo, alterum de vena & ductu lymphatico statuendum. Bronchiis verò aliisque aëra, vel liquores vehentibus tubulis, alia, sed huic scripto non inferenda, est dispositio, distributio, collocatio. Sed hæc omnia ridet cavillator illepidus denuntiatque Epist. 8. pag. 5. vix attendi debere, ut ipsi videtur, meam opinionem; vasorum, scilicet, sanguineorum operasum illud examen & accuratam eorum in cunctis partibus reptatus descriptionem de nihilo prorsusque supervacuum esse, eo quod ratum firmumque jam sit, omnes partes iisdem scatere, quia nutriuntur, cum assumto illo ratiocinio alias tota etiam neurologia inutilis reddatur, quæ tamen ut maxi- ni laboris, ita & summi usus est, quia nervorum per mnes corporis partes distributio pari probabilitate ex eundem nutritione & sensu concluditur.

Narraverim potius ego ipse, quid ex cathedra in usum chirurgicum de vasorum reptatu & nugatoriis partium præparationibus impletionibusque professus sum. Sustinui & sustinebo reverenter, usque dum aliter edocear, neurologiam scitu medicis chirurgisque longè esse digniorem, sanguiferorum vasorum cognitione, è praesertim, quæ in perscrutatione intricatarum arteriolarum venarumque pro-

paginum, minutissimarumque earum microscopiis vix & dubiè demonstrabilium plexum, indagatione occupatâ, verum anatomico-medicum aut ignorat, aut neglit studium. Argumentabar, pro hac sententia, minutulorum nempe vasorum sanguiferorum lassione, vel nihil periculi, ex minimo verò nervorum vulnere, ipsius vitæ discrimen esse timendum. Rideat hæc iterum subtilis lanio, legat verò interim quid in inutili & subtiliore anatomici pronuntiaverit experientiis. Malpighius: sed quid Prælectori Ruyschio cum Malpighio? quem toties refutat: tū ergo (lector eruditus) scias, magnum virum futilem hanc respuere anatomiam. *Quid hodie* (ait, ubi de Galeno minutiis districtos reprehendente anatomicos, ipsi sermo est) scriberet, si wideret studium medicum in fibrillis reticulis, glandulis (N.B.) miliaribus & minutissimis aliis particulis consistere, asseritque cum Gavassato, tantam esse nonnullorum anatomicorum curiositatem, ne dicat stultitiam, ut si quis in dissecandis musculis ex undos efficiat, aut renum alterum, altero elatiorem observet, aut jecur pauciores, aut plures habere lobos, a quasdam venas habere ostiola, aut aliud hujusmodi (scilicet venulam ceraceâ suâ materiâ impletat) hunc tanquam Deum venerantur, mirantur, suscipiunt & tanquam stupidi observationum illam intuentur: renuncians miserrimum in genere, ego in specie Prælectorum Ruyschium, anatomicum cui œconomiæ animalis, nec vel leviter studium exstat prospectum Physicum. Qui hoc de themate plura volun perlustrant Malpighii opera posthuma, posteritati dignissima, præsertim ab pag. 84. tit: de Recentiorum medicorum studio.

Sed audiamus de inventis suis meritò, ut ipse testatur, oquentem archi-anatomistam nostrum, ille ipsissimus ille est, ut numerosè intonat & graviter, qui arteriolis pericardio & diaphragmati communibus, nomen, ut nventor, concessit; pericardio-diaphragmaticarum. Minor sanè meritissimi viri humilitatem! potuisset enim (liet forsan te judice epithetum hoc canorum satis & plusquam sesquipedale sit) hasce arterias Ruyschianas appellavisse & quidni? cum minoris momenti non sint membranâ Ruyschianâ: miror laudoque hunc ejus gloriæ contempnum, cum compertum habeam, ipsum quondam, vasculo ceraceâ suâ materiâ impleto, gloriatum fuisse, ac si eternæ Urbis opera pristinæ restituisset majestati, atque rem eregisset memorandam novis annalibus atque recenti historia; vereor autem, ne virtute hâc & ab philautiæ vitio nodesta averstatione, oblivioni traditis, Megera superbia, brevi, ex quo jam depellitur, antiquum repeatat & xum figat domicilium.

IN

EPISTOLAM TERTIAM

Sic est, quodque verebar, accidit, tertia enim priâ & foetenti turgens laude Epistola, præcipue consarcinata videtur ad famosam, quam autem riserunt erecta indolis & candidi pectoris medicorum filii, NOTIFICATIONEM de novis inventis suis, cadaverum conditura viscerum exenteratione, membranarum præparatione, va forum impletione & quæ plura, prodigiis incredibilia vanus indecenti ferebat promissor hiatu, tuendam. Fator me, qui ferreus, stoicus & aphonus non sum, cum aliis risum tenere, ilia quippe rumpere nobis videbantur verbaque sale, forsan, non insipido conspersa reprimere non potuisse; non quod aliorum labores lucubrationes que superciliosè intueri ego quidem soleo, sed ubi de vereitate, aut pro decoro (deerant autem huic NOTIFICATIONI duo hæc requisita maxima) agitur, adulari nescio dixi nempe, istam NOTIFICATIONEM, circulatori splendere eloquentiâ nihilque esse, quod credere de se non posset Ruyfchius; addidi, cadaverum ultra biennium conservatorum (quod decies & quater hisce literis gloriatur hanc demonstrationem esse fucatam istaque corpora (tace ridiculum eorum plumis, vestibus pretiosis fimbriatis, ap paratum, oculos vitreos, genas colore rubentes roseo & quidquid fulgenti bracteolæ simillimum, infantes aliquando, viros verò nunquam allicere aptum est) non balsani condita; sed liquore & arte mihi nota & jam dudum ort

literato, sub titulo spiritus Balsamici studiosisque meis tradita, conservari: Eo enim devenerat imprudentiae, ut cadavera (licet partes deterso prædicto liquore brevi desiccentur) madore hic & alibi tincta, proferret. Exponat, si vir sit, hæc cadavera aëri, æternitati enim arte sua & nova consecrata dixit; experietur cum dedecore, quām brevi, fæda obducatur nigredine, toto qui est in cadavere pallor, quāmque citò evanescat inque fumum abeat fucus neretricius.

Affectata tamen & nova, scilicet, hæc condendi cadavera methodus vulgo atque huic & illi idiotæ medicastro placuit: sed, Catone judice, *quidquid vulgo placet, vel solum ideo omni suspicione dignum, etiam si quoddam virtutis specimen præ se ferre videatur.* Sed ineptus sim & rti Anatomes dirus, si dissimilem atque prælectorem Ruyschium non agnoscam *laboriosum, indefessum, die nocte rebus intentum anatomicis maximè, intellige, fundans, adulterandis minio, cocco, cerussâ & quavis arteria meretricia exornandis: hisce, fateor, se supra communem anatomicorum famam & sortem extulit altissimè.*

Perstringit me, ut opinatur, acriter & meritò, pag. quod arterias, in cordis auriculas dispersas, delineandas non curaverim distinctè: curavissem, si flatu distentas auriculas cerâque turgidulas arterias exhibere ratum duxissem. Sic totius corneaæ membranæ sanguifera vasa arte demonstrabilia exstant & in ophthalmia insigniter turgent, in atu autem naturali hic tantum & alibi conspicuntur. Quæ ergo propter earum exilitatem flacciditatemque non apparent, fingere & pingere vasa nolui. Quamvis argumentum non procedat, mihi licere, quod Ruyschio facere lacuit, potuisset enim male egisse & ego, si ipsum sequerer,

rer, itidem malè agere: rogo tamen, quare ille passim in observationibus suis, de quibus per transennam postea & præsertim pag. 58. 109. 113. 114. 117. & alibi uteros vesicas felicas, intestina aliaque viscera, ullo sine vasorum sanguiferorum vestigio exhibuit? * sed in promptu causa est; et si hæc organa vasis non erant destituta, non tamen apparebant; ergo Ruyschius hic secundum me, rectè, illa non exprimens; sed ego qui idem illud ago, quod ille Epist. 9. pag. 10. melius præcipit quam efficit, *vasa delinear non affecto, quæ oculi mei nunquam tetigere*, ea autem ut apparent, delineo, secundum Ruyschium, malè. Pergi *Iovis arcans Minos admissus prælector Ruyschius*, longaque, ut solet, ambage & inconcinno inficetorum strepiti verborum, arte declamata sua aperitur (vide pag. 10. artic. 6.) cui notum est novum hoc artificium *feneſtra ma-*
nifestandi arteriarum extrema. *Aperitur feneſtra*, se parte, ut mihi videtur, adaperta una, clausa altera.

ILLA I GITUR MEDICO LUX EST PRÆBEND
TYRONI;

CUM TIMIDUS LATEBRAS SPERAT HABERE DOLU:

Vix enim quidquam per hanc *feneſtram*, vel ipsos anatomicos solertissimos, videre confido: ex hac ergo *feneſtra* amens quasi, proſiliens, transgressus auriculas cordis, i- ruit in me, pag. 12. negans aortam arteriam dividi, d- stribui, in ramum ascendentem & descendantem, ut eg- tab. 23. eam exhibeo: sed rogo magnificum censorem permittat, quædam pro causa dicam mea. Ipsi Epist. : pag. 10. arteria mammaria interiores bis inordinata ra- mificatione, inordinato, credo ipsum velle insolito, irregu- lari, cursu distribuuntur. Quo jure negat, hoc, i- aort

Pag: 16.

* Vide, Observat: Ruyfchian: xcii. descript: ab
pag: 115. ad 117. cuius




Fig. 73.

A

a

A




Fig. 74.

B

Figuræ, 73. & 74. Expositio, hæc est.

A. A Intestini jejunii portio, cuius medium

a. Valde est coarctatum aut contractum.

B. Pars ejusdem intestini, in cuius medio b. b.

Susceptio comparet.

aorta ejusque divaricatione, ab me observatum ? placet, enim, ut ipse ait, *naturæ aliquando varietate frui*. Epist, sextâ, pag. 11. ludit, ipsi, *natura sèpius circa arteriæ bronchialis exortum*; sed vasis, mihi delineandis, ludere non licet, hisce, more solito, modestè, incedendum est: sed monente Seneca, *ignorat naturæ potentiam, qui illi non putat aliquando licere, nisi quod sèpius facit*. Sed ut solidius, non dogmaticum; sed demonstrativum sit responsum hoc, scias velim, Arteriæ aortæ truncum primosque ejus & minores postea ramos, rarissimè aliter, quam demonstrato modo, per partes corporis dispergi; vide post Vesalium, Spigelium & Neotericorum observata; adde secundò, hanc meam delineationem non pugnare cum vasorum arteriosorum systemate universali: quod mox ostendam de ejus delineatione arteriæ Bronchialis &c. sed cui bono ratiocinium hoc in medium profero ? surdo qui fabulam narro, *rejicit enim ratiocinia ut chimeras vitiaturque unico experientie fulcro semper* (vide totam ejus ad lectorum epistolam, observationibus suis præfixam & hunc locum, pag. licet sine numero, secundâ) si autem & hoc velit; ut nec ab hac parte claudicet apologia hæc & experientiæ mea quoque conveniat delineatio, affirmo arteriæ aortæ in ramos distributionem, ut eam eosque delineavi, nuper Amstelod: ab Cl: Doct. Med. D. Rau, demonstratam fuisse. Nota tandem totum ejus tertium iconismum, quemque in textu non describit & novum gloriatur, malè ex clariss. Loweri fig. x. esse depictum: sed nondum censorem dimitto incautum, subjugit enim huic epistolæ tres figuræ; quarum prima, *dicem aortæ arteriæ cum suis ramificationibus* (adgit ipse sua verba Ruyschius, pudor enim, licet legat hæc

ipsumque mox falsæ fictitiæque delineationis & conturba-
tæ rationis reum sистam, non obstabit) per cordis humani
substantiam ejusque auriculas, nec non per tunicas aorta-
disseminas, continet. Quid si ipsum Impostorem renun-
tiarem? dicendo nè ipsum Impostorem probarem? non;
sed si probaverim, tunè mecum (lector æque) ipsius re-
nunciabis Impostorem? credo quod sic. Arterias ipsas co-
ronales per cordis substantiam (id est musculos) dissemina-
tas, seposito omni muscularo-venoso-nervoso-lymphati-
co-membranaceo apparatu, in integrum, cordis nihil o-
minus servatâ figurâ, sine fuso, id est, nullâ aliâ, nisi
impletione vasorum, adhibitâ arte, impossibile exhibere,
liquet.

Primò, quia arteriæ coronales, in ipsas cor constituentes
musculares fibras divaricatae, tam subtile sunt, ut nec
microscopiis, quæ hîc cera quasi impletæ exhibentur, vi-
dere earum extremitates possint nexusque tam intricato &
sine laceratione non solubili, fibris cohærent, ut idem:
cum fibris hisce, corpus, vel organum constituere videan-
tur & circa earum extremitates opus potius sit ideâ (menti:
oculis) quam delineatione fictitiâ, sive Ruyschianâ.

2. Quæ per mutuas vasorum anastomoses plexiformes
que inosculationes conjunctæ repræsentantur arteriæ exter-
næ & membranam cordis ornantes, interioraque petere
ineptæ sunt, ramulos cum non emitant & si hic & alibi e-
missi dicantur, numero muscularibus ordinibus, taceo
fibrarum acervum, non convenient, ergo delineatio hæc
omnium arteriarum non est,

3. Arteriæ, quæ abscissæ (quasi) repræsentantur, au-
cordis membranæ inseruntur, aut non; si primum conce-
dat, manca est hæc delineatio: coronales quippe arteriæ

ipsam membranæ cordis substantiam perreptantes abscissæ sunt. Si secundum statuat, non inseri hasce arterias in ipsam substantiam membranæ cordis, dicat, cui parti cordis ergo inferantur, ostendatque in hac figura, arterias coronales membranam cordis exterius permeantes omnes & cæteras.

4. Cum musculorum ordines ex hisce partim, partimque ex profundioribus ramulis, ab secundo coronali trunco emissis sanguinem hauriant; abscissis primis, deficiunt, in hac delineatione, arteriæ ab externa parte deductæ interioresque musculorum ordines pervagantes.

5. Lege œconomiz animalis; *imo & experientia* constat, arterias ab majoribus in minores ramifications; hâc verò in delineatione, ramuli quidam ab minoribus, in maiores abeunt.

6. Quæ musculis est latitudo (anatomice crassities) eadem debet cuidam, huic musculo, destinatae arteriæ, ab quodam latere, sive superficie, esse longitudo (sive extensio) ut nulla latitudinis pars, arteriâ & nutritione destituantur: hac in delineatione nulla est arteria, quæ ab ulla musculorum ordinum superficie, ad medium eorum latitudinis extendi potest; illa itaque media pars musculi, quam nulla adire potest arteria (deficit enim requisita longitudo) non nutritur. Pluribus argumentis hâc non persequor, ne tibi, qui hâc ad normam procedere, non negabis, onerisim indecenter. Jam, ut autumo, non hæsitás prælectorem Ruy schium, hac in parte, Impostorem sumi-vendum renuntiare.

Quæ hâc est insolens & Ruy schiana audacia? quæ hâc chimæra nova? pueris, scilicet & barbatis imponere facile est: caveat autem sibi, nè hâc & alia examini subjiciantur ulteriori. Posse mentis oculis videri, concipi,

quomodo arteriæ coronales divaricari debeant in corde; quis mente non carens, lubens non annuit? posse & hujus divaricationis, ex quadam materia, juxta hanc ideam, sistema, ex parte, efformari, crediderim & ego facile; arterias autem ut sc̄e, ipso in corde omnes & omnes verè habent, ceraceâ materiâ impletas, exhiberi posse, nec ipsa quidem Credulitas affirmabit. Nè autem dicar in prælectorem Ruyschium debacchari, ipsum in posterum non Impostorem; sed hominem pingere & fingere aptum renunciabo.

I N

EPISTOLAM QUARTAM

AD Epistolam quartam, lucido quodam in me, ut vi- detur, furoris & invidiæ intervallo, concinnatam regero (par enim jam pari referendum) primò.

Dicite iō Pean, Medici, votis enim favet meis, animum rigentem domat turbidamque solvit & rugosam ini- mici frontem mei; qui nuper amens, sibi aliisque gravis nunc Chiron præceptor exstat alter & doct̄or anatomicus pu- blicus.

Celeberrimus prælector Ruyschius, cui hac in Epistola, de liene præsertim sermo est, *oculatissimum Malpighium & me* (duos enim, unâ fidelia, denigrare parietes simul, ipsi factu est facillimum) *illum describentem, me* (ut ait) *de- pingentem glandosum lienis corpus carpit*, ut solet, doct̄e. Honore excidimus ambo; negat quippe celeberrimus Præ-

ector Ruyschius, qui observat. LI. pag. 67. Hæc habet, *im lien glandula audit, nec immeritò: si enim glandulasjeni sapius adstas, imò & thyroideas ritè examinaverimus, eas à liene parum differre observabimus.* Multum uidem à pancreate & glandulis salivalibus discrepat lien, ttamen jure merito pro glandula habetur; dari hoc in visere glandulas, quod impletione vasorum, ope suæ mate-*ia ceraceæ demonstrare conatur: si autem non dentur glandulæ arteriarum venarumque inter fines, vel latera, ec ulla inter hæc vasa medium; nec quædam ex, vel b ipsis vasis, amandandi succum nutritium methodus, aut rganum sit (quod autem ego non affirmo) debet necessariò in quois arteriosus mox transire in venas, effundi in quodam spatiu, vel partium interstitium, aut per poros de ase in vas aliud propelli; quod si ultima hæc neget, colgo, ex priore posito, arteriam cum vena, secundum ip-um, verè, id est, corporis hujus & illius non mutata dis-*sitionis continuitate, unum vas solidum construere;* uod rationi contrarium, omnem (sive partes appositione, el extensione augeri, crescere dicantur) destruit nutritionis cipiendæ methodum.*

2. Cum ductus lymphatici, etiam ex sententia celeber-*mi Prælectoris Ruyschii, ex intimis & quasi ab licenis pe-pheria, ad punctum, scilicet vasorum insertionem, suc-um devehant suum; quæritur, unde, & quo modo, hunc auriant succum? concessa enim arteriarum, cum vena, era unione, ab hisce non suppeditatur vasculis; adde, ullò ex earum lateribus, vel poris sanguine in aliquod me-ium, vel spatium effusò.*

A priore ergo videtur mihi constare, necessariò extare glandulas, aut aliquod medium, in quo, separationis lym-

phæ ab sanguine negotium, absolvitur: non enim credo celeberrimum prælectorem Ruyschium, succum hunc lymphaticum, ex quorundam doctrina, ab nervis derivatum, vel collectionem effluviorum vel spirituum animalium condensatorum crassiorumque colluviem affirmatum; existare in liene glandulas insuper ad oculum denonstrari potest. Primo experimentis Malpighianis; Secundo levatus in hoc viscus intrusionē ejusque exsiccatione; Tertio partium exsiccatarum prudenti contritione atque artificiali inspectione; Porro, injectis prius unius in lienī arteriam aliis in venam, tertii tām arteriam, quām venam, cerā atque in lymphæductus mercurio. Hoc ex vario apparatu diversaque vasorum facie, constabit primo, esse quoddam arteriam inter & venam medium, quod Clariss. Malpighius glandosum dicit & ego depingo. Hisce plura addidisser de vasis Lymphaticis, ut & iis, quæ in fine, hujus pagin 9. examini subjicienda existunt: sed cum mihi proposuimus solummodo illa refutare, quæ ut planè contra me, celeberrimus prælector Ruyschius, ab annis decem & octo protulit: transeo ad secundum (ut prælector celeberrimo Ruyschiō visum fuit, Clarissimi Malpighii in meam de fibris linealibus vocare opinionem) errorem nostrum.

Afferit, in liene vitulino, non autem humano existat fibras. Validiore & quidem Achilleō ipsi, non autem nobis, est argumento, *se eas nunquam offendisse*. Ergo ô! frigidum ergo; quod celeberrimus Ruyschius non offendit, non datur: venoso autem ductui ejusque propagibus, de quibus admodum jejunè sermocinatur, fulciendis non magis inserviunt hæ fibræ, quām reliquis vasculis cellulisque firmandis; tegmine namque ex staminibus quasi &

mis conflato, partium ordini & dispositioni ad earum collocationem, opus erat.

Pag. 10. increpat, me, ubi cellularum iconismum lienalium exhibeo (Tab. mea 35.) non lienem totum, sed ejus tantum partem repræsentare: nempè partes, non autem totum repræsentare, uni, soli, celeberrimo prælectori Ruy schio competit, licet, permisum est: vide ejus Epist. 2. pag. 9. ait enim, *difficillimum foret omnia vasa sanguifera per integrum membranam pleuram, ut & periosia, per totum thoracem, per icones illustrare, quam ob causam particulam aliquam sufficere posse reor, in qua abunde satis omnia vasa mirè reptantia, videre est.* Sit mihi dem jus; quodque celeberrimo prælectori Ruy schio momentosum nimis est, Professori Bidloo non imponatur bonus. Mutentur mutanda (si omnia mea unâ liturâ ex jungenda forsitan non sint) ego enim de Liene, ille de Membrana Pleura agit, & habebis (lect. præstantiss.) responsum meum. Eâdem & sequente pagina 11. *lienis Humani membranam admodum tenuem & fragilem pronunciat, ut iux manu tractari queat, reprehenditque severe (& secundum me, paratum laudare celeberrimum prælectorem Ruy schium, si vel modò benè ruetaverit, rectè eos) qui eis magis applicant indagationi brutorum, quam humorum corporum; ut autem videat, celeber. præl. Ruy chius, me & humano examini subjecisse lienes, dignetur erlustrare tab: tertiam, integrum lienis humani, flatu & artificio distentam*

A. A. Membranam exhibentem inque eâ vasa;

B. Arteriæ splenicæ ramum majorem,

C. C. Ejusque divaricationes, rubrâ, ut & ejusdem hominis

D.

D. Venam, viridi cerâ, impletam ramulosque liener intrantes ejusque in superficie spectabiles;

E. E. E. Vasa itidem Lymphatica;

F.F. Mercurio turgentia nervumque

G. Huic parti destinatum; dignetur itidem consentire membranam hanc adeo tenuem & fragilem, manu esse tractabilem, non quod arguo ipsi vel quidquam ab me descendum; lepus enim pulmentum quereret, qui me eadem paginâ, discipulum suum vocat. Si quis ipsum publicè docentem, audiat, ejus est discipulus, ego, recte verâ, me ejus discipulum agnosco; non autem fore reor ut vel inimicissimus mihi, vel ipsi virtio vertat, me, celeberrimum prælectus. Ruyschium, habuisse doctorem, celeberrimumque prælectorem Ruyschium, me, habuisse discipulum: liceat interim (quamvis nè vel minimam quider captare gloriam velim) te monere, me & quidem ab ipso celeberrimo Præl: Ruyschio velle doceri, nil autem, privatim, ab eo didicisse: cum ipse, in publico Theatr quondam, testatus sit, se vinculi umbilicalis flatu exterdendi methodum (alia taceo) ab me didicisse. Quæ eadē tabulâ exhibetur, figura secunda, membranam, liener cingentem vitulinum, delineat, in qua A. A. arteria cerebrâ & vasa lymphatica B. B. mercurio; hæc, ab extrema, illa, ab intima turgent parte.

Tabulæ Ruyschianæ, figuram primam & secundam et si pictoria fictio & ornatus in iis etiam appareant, perlungatione dignissimas duco, fracta enim, lacerata abscissa que variis cum vasa sint expressa locis, eas genuinas & convenientes habeo demonstrationes; quod de tertia & quarta minimè affirmare licet. De organo lieni vitulin aliorumque animalium, pro vena inserviente, nihil me ne

neo, cum quod de liene humano disputatio sit, tum quod ejusdem, cum vena, muneris esse hoc organum, etiam celeberrimus prælector Ruy schius, penes quem, scilicet, omnis affirmandi & negandi de rebus anatomicis, est potestas, benignè annuere videatur; tandem, cum celeberrimo Prælectore (lege observat. Ruy schii pag. 67. hæc ejus ipsissima verba) LIENEM ERGO PRO GLANDULA SANGUINEA HABENDUM, CUM CELEBERRIMO MALPHI GIO, ANATOMICO OCULATISSIMO, CENSEO. Quid plura? credo enim hanc ejus epistolam tibi, ut mihi stomachum magis movisse, quam lienem.

IN

EPISTOLAM QUINTAM

Epistolæ Quintæ pag. sextâ, asserit Prælector Ruy schius, exer citatissimum Higmorum & me corripiens, nullas dari radices cysticas, vultque, que nos (ignosce, lector benevole, quod meo cum tanti viri nomine utar simul, con juncto adversario meo) biliariorum generi vasorum adscribimus, utriusque speciei esse sanguifera.

Arteriam & venam cysticam, non tantum felleam ipsam vesicam, verum & hepatis membraneum lamellatum cohaerens involucrum perreptare, notum est nimium, quam ut illud nova quasi indigere videatur demonstratione: illa vero ex vesiculae felleæ fundo erumpentia, vel fundum intrantia quæque circa hujus organi collum deteguntur,

vasa esse sanguifera, ut pro gradu Dictatoris affirmat pag.
7. prælector Ruyschius, probatione eget ulteriore.

Primò enim constat, vasis omnibus sanguiferis, mate-
riâ ceraceâ, vel etiam mercurio; quod autem experimen-
tum per se fallax, anatomicis imponere aptissimum, ego
rejicio, impletis, ablutis sepositisque longam multamque
post macerationem glandulis, vasa hæc inania nullâque in-
farctâ cerâ, aut mercurio observari.

Secundò, omnibus sanguiferis iterata injectione tepidæ,
omni ab sanguine purgatis, atramento postea, vel alio
fluidiore & subtili saturoque colore tincto, liquore imple-
tis, compertum habeo; prædictorum nullum vasorum,
nè minimum quidem quid, hujus liquoris in sese recipere,
vi licet summa & siphone per cavam, vel portæ venam,
arteriamve hepaticam vicissim, alternatim, una vice, ve-
simul, vasculis nunc hisce, tunc illis ligatis, infundatur
vasaque turgent præter modum omnia.

Reperisse se felleas Vesiculas, in brutis, an hominibus
non addit, fundo suo hepati neutiquam connatas, non mi-
noris momenti ipsi, mihi vero nullius, est, ad compro-
bandum ipsius supradictum statutum. Vaticinia Ruyschia-
na, ut dicta prudentum, non rarò Delio indigere Natato-
re, & hasce Epistolas, juxta Afranium aliosque Epistolaren-
tium docentes, conjecturæ locum cedere, prima vice
jam non exerior: hæc videtur repertarum vesicularum
observationis fellearum, sine radicibus cysticis in fundo
consequentia: quæ carent cysticis radicibus vesiculæ in fun-
do, bilem non recipiunt. Sed nego, cum venia præle-
ctoris, sive miserrimi anatomici & subtilis lanionis Ruy-
schii, ineptum hoc majoris ejus assumtum, Primò, i:
hoc & illo individuo animali radices cysticæ ipsi collo, cu:
ju:

jus parte media insignis exstat ductus cysticus, ut observare est Tab: mea 38. fig. 4. inseruntur, bilemque, hoc modo, recipit vesicula. Huic collo cum adhærerent, procul dubio, quoque insertæ ipsi fuerunt. Secundò *inordinata ramificatione & inordinato cursu*, *ut arteria mammaria interna*, Epist. 2. pag. 10. ab prælectore Ruyschio exhibitæ, aditum sibi ad collum, vel cum poris bilariis conjunctionem paravisse, verisimile est. Ipse prælector Ruyschius exhibet pag. 113. in repōsitorio s.-N. x. *ductum cysticum*, è quo variae radices, sed hanc vocem corrigens, addit, *potius rami erumpunt*; vide, lector eruditæ, ut tam acutum caput nil fugiat; est autem ex corpore bovino.

Tertiò, de monstrosis, aut malè conformatis, in oeconomia animalis, certi nihil statuendum.


Exhibui præterita hyeme auditoribus meis vitulinum hepar, cui tota deerat vesicula fellea: sed quid illud ad rhombum? an omni propterea destitutum fuit illud hepar bilis secretionē? aliter longè; bile enim mucosa turgens insigniter, ante communem ductum, Bilarius porus, gloacæ, vel receptaculi adinstar & collectionis hoc mune-
c fungi visus est.

Bilariam vesicam humanam (non enim bruta tantum ab me perlustrantur; quorum autem in sectione medicum versari debere, si operum naturæ cognitionem affectat, commendat, cum acutissimo Riolano, omnis antiquorum & neotericorum anatomico-physicorum adepta cohors) conservo, cujus collum calculo, biliosa ex materia conflato, obstructum, dum hepar ipsum cadaveri annexum examini ubjicerem, tam arctè conspiciebatur, ut nè vel quidquam iquidi per tractum ejus in communem ductum progredi siceret; absit autem cum omni ineptiarum genere, ut statuam

(*pro incongruo statuto Ruysschiano supradicto*) proinde biliem secretam ab sanguine, in quendam locum non esse depositam atque ex eo amandatam. Habet quoque musæum meum (*licet cœmpterium Ruysschianum non referat*) intestinum duodenum humanum, in quo ductus communis biliarius ab pancreatico, ut in cane aliisque animantibus, quatuor transversorum digitorum longitudine distat; queratur, immerito, usu ne idcirco & officio, hæc vasa ab iis differant, quæ uno in prædicti intestini cavitatem orificio hiare comperiuntur.

Si digressiunculae locus sit, observatu indignum non arbitror, anatomes & materiæ medicæ studiosis, calculos ex bile oriundos, aquis innatare atque igne, cujuscunque sint coloris, figuræ & magnitudinis, comburendos existere, ut plurimum autem, vide tab: quartam, duos calculos majores,

Tab: IV.



A. A. Et minores plurimos,

B. B. B. Ostendentem, plurimis maculis nigrescentiis punctisque in hisce albidis & figurâ depresso-roundâ vari-

Fig. III.

Fig. I.



卷之三

卷之三

variorumque exstructi laterum repetiuntur.

Ab incomparabilis Stenonii opinione alienus quidem non est prælector Ruyschius, o! felicem incomparabilem Stenonium, quòd ab partibus, ex parte, suis, sit Prælector Ruyschius! quā nempè posuit, omnes membranas, que in thoracis, ut & abdominalis cavo humore aquo irrigantur, glandulis esse obfitas. Sed connectit hisce; attamen illas hætemus, non nisi mentis oculis, ulli videre licuit, ingenii sanè politissimi & acris judicij testimonium: prudenter enim dubium hoc movens Stenonii gloriolam deprimit, ut non confirmatam; suo autem de glandulis miliaribus & vesica fellea, cuius membranam tenuissimam, sed malè tab: 5. fig. 3. exhibet, honori & meritis non leve addit pondus, præsertim quod formam seminis milii quoque emulentur, & quod notandum, per universam vesiculam felleam bovinam brevi intervallo dispersæ inveniantur. Hoc prælector Ruyschius notandum putat. Sed vix credo, ipsum notavisse meum N B. pag. 11. volui indigitare ipsum MILIUM PERTEREBRARE & TORNO SCULPERE: notandum porrò, glandulas basce miliares, cum magno Malpighio, ab oculatissimis, ex glandularum ordine, rejici anatomicis, cum sint vasorum plexus, quales ille in liene, loco glandularum, ipsis obtrudere conatus est, qui in vesiculæ felleæ membranam, Ruyschianas glandulas miliares, nec in lienem, plexus Ruyschianos vasorum & stupendum artificium, admittunt.

Quod de intestino cæco leporino pag: 9. profert argumentum, circa bilis motum progressivum, licet absonum, contra me enim propriè non est, non tamen refuto.

Eâdem paginâ reprehendit, me vasa lymphatica insigniore numero non delineâsse, imo quina tantum repræsentâsse,

intercede, quæso, lector benivole, instrue præclarum Cen-
sorem, *me mentis oculis plura, carneis, sive meis autem*
sutor ipsius verbis, cuius gratiam captare, ut nosti, sum-
mopere satago) hoc in subjecto, alia non observâsse, nec
ausum fuisse pluribus, ex conjecturâ, hepar hoc & deli-
neationem meam ornare, paratus plura in alio hepate im-
pleta mercurio ipsi offerre; modò mihi integrum sit ipsum
monere, sibi caveat horum vasorum infarctione, nè illo-
rum interstitia & membranæ duplicaturam potius oneret,
quàm ornet, pluraque iterùm quàm oportet, vasa singat.
Depositis Epistolis sextâ, septimâ & octavâ, utpote contra
me nihil, nisi problematicè duobus locis, ad quæ in tran-
situ responsum tuli, continentibus (quæ enim de arteria
Bronchiali nugatur, mox ad examen & limam vocabo) ac-
cingo me ad ea vindicanda, quæ Epistolâ Nonâ inepte no-
tantur.

I N

E P I S T O L A M N O N A M.

VIdebar mihi, inter legendum, post graviorum re-
prehensionum castigationumque nimbos, otio frui
decenti & tranquillè, Pallade meis adspirante votis, aprica-
ri: non aliter ac naufragus, vindice fortuna, salvus, tu-
midis emergit ab undis & laceram reficit peregrino in littore
puppim. Sed eheu! gravior instat mox non reprehensio-
num, sed opprobriorum, fannarum, convitiorum farca-
sticorum acerbissimorumque procella velox: hæret Ruy-
schi-

schius, minatur, æstuat, iræ enim veteres novi notas: vos autem, qui ipsum *mystam*, cui *sacraria patent soli*, renunciatis, hunc fida, famuli & adulatores, turba, dum excutiat Deum, retinete, nè quid impotens peccet furor; ego interim omnium, quæ me hac in Epistola spectant, historiam lectori meo trādam simulque ejus subjiciam reverenter judicio, quæ de secunda cerebri membrana sustinui publicè. Mense, hujus Anni, Aprili, dissectioni Ruyfchianæ, cadaveris virilis, dum fortè interessem, conabatur auditoribus persuadere, demonstrare, inquam, membranam cerebri secundam, non esse adeo crassam, separabilem ab duabus meningibus, nec ea vasorum sanguiferorum multitudine ditatam, ac meæ tabulæ octavæ, figurâ quintâ, delineantur; interponens jejunæ suæ dissertationi, circa hujus membranæ detectionem primam, intempestivas acerbissimasque, in me, audi quid tulerim, irrisiones. Superbiens postea, se me præsente, hæc omnia dixisse, me verò nè gry quidem retulisse in contrarium. Fateor, parum absuit, temperare enim animo vix potui, quin huic ejus illicitæ audaciæ aliquid reposuisse, sed linguae imponens modestiæ numellam, impetum frænare valui: dum enim, omni posthabito prorsus decoro, ulcerosam suam pruriginem lacerandique detestandam aliorum famam consuetudinem, impudenter patefaceret, iste miserrimus lanio & anatomicorum scandalum, decorum me observasse compertum habent auditores. Tacui porrò, nè ulterius, oblitus sui rerumque demonstrandarum, balbutiret, verba sugerente hæsitantí errantique, patre meliore filio: accedebam enim auditor tantum, & licet sæpius vexatus rauco hoc prælectore, loco esse aliquid reverentiæ tribuendum honorifico, animum, ut potui, induxi meum: erant

erant autem, qui euge! benè! feliciter! eos digito demonstrare & dicere isti sunt; hujus defensionis non est, alterius loci esse poterit: novit enim probè, quos velim, improbus Ruyschius. Demonstratione belgico idiomate celebratâ, post plurimorum deceßum, animum aperui candidè, hisce verbis;

Mijn Heer, ik bedank u voor uw Careffen; op zoo goed weerom, als ik u eens op mijn territoir zie; toch ik zal u te vooren daar van kennis geeven, als ik het doen zal. Quod tuli responsum, ore trepidante; mens enim conscientia veri reluctaverat diu, sicut; ik zal by gelegenheit wel eens koomen. Ex re mea mihi non videtur, singula, quæ perpetrari, male, contra artem, per fucum & more præstigiatorum demonstrabantur; nec quam confusè, sordidè, infeliciter, cum in cerebri perlustratione, tum cranii perforatione (operationes enim chirurgicas exhibere sudabat) omnia administrabantur, multò minus, quibus inficetis & de plebis sentina facetiis, curta recitationis supplex sustentabatur, recitandum automo, qui præjudicio non seducti, artem utramque perspectam habent istique interfuerere tragediæ, harum misericiarum & miserrimi anatomici testes voco: sed agamus; meani potius exornem defensionis spartam.

Ut ergo pateat, quid de secunda cerebrum obvolvente membrana, ejusque prima detectione, crassitie, vasis, contigitate cum alijs partibus & similibus literis mandaverim, offero tibi (lector spectatissime) narrationis, quæ sub explicatione Tab: octavæ exstat op. meo anatomi. copiam.

Secunda cerebrum obvolvens membrana, utpote (A) non nota vel saltem non descripta, cum venia dixerim, fusi ore indiget explicatione: tertiatâ circiter à morte horâ, mas cul

culi capitis cerebrum investigans, ablato cranio crassaque meninge & anterius elevato cerebro, obviam mihi venit (B) *albicans*, *imo & pellucida membranula*. primo intuitu suspicabar, me, quod in humidiore cerebro facile accidit, meningem tenuem subelevatione anteriorum processuum, ab ipso cerebri corpore separasse, vel in duas divisisse lamellas: cum verò rem ulterius indagare inciperem, opportunum mihi fuit observare, membranam quandam (C) *minimis sanguineis vasculis ornatam*, tenui meninge crassiorem & crassiore tenuorem, inter hasce reconditam, circa primum ossis cuneiformis foramen (D) ita duabus meningibus affixam, ut vix divelli potuerit, obvolutisque nervis anterioribus sursum pergentem, circa cerebri basin, ubique subjacentis membranæ portionibus & consequenter cum iis ossibus, puta ossis petrosi processui, ossi occipitis & aliis ejusdem asperitatibus firmiter annectebatur. Membrana hæc, quam (E) *medianam meningem* voco, in omnibus cerebri circumgyrationibus invenitur, eademque est, quæ etiam *spinalem medullam*, præter duas notas, ambit, (F) Quod in rem præsentem facere potest, spinalem medullam tribus, ad minimum includi velaminibus, receptum est, quidni & etiam cerebrum? cum medulla hæc, hujus tantum sit elongatio. Dubitandi ergo ansam non relinquit; in membranarum enim productionibus observo, quod, ubi ab exortu procedunt, non nisi filamentacea expansione finiuntur, aut ossium apophysibus inseruntur. Sed ne diutius huic rei immorer, hujus membranæ diathesin autopsiæ subjicio. Adsis jam animo (lector æque) nodus in scirpo quæritur, inveniatur, nec nè, judicato.

• (A) Itanè? hæc verba philautiam sapiunt: est nè hoc *sibi laudem, quæ aliis competit, tribuere & gloriam, de suâ fe-*

felicitate anatomicarum demonstrationum spargere ipse?
quid hisce verbis prudentius & reverenter magis?

Agens, de Arteriæ bronchialis prima detectione, Ruy-schius, ait, pag. 11. Epist. 6. *se tunc ne quidem legisse authores, quibus nonnulli arteriæ Bronchialis inventionem tribuunt.* Sed proprio marte, dictam invenisse sanctè posse testari, additque satius esse duxi, tuis petitis impræsentiarum satisfacere, quam incertam & mancam inventi mei historiam relinquere. Ergo, ab triginta annis, usque in hanc diem, manca fuit; addo ego, & est adhuc. Ego itidem sanctè testari possum, me de membranula hac, cum se se mihi offerret primò, nihil de ea legisse. Publici juris factum opus meum anatomi: non est, ante A: 1685. multo intercedente casu & infortunio, morte trium virorum, quorum sumtibus illud concinnabatur, morbo, mortem mihi bis, brumali tempestate, minante, lite inter hæredes defunctorum &c. licet novem annos ipsi impenderim, antequam ederetur; ita ut plus viginti annis membranula hæc, de cuius detectione, & meis laboribus indefessis, minimè glorior, mihi innotuerit.

(B) An hoc significat velamen crassum? credebam diminutivum hoc, satis enucleare, quid de crassitie hujus organi colligendum existeret; esse nempe tenuissimum: describitur, insuper membranula albicans, pellucida, id est, diaphana, si enim opaca, spissa, compacta, densa fuisset, nec membranulam, nec pellucidam vocare congruum fuisset. Alias enim membranulam, septum narium, secundò, investientem, quinque Ruyschius describit suâ (NB.) methodo. pag. 10. Epist. 8. tegmen habebbo spissum & densum.

(C) Hisce ne verbis Oedipo opus est? anatomica vox mi-

minimis indigitat omnibus anatomicis *vasculis* (miserrimum & subtilem lanionem Ruyschium excipio) vix visibilibus & exilibus maximè. Sed quæ causa est? cur Ruyschius, cui vasorum myriades frequentiores, quàm Hippocomo mendacia sunt, admodum ab hisce minimis *vasculis* abhorreat? si conjecturæ venia sit, (est enim passim ipsius conjecturis & figmentis) crediderim, quia ipse *eorum inventor* non est. Ruyschio præterea (vide ejus Epist: 7. pag. 13.) licet, *in delineatione piæ matris, ejus membranositatem minus exprimere*, idque studio ab ipso factum, ne arteriolæ obliterarentur; quidni idem illud mihi permittendum? vasa nempè paululum majora, exhibere ad eorum luculentiorem dilucidationem: sed nec hoc quoque mihi indulgeri volo, quæ enim vasa delineata in iconismo meo existunt, *sancè testor*, hoc, aut simili modo, illo in subiecto, sese visui exhibuisse: adde, quòd celeberrimus Gerardus de Lairesse, qui omnia ad vivum depinxit, celeberrimo Ruyschio hac in arte inferior non habeatur.

(D) Vix potuisse divelli, ab partibus sibi vicinis iisque connecti argumento est, factum hoc aut ab corporum contiguitate, aut *vasculorum*, aut *fibrarum*, aut cuiusdam medii interventu, aut quod *membranula* ipsa tenuior esset, quàm ut levi negotio, ab vicinis partibus separari potuerit. Hæc omnia indigitant, me membranulam hanc tenuoren̄ habuisse: *nullam verò reperiri in toto corpore subtiliorem*, vide pag. 11. nemo prudens statuerit: ita ut ipsum, hac in demonstratione, non subtilem, sed rudiorem lanionem, servato autem titulorum altero, miserrimi anatomici, renunziare cogar: in oculo, foetus tri vel quadrimestris amnio; mo in ipso cerebro, nervorum fasciculos tubulosque proximè investientes, tenuiores hac membranulâ reperire licet.

(E) Nomen si distinctionis ergo, huic membranulæ, nomine non insignito, tribuerim, ab ejus collocatione media, inter duas, nominibus distinctas specificis, meninges, quodnam commisi peccatum? quodnam gloriæ cupiditatis signum latet in eo? Bidloianam, si, ut ille Ruy-schianam, divulsam ab chorio membranæ portiunculam quandam, dixisse, ludibrio me (lanioni enim subtili hæc uni competit invido) exposuisse.

(F.) Quod hoc loco & initio hujus narrationis, detectionis opportunitatem, occasionem, ratiocinia & similia deque tribus velaminibus, spinalem medullam ambientibus, quædam exposuerim, nemini (lanionem subtilem *excusatum habeo*) lectu tædiosum arbitror.

Animadvertis eâdeni pag. me tab. 5. *ingentem* (ingentem inquam) *portionem* hujus membranæ, repræsentare, id *quod impossibile* opinatur.

Ego membranæ hujus partem quandam, ille pleuræ (vide ejus Epist. 2. pag. 9.) ad totius imaginem, exhibui, in eo sanè infelix, quod secundæ cerebri delineata pars ab me, eâ pleuræ, ab Ruyfchio (arterias arteriolis, arteriolas arteriolu-lu-lu-lusculis & hasce hujus generis myriadibus, ex systemate generali indefinitum ornante) delineata major (ingentior) reperiatur. Hanc membranam, cuius pro subjectis & individuo, crassities varia & differens est, ab utrâque meninge multis locis & insigni portione separabilem, compertum habeo: Primò hydrocephalo, meningum inflammatione, cerebri ulcere, & secundò arte, ut, iterata tepidæ in omnia ad & in cerebrum meningesque, tendentia vasa, imò meninges inter ipsas, injectione; maceratione & levi, sed multa agitatione manuumque compressione, flatu porrò aliisque mediis.

Cogi.

*Cogitur quoque mirari, subtilis lanio [eād. pag.] adeo tenues ab *me* esse delineatas circumvolutiones, quia talem eārum faciem in homine sano nunquam offendit. Ego cogor quoque mirari; Prīmō, ipsius de cerebri circumvolutionibus imperitiam: cerebrum enim brevi temporis tractu, ablato cranio, plus minusve subsidens, pro individuis quoque plus minusve, exteriorem faciem circumvolutionum apparentem facit. Secundō, cogor quoque mirari, adeo inartificiose [cūm pīctor sit] earum faciem exteriorem expressam: si enim ablato cranio, ad aurium ferè limbos, nasus mentumque, capite ad posteriora reflexo, ut in hoc iconismo, totumque cerebrum conspicatur, & in ossea compage manu, vel alia methodo non retineatur, recedunt, insigni facta cavitate ab frontis regione, crura, &, quod vix hic apparet, tota moles cerebri tuberis adinstar posticum cedit: circumgyrationes [ut ait] cerebri pia matre adhuc instructas, neutiquam tam profundas conspici, quam pia matre ablata, ubi sulci & anfractus profundiores visuntur, quid hoc effato insulsius? ablata quippe pia matre ipsa, circumgyrationis figura mutatur, flacessente & figurâ cedente cerebri ipsissima, ab involucro soluta, utraque substantia; sed ubi sunt, hac in tabula, vestigia duræ meningis; hæc cum explicatiōne literæ, G. G. evanuit, aut hoc cerebrum (repræsentatur enim integrum) meningे dura caruit, aut ipse pīctor debuisset notare esse depositum hoc involucrum. Tertiō, cogor quoque mirari & repetere Ruyschianum, hujus scripti, pag: 22. adhibitum argumentum. Quod Ruyschius non offendit; non datur.*

Hac & sequenti pag. 12. hæc habet; ne jam dicam aliiquid de imaginaria & chimærica delineatione glandularum substantiæ cerebri corticalis in eādem tabulā exhibita, per

quas repentina vasa sanguinea, nunquam oculis armatis, taceo inermibus, visa representat.

Conatur (ut liquet) mala fide lectorem inducere, me hæc omnia, ullo sine optico delineata proponere artificio. Ego rectius ergo tibi (candide Lector) mea & bona fide [vide Explicat: tabulæ meæ] descripta verba offero. Recitatâ cerebri corticali, medullari, nervorum aliarumque partium dispositione; adjungo hisce, quæ hucusque de prædictarum [corticalium nempè] glandularum & tubulorum facie atque structura dixi, in cocto cerebro, *opticis vitris*, deguntur: ut demonstrat fig. secunda. Illi nemo disputat, papillas pyramidales, corpusque reticulare, primò duplo eorum magnitudine sine & posteâ ope microscopiorum insinuauerit adiuncta, demonstrare: ille autem mihi, in hac corticalium cerebri glandularum demonstratione, post earum structuræ historiam, uti iisdem denegat mediis; si porrò ipsius glandularum papillarium delineatio sese habeat, ut 1. ad 100. quid obstat? quo minus mihi, proportione in corticalium delineatione glandularum, ab 1. ad 1000. ut licet. Si mea delineatio sit rei non existentis, meritò imaginaria & chimærica audit, si verò rei existentis, non chimærica, imaginaria, sed malè expressa esse poterit, eum autem in modum delirare & insanire miserrimum anatomicum vix crediderim, ut affirmet, corticalem cerebri molem, non esse glandulosam, aut impossibile statuat, harum glandularum magnitudinem opticis instrumentis posse delineando augeri ab 1. ad 1000., nè dicam 100000. & ulterius; ad prium, de earum magnitudine; hæc enim inepto censor displaceat maximiè. Videre in hydrope cerebri est, glandulas hasce plexusque choroidei adeò quandoque extendi, ut sanguinorum vasorum capillamenta, ulla sine artificiali inspectione,

appareant insigniter ; quid rei est ? quòd & hoc hisce non concedat glandulis ? cum insuper pulmonales vesiculas [vide observat. Ruyshianarum 20. & 21.] ad pollicis transversi diametrum expansas videamus : ratione autem habita, unius corticalis glandulæ cerebri, exponat subtilis lanio, earum inter se respectu magnitudinis expressæ, & cum ea vesicularum pulmonalium proportionem incongruam, ex mea tabula.

Ad secundum ; de delineationis mea methodo, misero etiam displicente obtrectatori ; planum formassem meæ demonstrationis, ut eam probarem veram, formassem itidem & secundum, sextuplicium serierum papillarum pyramidalium & ordinum foraminum corporis reticularis ichnographiam, ut probarem, malè ab Ruyshio ea alternatim collocari, & alia in iis absurda gratis supponi ; si dubius rærerem, an satis & non plusquam satis lectori constaret, ne Ruyschium demonstravisse planum, aut meas delineationes earumque descriptiones, de secunda cerebri membranula aquâ & sale non fricuisse multo & squalore deterso naturali, ut decet, orbi tradidisse literato, aut ulterius prouare necessum esse, miserrimum hunc anatomicum, nec ræc intelligere, imo, ne extremis quidem œconomiam animalis tetigisse labris : asinini sit ergo ejus scabie infami & callosa induratis, carduus, lactucâ labris.

Ultimò, meritis suis luctucentissimo præconio exaggetatis adhibitâque eleganti (respectu sui ipsius scilicet) comparatione, quâ (videsis ejus ad Epist. observ. præmiss.) se uaque saepius ornare solet scripta ; *se Maronem, me musam*, quinimo (quo autem curatorio jure quâque auctoritate ignoto) academicis se se miscens negotiis, segnem & academiæ inutilem exclamat. Quot cadavera examini sub-

subjecerim anatomico ; quæ exercitia in studiosorum celebraverim commodum ; qui & quales mei fuere labores academicæ, non ja&tito ; sufficiat, me, et si hiemem integrum degerim apud Britannos , sex & decem (absit, ut hoc Philauticus quis interpretetur) hoc triennio dissecuisse cadavera.

Audivistis, vidistis, percepistis,

ÆQUI, ERUDITI, SAGACES, RERUM ANATOMICARUM ÆSTIMATORES.


Qua ratione, methodo ac normâ, quibusque experientia, exemplis, explicationibus, systemata, partium delineationes & scripta conatus fuerim sustinere mea : rumorem de erroribus, mendis hallucinationibusque meis sparserit improbissimum prælector Ruyschius. Si autem, ut confido, vobis sit satissimum, vos ipsi me imposterum contra furoris ejus impetum tueri non negligetis : certior enim hoc fio momento, mordacem & Empedoclea similitate clarum virum, quam celebritatem probi horrent, irme iterum strinxisse sicam & decimam parare injuriosissimam Epistolam : addat si quid ad contumeliarum effutaturum acervum potest, ego castam positus intra innocentiam proventum quæstumque studiorum meorum habebo maximum, posse me invidiam pati ; ferram ergo reciprocare, cum inhonesto Ruyschio, cuius implacabile & Vatinianum odium, ab annis ultra viginti, in me sœvit, ut indecorum moribus, studiis munericæ meo, posthac negaturus, ipsum vobis & invidiæ puniendum trado suæ.

NOTÆ QUÆDAM IN QUATUOR
F R E D: R U Y S C H I I,
 PRÆLECTORIS DELINEATIONES.

CAUSÀ peroratâ meâ, quâ, ut reor, non excidi, respondebunt sequentia secundo hujus scripti articulo. Specimen ergo habe (Lector benevole) quoddam Ruyschianæ industriæ, artis & doctrinæ Anatomicæ.

Posse Prælectorem Ruyschium ridere, quod non percipit, vituperare, quod exequi non valet ipse, mihi innuit dudum; errorem autem vel in rebus levissimis agnoscere paremque, absit ut superiorem dicam, ferre comperatum habet de ipso, mortalium nemo. Licet ergo, Saxum quasi sudans, nitendo nè hilum quidem proficere; imo cum Sisypho volvere Saxum videar, indocilis cum ipsi sit & refractaria indoles; conabor tamen, si non ipsi, tibi saltem (non hominis mores, licet deterrimos, proscindendo, dicteriis, sed artem ejus enucleando) anatomicos ipsius detegere errores manifestos; ut si non ille, tu illos visitare velis.

Fig. I



Vasa delineans, propria manu, lymphatica, vide ejus figuram primam, exhibet, utar ipsius verbis,

A. Vas lymphaticum secundum longitudinem dissectum.

B. Vas lymphaticum à latere.

C. Vas lymphaticum ab antica parte.

a a a a a. Valvulae exhibentur semilunares in dictis vasis.

Quis Anatomicorum ineptè adeò? ut ille.

1. Horum delineatorum vasorum latitudo, sive capacitas, naturalem duplo & plus, equinam superat.

2. Horum vasorum, ab latere, adspectus flexurâ, farciminiis adinstar distincti, exprimitur, cùm una tantum eminentia & quandoque semicirculi parte extrema, ab altero latere gaudet. Quod ad valvulas, A. A. A. indigitatas, illæ magnitudine & figurâ admodum ab vera earum dispositionis similitudine aberrant, ut pro valvulis lymphaticorum, nulli Anatomicorum venire possint. De magnitudine, fiat per mensuram, de figura, ex comparatione hujus, cum delineationibus (meas enim rejicit) Stenonii, Rudbekkii, Swammerdammii, Nuckii aliorumque, conclusio; ipse ego, an Ruyschius fallatur: plus minusve, debito, turgeant, eorumne membranula crassa sit nimis expressa, nec nè, non disputo; nè altercandi anfam, (ut Ruyschius, subtilis lanio) arripere videar. Hæc taceri, hisce conniveri potest.

Sed quis risu non deperit? qui rigidum multorum Anatomicorum Censorem hunc, hepar cum vasis lymphaticis, delineantem videt equinum. Fig. 2.


Monet se *vasa hæc* (*respectu hepatis delineati*) paulo majora efformasse: cæteræ ergo partes naturali magnitudine, aut minimum proportionaliter inter se, exprimuntur: sed ego itidem te (lect: oculate) monitum volo; jam observes, quam turpiter præterita in delineatione, delinquat, quamque ab veritate aberret rudis ille arbiter, circa horum vasorum in homine magnitudinem. Secundò, non omnes glandulas (exterius hepatis connatae videntur subintelligi) se expressisse; tertiò, hepatis formam (situm forsan vult) esse inversam, in hisce autem non sita est hujus visceris vasorumque delineandorum ratio, nec utilitas demonstrationis.

44 . NOTÆ QUÆDAM IN QUATUOR

Sed nulla habita , de partium proportione , facie , aut figurâ , ratione ; exprimit sub lit. B. cavam sub dia-phragmate abscissam , & C. venam portam , vix quartâ parte differentes capacitate ; cum venæ cavæ latitudo , quater minimum portæ supereret. Ille ipse cavæ humanæ , sub diaphragmate abscissæ diametrum (vide ejus obser-vation : 19. fig. 19.) pollicis transversi & quadrantis ex-primit ; cuius autem momenti in re medica proportionis vasorum sanguiferorum , sive arteriæ cum arteria , venæ cum vena harumque inter se cognitio sit ; videre Physicis , non verò Prælectoris Ruyshio est , explicat : Cog-i-tationum de instauratione medicina , acutissimi Viri B. de Moor , pag. 40. & tab. 1.

Venam umbilicalem , in ligamentum degenerem , de-signat lit : F. sed proh ! anatomicorum fidem ! Quis stylum hunc , ligamentum credit ? Longè quid aliud est , vel nullam rerum designandarum similitudinem , quam membranulam , plus minusve vasculis rigatam , exhibe-re. Ipsa demum hepatis circumscriptio & figura , crassi-ties , glandulæ , huic visceri adnatæ lymphaticorum exor-tus , reptatus & quæcunque porrò in hac tabula prostant , admodum veræ sunt harum partium dispositioni contra-ria , ut nesciam , quid homini in mentem venerit , ma-nu cum superbifica , huic delineationi , magno qua-si facinori & egregio , auctor & pictor , nomen addi-dit.

Eiusdem , cum lymphaticis , farinæ est equinarum la-tearum venarum , primi & secundi generis delineatio : eadem enim methodo & æquè male exprimuntur : né igitur lectori , inutilium repetitione rerum , tædio sim ; conseruo me ad disquisitionem in figuram Tertiam , que lie-



FRED. RUY SCHII PRÆLECT. DELINEAT. 45
nem [addat oportuit diminuta magnitudine , vitulinum]
cum ligatis vasis lymphaticis & sanguineis ostendit.

Fig. III.




Peccat delineatio hæc enormiter , primò contra veram
A. lienis hujus constitutionem , respectu Vasorum sangu-
iferorum ; vena quippe C & arteria splenica D. ejusdem la-
ti-

titudinis, sive capacitatis referuntur. Secundò vena, adinstar arteriæ, aperta validâque membranâ exstructa, conspicitur. Tertiò vasa lymphatica supra æquè turgida, quâm infra ligaturam B. depinguntur. Licet ipse dicat, *dum vas*
*la**gantur jam jam vas**s lympham effluere*, & postea, *lympham nullo modo* (nisi adhibita vi) *reduci posse*. Hic, abscissa licet, turgentia & valvularum conspectus exhibetur distinctissimè: sed forsitan, lymphaticis hisce, fervente licet aura vitali, ligatis abscissisque, lymphaticus latex eum fuit in modum concretus, ut methodo, quâ repræsentantur vasa, manserint extensa: ut autem candidè, animi sensa aperiām, hac in re multum valet prodigiosa & Thuscīs digna fides libellis.

Examini subjiciamus quoque illam altè sèpè sèpiusque decantatam arteriam Bronchialem, cuius iconismus depingitur Tabulâ Quartâ. Nihil de prima Galeni, Erasistrati, vel Ruyschii detectione, nihil de ineleganti delineatione hujusque magnitudine & similibus, multò minus de partium pulmonem constituentium proportione inter se, vel quidquam notabo; ne littora Ruyschiana arando, operam perdidisse stultè dicar; demonstratus solum, quæ contra œconomicam structuram vasorumque pulmonalium sanguiferorum stabilitum usum & officium, in publicum protrudere ausus fuit prælector Ruyschius, imprudenter & inconsiderate.

In hac ergo tabula designatur literâ, ut refert auctor, A. ASPERA ARTERIA VITULI A POSTICA PARTE, ABSCISSA LARYNGE: sed nescio (lector candide) posticam fistulæ pulmonalis partem, cartilagineis etiam ornari annulis; illa quippe pars, cedens, ubi opus est, deglutiendis per œsophagum ingerundisque cibis membranea, ut est, existe-



re debuit : sit autem huic errori & gravissimo venia & im-
punitas ; modò alios non habeat comites & socios : festine-
mus ergo lente ; animadverto enim explicationis fine lit :
E. SUMMUM RAMUM (asperæ nempè arteriæ.) IN SOLIS
VACCIS & VITULIS INVENIENDUM, designari ; errat ite-
rum , cum in ove multisque insuper animantibus , inveni-
atur. Lit : D. denotatur , ARTERIA BRONCHIALIS , CU-
JUS RAMULI BRONCHIA , AD FINEM USQUE , CONCO-
MITANTUR. Bronchia hic, ullo sine cartilaginum, ex qui-
bus præcipue conflantur , vestigio , aut indigitatione ex-
primuntur ; quæ dum angulosæ & variarum sunt circum-
scriptionum loricatimque cohærent , tubulos variorum ef-
formant laterum inæqualesque , nunc eminentiis , tunc con-
cavitatibus distinctos. Cum ergo vix credibile sit anatomi-
corum quemquam statuere , Bronchia nulla ornari cartila-
gine , statuo , hanc tabulam malè esse delineatam Præle-
toremque erravisse enormiter & crassè.

Sed , absit ignoscam primo errori , pedissequos enim
habet multos. Ipsius arteriæ exortus , ramificatio , distri-
butio ulterior , ut & totus Bronchiorum tractus , malè ex-
primuntur : exortus enim hujus arteriæ non curvo-oblon-
gus ; sed rectilineus , ramifications non raræ : sed innu-
meræ ; ulterior harum distributio , sive capillaria vasa ,
non ramosa ; sed plexiformia , sive multo anastomosium
ritu concinnata exstant totosque & omnes Bronchiorum tu-
bulos , in vesicularem structuram abeuntes observare , ulla
sine arte , unicuique insipientium , integrum est.

Posthabitatis cæteris & minoris notæ mendis , audiamus ,
quid de ejus propagatione , inosculatione , deque ejus , cum
aliis vasis sanguiferis , commercio & usu , dicat , Anatomæ
mysta ejusque arcanorum rimator longè dexterimus : sed
re-

respiciat, nè anagyrum commoveat suoque nè quid suæ capiti, promissor intrepidus, cui ultra quod decet, aliud semper genus remi, vereor nè tandem, capra gladium; sed audiamus diligentius, de sese ipso bene & optimè merentem, beatulum, alterum Hyperidem prælectorem, sermonem (scilicet) non publici saporis, habentem.

Demonstratione nuperimè instituta quarta, exhibuit, Ceraceâ suâ materiâ impletum vas, quod pulmonalem arteriam vocabat, una cum huic accumbente quodam vase, alterius coloris cerâ referto, venam, quod pulmonalem affirmabat. Hisce tertium adhærebat, sub bronchialis arteriæ titulo, quæ omnia demonstrabantur in cūjusdam subdivisionis lobellorum pulmonalium initio: mirum sanè, tum temporis homini impostori, (hominem, inquam, fin gere aptum) metu & timore membra non trepidasse, nè adstantium quispiam detegeret, (mussitabant enim quidam) impudens figmentum.

Fictitiam hanc fuisse demonstrationem, probo, primò; Arteriæ dictæ bronchialis hic ramulus, triplo capacior ipso truncō, quam in vacca erat: addam secundò, quod addidit ipse, ut clarior sit fucus hic, & hoc ex figmento unicuique innotescat, quid cæterū, de cupidissimo hoc glosiolæ miserrimoque anatomico sit affirmandum.

Dixit, fictitium hunc Bronchialis arteriæ ramuluni, quem duobus predictis alligaverat, vel glutine, vel ver nice coadaptaverat vasculis, per anastomosin, cum arteriæ pulmonalis conjungi ramis; jungens hæc in specie verba: & quid mirum? quod hic ramus conjungatur cum arteria pulmonali contentus, non differat à sanguine, qui pul monem accedit, ope Erasistrati ramusculi, ex arteria magna tendentis. Erige aures, quisquis Ruyshianas habes;

nam

nam UT VIDEO, NULLUM DISCRIMEN HABENDUM EST. Vos autem, quibus meliore de luto fecit præcordia Deus, notate incredibilem ferè Prælectoris inscitiam atque prodigiosam, ex stupenda (ut vocat) novaque vasorum *ceraceâ suâ materiâ* impletione & artificio animalis œconomiæ inversionem: declarat enim, eandem esse sanguinis in arteria pulmonali ac in aorta & Bronchiali, constitutionem, hocce concessu posito, imprudente hocce & monstroso accepto dogmate, quale de sanguinis circuitu in genere & per cor & pulmones in specie, consequentiarum futilium sequeretur agmen, non opus est indigitare, non enim attendi debere mihi videtur illa Dn. Prælect. Ruyshii opinio, licet in *Theatro Anatomico pluribus auditoribus præsentibus promulgata*, brevi. Arteria Bronchialis, aut est arteria vera, aut non; sed est vera; sanguis itaque ex hac arteria in venam effundi debet: si venam dicat arteriam pulmonalem, errat, dum dicit *sanguinem non differre in arteria pulmonali contentum*, ab eo, qui ex arteria magna ad pulmones tendit, ope *ramusculi Erasistrati*: est enim Erasistrati ramulus arterioso generi adscribendus: cuius sanguinis dispositionem, ab venoso differre, etiam ab miserrimis anatomicis, quinimo ipso prælectore, receptum est dudum.

Ramulus autem, quem ille arteriam bronchialem & solummodo ad bronchia distribuit, aliis aortæ ad pulmones tendens habetur; quod postquam Amstelodami, loco publico, demonstratum fuisset luculenter, tandem ille quoque, in *Theatro Anatomico*, se exhibitorum promisit, sed res promissis nunquam responderunt, id quod doctiorum quilibet testari potest. Postea autem ramulum hunc, (videant, quibus præjudicio non sunt occæcati oculi, ejus ad ejusdem numeri scommaticam Epistolam, tab:

sext. fig. 5.) fictitium potius, quam corpori humano convenientem, depinxit; quod, omni de vasorum horum sepositis munere, ratiociniis aliisque notandis, praesens praesenti, digito demonstrare offero.

NOTÆ IN FRED. RUY SCHII OBSERV. MEDICO-CHIRUR.

MOnere videris (lektor oculate) sat esse nugarum; esset profectò, si mihi FAMOSAM OBSERVATIONUM ANATOMICO-CHIRURGICARUM CENTURIAM, ut nugacem, flocci nihilique facere atque spernere liceret.:

SED QUÆ MUSCA (*Bidloo*) AUDAX SATIS EST, PRÆSENTE MARONE? *Ruy schio*;

ejus acta, facta, dicta, indefesso extollere cantu, unicum est levamen, solamen, tutamen, quo, ab ejus se salvum faciat homo, obtrectationibus, dicterioris, scommatibus: sine ergo, levem, transitoriam uniusque horula meam, in hoc opus, inspectionem: ut plurimi, qui frustra, multa sibi haec tenus promiserunt, (lapidi hoc; sec animato dixerim) de hisce observationibus, vix quidem (excipio gazophylacia, pretiosa coemeteria *Ruy schiana*) in illos, quod ab aliis inculcatum sapient non fuerit, deprehendant: majora namque & incredibilia promittit, quam;

SI MULIER VITULUM, VEL SI BOS EDERET AGNUM.

In genere communia, ut prodigiosa, proponti, liquet per omnes observations.

Aneurismatum, (vide pag. 5. & 51.) feliciter & infelicit curatorum, est observationum acervus apud auctores medicos maximus: vide Hildan: c. 5. pag. 417. 418. Job. van Mekeren pag. 210. Tulpium l. 4. Cap. 17. Paræum l. 7. c. 34.

Hor.

Horstium l. 9. observ. 1. vide porrò, de hoc argumento Sylvat. Doringium Fernel: l. 7. pathol. cap. 3. Bartholinum, Hornium, Forestum & alios. Patellas modo, quo ille narrat (vide pag. 9.) fractas; imo ex leviore causa, tres vidi ego; quarum duas, hoc tempore demonstrabo. Vesicam in duas partes divisam (vide pag. 14.) & quæ alibi de vesica habet, apud me aliosque videre licet; communia autem nimis, quām ut experiēnti viro anatomico obtrudantur, aut tanti rumoris operi inserantur. Vide Hild. c. 1. pag. 69. Tulp. l. 3. cap. 6. & Massar. Montag. Renum ureterumque ab calculis, ulceribus aliisque morbis, deformitates (vide pag. 19. 21. 73. 74. 99. 101. 119. 126.) hisce regionibus adeo sunt frequentes, ut ridiculum sit, de hisce, tanquam de re vix cognita, proclamare: nostratum autem si non sufficient observationes, vide etiam Blasium de renib: monstrosis, Bellin: Mercat: Laurenberg: Someren &c.

P. 20. observ. 14. rogit, postquam se in embryone observasse funiculum umbilicalem, multis hydatidibus referunt, narravit; unde hoc? nil respondet, nè, scilicet, jam, quæ ad lectorem dixerat, in præfatione; de ratio-cinio, tradidisse oblivioni videretur.

Ovarium (vide pag. 22.) uterumque ex hydrope sæpius laborare, legere exstat observationibus multifariis, præsertim verò, ab diligentiss: Maneto collectis, vide ejus tom: 2. pag. 970. titulo, *Hydrops cum scirrho*, ovarii sinistri tuberoso & pag. 979. tit. *Hydrops ovarii muliebris*: varias hydroperas porrò observationes quærenti, spatiosissimus campus erit, ab pag. 859. usque ad 1004.

Quæ pag. 29. 30. 31. 32. 57. 78. 79. & alibi de partibus pudendis leguntur, præstaret non addidisse, cum passim huius & alii casus, ut & quæ pag: 36. 37. 74. &c. habet,

apud auctores plurimos inveniri possint. Vide, quos ipse citat; Bartholinum, Paræum, Moricæum & quæ præterea de hisce leguntur, apud 47. auctores, recitatos ab Merklino pag: 158. & sequent: adde, quod ipsius inutiles de de mola historiolas, ad cœtum potius ruditorum obstetricum, quam medicorum doctorumque chirurgorum pertineant: si cui, hoc de themate scriptores pervolvere, voluppe sit, videat Zibezii hist. de mulier. 1627. edit: Angelillum, Lanceanum, Geitzcoferum de mola & Forestum ab pag. 320. ad 336. &c.

Pag. 43. & 44. placenta uterinæ in hydatides degenerationem proponit. Hujus, ut & molæ, exemplum apud Experientiss. P. Cossionum, civitatis Lugd: in Bat. Med. Doct. & me est; nota interim (lector eruditus) ipsum statuisse Epist: quartâ pag. 9. placentam uterinam nullis gaudere fibris, nullis glandulis peculiaribus, nec cellulis, vasis sanguineis interpositis, denuo è contra, pag. observat: 84. glandulas mutari in hydatides. Totum ipsius de placenta uterina positum, & quæ, præter hasce, hic mendæ occurruunt, qui brevitati studeo, supersedeo addere. Spinæ bifidæ aliquorumque ossium deformitatum (vide pag: 45. & 87.) tot inveniuntur apud Auct. medico-&-chirurgico-practicos exempla & reliquiæ, ut cœmeteria Ruyschiana decies implere valeant: Teste Glissonio, Tulpio, Foresto, Aquapendente, Hildano, Cummeno &c. Naribus (vide pag. 59.) auribusque casu & per infortunium extranea, puta lapides, semina &c. intrudi, præprimis ab pueris, cui matrifamilias, nutrici, ancillæ non innotescit: obduci hæc crustâ lapideâ, in quibus latent partibus, docent, cum Hildano, multi. Quis medicus aut chirurgus (vide pag. 60.) miratur, prælectore excepto, hepatis duritiem.

ulcus, & puris collectiones?

Pag. 69. tumorem à postico capite infantis depingit; ante annos autem 28. majorēm hujus generis tumorem delineavit ærique incidit publicique juris fecit, Petrus Broekhuy-
sius, civit: Arenaci chirurgus: de hisce multa apud Cor-
tesium, Hildan: Leonidam, Forest: observ. chir.

Pag: 83. Vermium, in partibus humanum corpus integrantium, repertorum historias narrat notissimas; hisce autem novi addit nihil; nisi quod, quæ apud veteres ne-
otericosque, ut Aldrovandum, Jonstonum, Goedartium, Swammerdamium, Lysterum &c. de eorum ortu & ge-
nesi leguntur, cum sarcasmo rejicit & quidem hisce verbis;
ancipitem hic hærere oportet, donec vera & indubitate lux nobis affulgeat ab ingenio illorum, qui omnia mathemati- cè, & à priori (fī diis placet) demonstrare gestiunt.

Pag. 85. observatione Ruyshiana, dignum lege & MIRIFICE MIRIFICUM facinus.

Exsecuit, nempè, canis splenem & animal mansit su-
perstes!

Vasa sanguinea eorumque valvulas osscas (vide pag. 89.) ventriculum intestinaque, modo non solito (vide pag. 88. & 90.) coarctata, contracta, quisquis viderit sibi Corinthum adire contigisse, cum Ruyshio, credat; licet apud me quatuor hujusmodi & plura apud alios, intestina, conspi-
ciantur; imo harum rerum indefinitus, apud auctores, nu-
merus sit.

Deesse partes Embryonibus (id est, in foetu malè confor-
mato, non posse distingui quasdam) ipsi (vide pag. 93. 94.) cantandum toti medicorum chirurgorumque ordini vide-
tur: haec autem & similia sexcenties observant obstetrics.
Maxima cum hisce ipsi quia intercedit familiaritas, de lucro

enim ortum dicit ; poterit inquirere , num hæc vera sint ? apud (vide pag. 28.) *Annetje-moer in de Blaauwe Pot , op de Keisers-graft , en Stijntje-moer in de Huyde-straat.*

Quæ ab pag. 104. ad 108 , de alveolis dentium , ob *varias causas consumptis* , dentium vacillatione aliisque symptomatibus narrantur , tam communia , melius dixerim futilia sunt , ut in iis vel nihil sit , quod , modò petatur , demonstrari apud autores , quin imo ex curta mea anatomica supellestile & pauperculo musæo exhiberi non possit.

Nunc attentione opus est ; agitur de re , ut videtur magna , parî Ruyschiano boatui , si enim [vide pag. 108.] tot cadavera non secuisset , nunquam credidisset , arcanorum aliis anatomicis non perscrutabilium , rimator , cui natura sacraria [vide Epist. 9. pag. 5] patent , sterilitatem ex tubarum Fallopiârum clausura , tam frequenter in mulieribus clausarum , causam ducere . Quid ais , lector erudite ? non nè post prælect. Ruyschium & tu hoc credere poteris ? se quuntur pag. 109. & 110. observationes verisimiles duæ , hisce ergò nihil veri affirmandum.

Quæ pag. 118. de colo. 121. 123. de recto intestino leguntur observata [cætera non resero , cum hæc in transitu tantum notentur ; indulgendum quoque aliquid scripturi entis genio lectorisque parcendum sit temporis dispendio reverà auctore suo , quem olen , sunt dignissima . Gratia ergo [Lector æque] tanti ponderis tantique usus , in republica medico-chirurgica , hisce observationibus ! gratia ergo ingentes , Observatori felici , prudenti , maximo duodecim titulis in iissimo (vide ejus novem Epistolas problematicas) desinentibus , glorianti scilicet , merito ! gratias , Prælectorî Ruyschio , ter triplices inde sinenter.

Sed ultimo articulo Epistolæ ultimæ , de eo saltēm secundus,

rus, atque latus (est Ruyschius) *quod promissa sua rebus*
bactenus responderint: ut ergo mihi quoque securè latari
liceat & res meæ promissis potius respondeant meis; hisce
quædam, politioris Ruyschianæ literaturæ, exempla an-
necto. Non quòd ego, labra cui puro proluere latinitatis
foste, seculi pervolvere auctores aurei, atque ore rotundo
loqui, non contingit; criticum agere, aut velim, aut
aptus sim: sed hoc in criticum jejunum Ruyschium, re ip-
sa & tribus verbis animadvertere ratum duxi; ipsum, ut in
rebus, ita & in verbis, turpiter errare & delinquere: et si
enim vocibus, artibus propriis parumque Latinis, stylo
vulgari; quinimò Phrasiology, vix recipienda, quan-
dòque, ad majorem rerum designandarum explicationem,
ati liceat: absit tamen, ut infami Barbarie & maculosæ
isti scripturiendi methodo, literis Ruyschianis familiari
de belgicismo, tautologia, soleocismo vitiisque me, ip-
sum; imo Eruditos subterfugientibus, non loquor) ignos-
tatur, condonetur.

IN RESPONSORIAS.

Epist. 1. &c. de ad & in Epist. respondere ipsi eadem res
est pag. 9. lin. 15. Vaginulas plurimas productiores esse,
quam ipse glandulae ibid l. 29. & 30. apta sit pinguedinem
recipiendi, & coercendi.

Pag. 10. lin. 19. quod quartam attinet propositionem Epist.
2. pag. 10. l. 24. paracentesi. l. 27. visuntur. l. 30. quando-
quidem indigitarint. pag. 11. lin. 26. prodientem. Epist. 3.
in. 20. præparandi, & conservandi cadavera, quarum &c.
pag. 10. lin. 12. saturatiorem. Epist. 4. pag. 8. lin. 2. & 3.
quandoquidem sint, & pag. 9. lin. 28. apparentiam. pag. 10.
lin.

lin. 7. à parte mea haud stat, qui eas in liene humano reperti, statuere velit. ibid. 12. sinuli. ibid. p. 16. inconsentaneum. pag. 11. lin. 14. se videnda exhibebant. Epist. 5. pag. 6. lin. 20. ceracea pag. 8. lin. 15. glandulis esse obſta lin. 20. suntque (glandulæ) in veficula fellea bovina adeo magna. pag. 9. lin. 9. quid ſentiam circa veftra proposita. Epift. 6. pag. 10. lin. 16. loco quod alii & pag. 11. lin. 38. exorsa. Epift. 7. p. 10. lin. 7. ſed de minori parte pag. 12. lin. 11. ſuperiorem verò menſem ibid. lin. 21. maxima de parte.

Epift. 9. pag. 9. lin. 31. & 32. pinguedinem, quæ ſub dura matre nonnunquam reperi pag. 11. lin. 14. ad auctorem huncce imitari pag. 12. lin. 17. 18. ſuſpicare licet. pag. 13. lin. 2. conſiderabiles arterias. lin. 26. honore conſecuto.

Qui otio abundant, cætera colligant menda: vox autem & lineola, cum in hisce Epiftolis, & observationibus, quibus stylus & decor defunt, ſit nulla, pulverem quæ norfœteat ſcholasticum quamque in literarii ludi rudimentis, cum cachinno non carpant meritò pueri; pauca & hactantum notare volui. Catalogum enim Rariorum, obſervationibus annexum, non tango, nè Ruyschiana cæmeria, violare profanus dicar.

F I N I S.

GULIELMUS COWPER,
CRIMINIS LITERARII
C I T A T U S ,
C O R A M
T R I B U N A L I
Nobiliss: Ampliss: Societatis
Britanno-Regiae,
P E R
GODEFRIDUM BIDLOO.

NOBILISSIMÆ, AMPLISSIMÆ
SOCIETATI BRITANNO-
REGIÆ.

S.

GODEFRIDUS BIDLOO.

QUas meretur (VIRI NOBILISSIMI SPECTATISSIMIQUE) retulisset jam dudum ab me reprehensiones GUILIELMUS COWPER, Chirurgus Londinensis; nisi sub anni hujus initio, adversa conflictatus valetudine & postea aliquot mens absens ab urbe, prius totum, uti jam, ejus facinus comertum mihi probatumque voluisse: faciendum itaque unc mihi putavi, ut Iustum, privilegia in Republica Literaria legesque moresque perturbantem receptos, coram obis sistam testique conquerarque de violato jure literario & injuria mihi ab ipso illata: periculum enim est; nisi hoc iat, ne Artium Scientiarumque omnium, respectu austorum, oriatur confusio & contemptus parilique cum ejus teneritate, in optima quæque ruat monumenta sibique illa vindicet, abjectum omne scripturientium & servum imitatorum pecus.

Tres ante annos Britanniam perlustrans & honorifico freatus in Collegium vestrum aditu, accepi opus meum Anatomicum, vestrum transferri in sermonem, ab prædicto

H 2

COW-

COWPERO. Contuli me, duce Nobilissimo Viro HUTTONIO, Celsissimi Regis GUILIELMI, Archiatro, mox ipsius ad ædes, præsens præsentem interrogans; traditurusne, ut rumor erat, meum esset in vernaculam ipsi linguam, opus? quod negavit, conceptis declarans verbis; curtiorem sibi esse Latinitatis supellectilem, id quam ut aggrediatur. ad hæc ego; me horatu amicorum & in Medicinæ commodum, illud, multis adauctum demonstrationibus, unâ cum de usu partium atque œconomiæ animalis luculenta descriptione, editurum, retuli; institutum laudavit COWPER, decessi ego.

Britannâ reduci, idem aures meas pepulit rumor; qua propter ipsum in tempore, literis urbanitate non rancida refertis, monui; ut si, mutato consilio, translationem istam in animo haberet, id mihi significaret aperte: esse apud me varia, operi huic opportunè, non sine utilitate publica; imo & necessariò inferenda Significat mihi interea Clariss: HUTTONIUS Epist: ad me datâ Whithalliæ 20. Aprilis, 1698, opus meum, jam nunc sub prælo sudare; hisce verbis:

MR. COWPER *tels me jour Booke* MAGISTER COWPER *dixit mi-*
With his animadversions wil be out, i. e. bi, librum tuum, cum suis annota-
tionibus, brevi appariturum.

Mitto itaque ad ipsum sequentes. 14. Maij. 1698.

A D C O W P E R U M.

Percepi ex Nobiliss. D. Huttonio, te opus meum Anatomi-
cum translatum in lingua Anglicanam annotationibusqui
tuis illustratum, publici juris facturum brevi; gaudeo reve-
rà fortique gratulabundus mea, egregios videre tuos gestio la-
bo

bores vehementer: si quidquam sit, quod mea tibi opera, hac
in re, effici possit, velim me moneas actutum; dies enim ut
diem docet; ita multa, post editam meam anatomiam, de-
tecta, tibi subministrare impar non sum. ex: gr.

*Novum Systema muscularum, figuris & machinis exhibi-
tum, Novam demonstrationem iconographicam de musculis.
diaphragmatis. Observata ad musculos laryngis.*

*Organis respiratorii fabricam & movendi methodum. de ar-
teriarum & venarum extremis divaricationibus quedam mea.*

*Segregationis liquidorum glandularumque organum,
Multæ ossium examen spectantia, & sic porrò.*

*Si participem me certioremque facere, qua methodo nota,
additamenta emendationesque tuae sunt dispositæ, onerosum
tibi non sit nimium, rogo hoc mihi præstes officium tuaque ac-
cepta responsione, non morabor tibi mox animi mei grati signa
offerre debita, ut potero luculenter. Vale & vive in decus
nobilissimæ artis Apollineæ.*

Ad hasce ille nihil: ego verò eadem monere non subsi-
to: ut liquet, ex meis ad Clariss: Huttonium. dat: x°: Ju-
ni 1698. in quibus hæc: *Viro Anatomico-Chirurgo Cowpe-
o, quod vides, ipse quæso trade epistolium: hoc autem est,*
quod sequitur.

Lugd. in Bat. 1698.

A D C O W P E R U M.

Literarum nihil abs te accipio, hæreoque anceps, Clarissimo
Viro Huttonio studiorumque in Oxoniensi nuper, nunc
utem nostra Academia Medicinæ operam collocantium, an-
verò tuis sit habenda fides verbis: illi opus meum Anatom-
icū, tuo sub auspicio teque translatore in Anglicanam linguam,

*sub prælo esse; imo integras se vidisse paginas absolutas typis-
que excusas, afferunt; ipse etiam Typographus Amstelod.
H: BOOM, se cum Londinensibus Typographis SMITHIO &
WALFORDIO pactum; de transmitendis ducentis tabularum
mearum exemplaribus, translatis in Anglicanum sermonem,
meo operi inferendis, inisse annuit: tu autem oretenus me-
cum communicasti, te versionis conceptum hoc ex animo re-
movisse molimen: tu interim is ipsus es, quem translatorem
affirmant. Quid obstat? que te movet ratio? quo minu-
per te, quid hac in re fiat, innotescere mihi liceat, quamvis
enim ab mea totus & ubique recederes sententia; tuos tamen
modò de veritate constaret, laudibus prosequerer debitis la-
bores panegyrista inde sinenter: age itaque, ita enim agatu.
inter studiorum cultores oportet, fac me tuorum conatuun.
participem. testor Apollinem Musasque nobiliores, si tu me
cum (etiamsi quod ad res tractandas contra me) honestè, n
tecum acturum honorificè. Ad hasce prioresque meas non di-
feras respondere, rogo serio.*

Traditum fuisse hoc Epistolium probè, notat inter ali.
Clariss. Huttonius Epist: sua ad me d. 17. Junii 1698. h
verbis.

*Tuas apud COWPERUM reliqui, ipse enim Oxoniæ erat
eumque nondum ex eo tempore vidi &c.*

*Urgeo rem pressius per amicos Nobiliss. Ed. Soutwell
um, Beestonium &c. perque Britanniam petentes Germano
Med. Doct. Agricolam Belgasque, Wolfium studiosur
&c. petoque agant cum ipso; sed incassum; sed responsic
nis ab ipso nihil obtineo: transmittendas itaque Nobilis
Huttonio, quæ sequuntur, curo.*

H U T T O N I O.

DEmiror sanè, tot post probè traditas & (ni fallor) honorificas literas, vel nullum me ab Chirurgo COWPER accipere responsum: quum autem ego id ignorem, obsecro, ut mihi significes, in causa quid sit, quo minus illud non sit, multus autem apud nos est rumor, opus meum Anatomicum, ab ipso auctum, illustratum, correctum, in Anglicanam translatum linguam, impressum typis publicique juris esse factum jam dudum: moneas itaque ipsum, rogo vehe- renter, responsorias mihi, aut ipsissimum mittat opus, per te, mox ubi illud acceperim, persolvendum. Ardeo sanè vi- ere, quid in & de eo sit actum & (ut credo) non sine ratione, im, me sine conscientia, tanti moliminis laborem se suscepit us & (quantum ex colloquio nostro, dum Londini morarer, diligere licuit) etiam meus amicus; quid plura? quæso fac, brevi rem habeam perspectam omnem. Vale & vive.

Dabam ipsis Kalendis
Octobris, Lugd. in Bat.
1698.

Respondet Nobiliss. vir 14. Octob. 1698.

Whithalliae.

TUPERUM Chirurgum non video, neque vidi eum per septem menses præterlapsos. Circiter Kalend. Martii currentis, forte fortuna illi obviam fui, illum adortus, allocutus sum, de opere tuo anatomico, nondum ab illo di-ulgato, parum mihi satisfecit ea in re, & cum meam planeclaravisse sententiam, id agre ferebat, & ut non dubito, rit ab aliis factum; interim extat opus & in Anglicanam lin- gam translatum; tuas ipsissimas figuræ, integras, & omnes

An-

Amstelodamo sibi curavit, ut intelligo ab aliis, usque ad trecentas copias uniuscuiusque figure, totidem enim sunt operis copiae, & non plures. Literati nostrae facultatis, tuum pra& manibus habent librum, translatum non aestimant, figure cum non sint equivalentes prioribus, unde decus tuum, illi viro est dedecori. &c.

Biblopolam quoque H. BOOM, nullum recepisse ab ipsis vestris Bibliopolis, perageudæ, vel peractæ rei indicium notitiæve vel specimen, colligere ex hisce adjunctis, ab ipso mihi traditis 2. Feb. 1699. in quibus hæc.

Verder diend deese om u. Ed. bekent te maaken, dat ik tot nog toe, nog taal nog teken tot antwoord van Smith, te Londen, ontvangen heb, gelijk ik ook hoor, dat u. Ed. met Cowper vaart. wat het beduidt, kan ik niet gissen, of zy moeten verlegen zijn, en geen kans weetken, om hier met fatzoen haer nyt te redden; om de andere 100. stuks Plaaten, die al voor haer gereed leggen, werd ook niet geschreven nog getaald. hoe dit afloopen zal, moet de tijd leeren. Ziet u. E. geen gelegenheid, om een Anatomie uyt Engeland te bekomen; zo zal ik occasie maaken, om' er een te krijgen, en door een goed Vrindlaaten koopen. waar op u. E. antwoord te gemoete zie. &c.

i. e.

Hisce te porrò instructum velim me ne hilum quidem responsi ab Smithio, Londino (ut audito te etiam a Cowpero) recepisse. quid id significet conjicere nequeo, nisi eos esse in auctoribus liberandæ nobis datae fidei, specie honesta. quæ centum reliqua tabularum exemplaria jam jam, eorum iussu parata, apud nos sunt, itidem non petuntur. qui barum rerum exitus, dies docebit. si tibi nulla sit occasio, ex Anglia Anatomie hujus accipiendi exemplar; curabo ego illum per quendam meum ematur amicum. Tuas expectans responsorias &c.

Cum jam per virum, singulari mihi amicitia junctum operis Cowperiani titulum accepisse, vocavi ad me Bibliop. memoratum BOOM; qui, ubi tecum, detexit fraudem, SMITHIO & WALFORDIO suas, itidem ego COWPER

PERO meas, quæ sequuntur, tradendas curavimus. Cum autem crebras omnesque spernentem monitiones atque elephantino circumtentum corio hominem experiebar, stimulo ipsum pungere naresque auresque vellicare hamulo constitui hujusmodi.

AD COWPERUM.

Expto (iterum etenim iterumque monitus files) ad hasce tandem respondeas. quod rogavi, quodque abs te & jam rogo, summo ab me peti jure, nemo mortalium ibit inficias: fac videam, quid præstiteris versione operis mei Anatomici in inguam Anglicanam: sunt qui nomen meum, vix toto in volumine inveniri & alia, vix credenda abs te perpetrata, persuadere mihi conantur; Verum ego, qui garrulitate fame, nvidiâ delatorum, nec malevolis pseudocriticorum artificiis, educi me honorificentissimo de æQUITATIS tramite passus fui, nauditâ neque parte alterâ, aliquid statui unquam, taceo; usque dum quid de labore meo ab te actum sit, viderim pse.

Mitte itaque quantocuyus mihi (quartum hoc urgo) interrum, sed incompactum editionis tuae exemplar; cum item, singulis septimanis, ad minimum bis, tibi Harvicunne urru ad navim, (vulgò het paquetboot) hoc devehendi nasatur opportunitas, nullus dubito, quin quatuordecim dieum spatio, meum impleveris votum; sin minus, conquerar e illatâ in me injuria publicè: ipsi autem prædictæ navis magistro, mox ubi appulerit, cum expensis solvet exemplar. vir Consularis, quique hisce navibus præest, Brielæ, Ds. Jacobus vander Poel: si verò Amstelodami, aut hic Lug-

duni, istam maris persolutionem, velim jubeas & erogatos habebis nummos meque ad quodvis honestum officium,
paratissimum.

Dabam Lugd. in Batav.
die 13. Februario, 1699.

Dedi & Cl. HUTTONIO, quod videtis, epistolium.

VIvere me, revivere potius, venerabundis collige ex hisce: officio autem munericus, Deo gratias, pars mea GUILIELMUM COWPERUM, Anatomicum, a meas respondeat seque infami ab plagiarii facinore & dederet liberet defendatque, monui acriter & ultimè; refractarius vero, responsum si mihi negaverit, efficiam, (ita tamen me amare pergas) ut coram eruditiorum tribunali, reus appearat præfati criminis conaborque infâustis carminibus, nec prodigiosa; sed legibus recepta methodo, aphonos homini voce restituere: ut tandem ex ipso intelligam, quo jure meis, suis & propriis, suppresso meo nomine, utatur lucubrationibus scriptisque. De hisce te, cui totum hoc innotuit negatum, nescium nolui. Vale & tua beare amicitia perge

tuum &c.

Dab: Lugd. in Batav.
16. Febr. 1699.

P. S. basce, si ratum duxeris,
Prælegito COWPERO.

H. BOOM, Bibliopola supra memoratus, hasce dedit,
quæ latine, ut in margine.

Mess. SMITH en WAL-
FORD, salut.

VIRIS SMITHIO & WAL-
FORDIO S.

Tot bericht diend op uwe Missive, dat wy op uw eerste schrijven, het papier tot de plaaten van den Hr. BIDLOO bezorgd, en al ontvangen hebben; ook dat de plaaten voor uw boekstuk, al voor het meerendeel afgeluukt zijn. maar de Prof. BIDLOO heeft my van hier naar Leiden by sich ontboden, daar ik dan ook voordien Saturdag geweest ben, en zijn Ed. heeft my vertoond een Titul van uw Boek, daar toe de plaaten gebruikt werden, op welken Titul niet et minste woord van den Hr. BIDLOO, die er Auteur van is, werd crept, of gewag gemaakt: maar blijkt, dat het uitgegeven word, als en nieuw Boek, daar COWPER Auteur van zoude zijn. blijkt verder yt den Titul, dat in uw Boek 9 plaat meer, en daar by gedaan zijn. at den Schryver, en ons zeer vremd n absurd voorkomt, als zijnde niet alleen een vilipendie voor den Hr. BIDLOO; maar ook zeer nadeelig n't vertieren van ons Boek, en brynen den grond van ons accoort, dat is, dat u E. de Anatomie van BIDLOO in het Engels zoude doen overzettelen, en is in het minste niet gemeld, dat u E. quasi een nieuwe Anatomie van dat Boek door COWPER zoud laaten maken, dat dan zeer envel van ons

Ad vestras respondemus, nos, mox post receptas vestras litteras, chartam accepisse atque preparavisse ad imprimendas Dom. BIDLOO tabulas, insuper centum exemplaria typis sermè esse excusa. verum Prof. BIDLOO me hinc Leidam appellavit, quo praterito Saturni die fui: demonstravit mihi Vir ille Celeberrimus libri titulum, cui tabulae nostræ inseruntur; in hoc autem titulo ne verbis quidem de Do. BIDLOO, qui tamen operis auctor est: liquet proinde edi hunc librum, quasi novum, cuius auctor habetur COWPER, liquet etiam ex eo, volumen hoc novem tabulis esse adiectum, quod auctori & nobis absurdum videtur, utpote non solum Prof. BIDLOO, sed & nobis dannosum igrominiosumque; imo contra paci nostris fundamentum; quo convenimus, ut vos Anatom: BIDLOO, traductam in Anglicanam linguam typis mandaretis, nullaque est facta mentio, vos novans quasi moliri Anatomiam ex hoc nostro volumine per COWPERUM compilandam. quod sanè ab nobis fertur aggerrimè; hoc etenim modo, bona cune nobis fide, non est actum, operique nostro non levis illata injuria: Quapropter Prof. BIDLOO nobis in junxit, penæ suæ indignationis, ne vel

ons werd opgenoomen, als zijnde, op de wijze, niet ter goeder trouwe met ons gehandeld, en ons Boek daar door dapper verkort, en verongelykt, waaronde Prof. BIDLOO ons op zijn hoogste indignatie verboden heeft eenige plaaten vräder aan u te leveren: beklagende zich ten hoogsten over de ontrouw van COWPER, dat by van onze Anatomie de zijne maakt, en die veranderd, en met plaaten gaat vermeerderen, zonder de minste communicatie met hem te houden, schoon de Prof. verscheide maalen aan hem COWPER geschreeven, toch noit antwoord bekomen heeft. ik mee-ne ook, dat u E. wel kunt afneemen, dat het ons ontrent het verkoopen van onze Anatomie niet min schaa-lik zijn zal. wy hebben een tijd lang niet kunnen bevatten, wat' er van geweest zy, als ons nu i' elkens voor quam, dat 'er in Engeland een nieuwe, en beeter wierd gedrukt, als de onze is: maar nu werden wy daar in verlicht: indien wy dit hadden gedackt, dat u E. op die wijze daar mede zonde gehandeld hebben, wy kunnen u E. wel verzekeren, dat u E. noit figuren van ons zonde gehad hebben: maar wy hebben op uw' woord, en goede trou-

we alijd gerust geweest, daar wy nu, tot ons leedweezen, evenwel het contrarie bevinden. u E. werden dan nu by deeven verzocht, zoo van den Hr. BIDLOO, als ons, dat u E. met het paquetboot gelieuen over te zenden, een van u E. Engelsche exempl. geheel compleet, zoo als die by u E. werden gegeeven, en verkft, en addreßeren het zelve aan den Hr. J. V. POEL Burgemr. en Postmr. in den Briel, die ons dat dan wel zal laaten toekomen om te zien, hoe het met de zaak eygentlyken gelegen is.

Cætera ejusdem momenti & tenoris cum sint, brevitati studio, hisce non addo. Accipit tandem traditque H. BOON

vel unam vobis tradamus impostorum tabularum; accusans infidelitatis maxime COWPERUM, ut qui nostram suam facit Anatomiam eamque mutat tabulisque onerat, ulla sine cum eo communicatione; quamvis Prof. BIDLOO diversas ipsi tradiderit, ad quas tamen non respondit, literas, non dubitamus, quin vobis constet, hoc modo, venditionem nostri libri de primi, non potuimus nuper conjecturare, quid rei esset, ubi nobis referretur novam in Anglia, nostraque editione nitidiorem excludi Anatomiam; sed jam rem capimus. si imaginari nobis potuissimus, has vos despiciendz methodo, acturos fuisse cum nostro libro, fidem facimus, nullas obtinuisse figuras. securi semper, fidem vestris verbis habuimus; jam vero experimur, & abslemus nos deceptos. Rogamini a Prof. BIDLOO & a nobis, ut cum nave (het paquetboot) nobis completum anglicanum mittatis exemplum, quemadmodum apud vos venale prostat & venditur, idque consignetis Do. J. V. POEL Consuli literarumque directori Briële, qui nobis illud probè est traditurus; ut tandem totum hoc habeamus perspectum negotium &c.

BOOM desideratum opus , unà cum literis COWPERI ad me ,
Bibliopola WETSTENIUS . Tandem , plagis tenetur clusa
dispositis fera. 18. Martii 1699. H BOOM volumen Lugdu-
num nostram literasque ejus mihi Zurphaniam transferri cu-
rat ; quarum hæc fida est copia .

Vir Clarissime.

QUOD Epistolæ tuæ primum ad me dataæ (alia enim
præter eam & ultimam Feb. 13. nulla delata est) non
citius responderim , ut mihi ignoscas enixe rogo . Negoci-
tiorum multitudo , quibus ex illo tempore districtus sum ,
me tale semper cogitantem , nescio quo infortunio ab insti-
tuto divertere . Quid in tabulis Anatomicis , ante octode-
cim annos a te Amstelodami editis , quæ nuper apud nos
vernaculo sermone prodiere , ipse præstiterim , jure opti-
mo petis , & quidem celare ne jus esset . Textum Latinum
verbum verbo me , fidum interpretem Anglice reddidisse
minime velim ut credas ; præter enim ea , quæ a Cl. Viro
notata , de pluribus , ubi opportunum duxi , explicatius
egi , quæ ad Humani Corporis Fabricam elucidandam fa-
ciant observata & conjecturas passim protuli , quædam Ex-
oterica hisce immiscui . Prolegomena denique , in quibus
ratio Oeconomia Animalis exponitur , una cum Appendi-
ce in Calce Operis adjeci . Quo autem de candore meo &
in te observantia posthac minus dubites , consilium , quo
usus sum , idque iisdem fere verbis , quibus in præloquio ,
referam . — Primum igitur , ante omnia Lectorem An-
glicanum moneo ; Centum & quinque priores Tabulas ,
quæ integrum Volumen constituunt , deberi curæ Cele-
berrimi Viri Dis Bidloo nunc temporis apud Lugdunenses

Medicinæ Professoris; qui ante aliquot annos eas publici juris fecit & commentario insignivit. Quod operam propriam refert, quædam a me addita, qua visum erat, plura etiam in defunctorum Cadaveribus observata rariora per operis decursum, qua licuit intertexui, quosdam etiam Chirurgorum præcipue nostratum errores perstrinxii; quæ denique in Myologia vel invenerim ipse vel ab aliis male descripta sint, immutavi. Quod Appendicem spectat, complectitur hæc Novem Tabulas, quas Londini exsculpendas curavi, quarum duæ priores integrum Corporis mollem involucris, Cutæ nimirum & Adipe cum Membranis amotis cum Musculis universis, quotquot absque compagio Anatome visuntur, exhibet. Prior harum Anticam, altera Posticam faciem sistit. Non hæc ad libitum efficta: sed ad fidem Archetypi, è Gypso conflatè quod penes me habeo, delineantur. Tertia Tabula habet integrum Arteriarum in Fœtu Systema, quod in nonnullis (dissimulare nequeo) discrepat ab illo; quod Cl. Vir in Tab. 23, depinxit. In cæteris (sed & enim omnia sigillatim repetere) continuos Venarum Arteriarumque canales, Ortum vasorum Lymphaticorum, Receptaculum Chyli, Ductum Thoracicum cum appensis; quædam ex Organis Acousticis, Meatum à Palato ad Aurem, Foramina Tonsillarum, unde pituita per screatum elicetur, Musculos Faciei, Labiorum, & plurima alia, quæ omnino non, vel certe perperam descripta sunt, exposui. Paucis hisce rationem Operis dedi. Quâ igitur injuria, me, Clarissime Vir, nomen tuum reticuisse incusent obtrectatores videre est; certè non in Præfatione sola, sed ubique occurrit, præsertim ubi in diversar a te abeo sententiam, quod humanæ fortis est, (ea enim omnia, in quibus (meâ opinione) apertè hallucinaris, taci

tus prætero,) utpote qui contentionis minime amans siem) In toto volumine nihil quod te indignum, nihil quod Famæ tuæ obsit, quis facile reperiet; siquid hujusmodi incuria exciderit, id omne delendum volo. Delatorum igitur calumniis ne temere credas obsecro, nec existimes, me minus honorificè de te sentire aut loqui, quam revera sentio & loquor. Addunt tantum amplius me esse

Exemplar, quod petis, curavi tradendum Do Lucæ. *Vir Clarissime*

Wetsteno Bibliopolæ Amstelodamensi, antequam
ultimæ tuæ ad me darentur Literæ, Hujuscæ Editio-
nis nulla in Aëtis nostris Philosophicis (prout mo-
ris est) hucusque mentio fit, idque ulterius differri
statui, donec proximas a te Literas accepero

Tai Nominis

Observantissimum

Londini Martii 13 9¹ S. V. GUIL. COWPER.

Hæ mox mihi testimonio erant indubitando, COWPERO, ut fassus erat, curtam esse latinitatis supellecilem, adeo curtam autem, fateor, non credideram; alterius enim manu diversique coloris atramento, quinquaginta quatuor oca sunt mutata correctaque; quatuor verba deleta totalemque addita noviter, præter hæc, quæ typis excusa protant, inveniuntur menda. Si quis de incredibili horum errorum numero dubitet, me accedat; provoco enim ad iterarum poenam, unumquemque eruditorum. An Doct. R. ROBINSON, aut Chirurg: JACOBUS FERN, quorum opera, ut ait, tam respectu totius operis, quam Indicis, est usus quorumque virorum famam illibatam volo, emanationis id ei præstiterint officii, ignoro; quisquis autem ille fuerit, Augiæ illud stabulum, quod & ipso in opere maximum, depurgare, aut noluit, aut propter vitiorum vim, non potuit. Sed negat hic, etsi manu Clariss. HUT-

TO

TONII eas acceperit, meas, duabus exceptis, ei traditas
fuisse literas; alius, ejusdem cum COWPERO probitatis
homo, RUY SCHIUS, meis, nuper ad Clariss: Virum J.
RAU, infami sutelâ, mulierculam tabellariam decipiens
(ut legitimè testificata est) potitur. Quo usque literæ depri-
muntur! quorsum tandem proscriptitur literarum securitas
& commercium! ipsis etiam barbaris non violandum. Si
leat hic, si vel vestigium honestatis iis sit reliquum, uter-
que. Quamvis igitur ipsum nondum vidisse opus, & ex
hoc ungue, de leonis præstantia, parva mihi maneret ex-
pectatio; respondi tamen, hunc in modum; ipsis Kal:
Apr. 1699. Zutphaniæ Gelrorum raptim.

A D C O W P E R U M.

Quinta volvitur septimana, quâ me, opitulaturum
(Deo adjutore!) Nobilissima Matronæ, Matri Comiti:
DE ALBEMARLE, Hemiplegiâ correptæ, hasce contuli a
oras. Tuas hodie ad me delatas, accepi rectè, summo fla-
grans opus abs te editum, huc quod transferri commodè no-
potuit & si potuisset, non convenisset, perlustrandi deside-
rio. Patrios mox ubi sospes redierim ad lares, ad ea dequi-
iis, quæ in eo tua sunt, responsurus dicturusque animi me-
sensa candide. Obtrectatores delatoresque parum moror, ra-
tioni me & urbanitati subjiciens semper: in multis autem
oculis fidem habens. pretium, quod solvendum extat, signi-
ficatum cum non comperiam, monitus persolvam & gratula-
bundus. Vale & me ama.

Reversus ad meos, tracto suum (potius meum; sed jan-
nunc peregrino obvelatum amictu) lucubrationum fœtum
Obstupesco hominis temeratam fidem, futile molimen &
tem

temeritatem. Advoco (ne me imperitiorem Anglicanæ dicat linguae; qui proprio marte centonem hunc de verbo ad verbum defarciam tutò) Britannos, artis Anatomicæ non vacuos, qui obscuriores mihi interpretentur loquendi formulas. Experior, eo insolentiæ plagiariorum neminem progressum; ut, videlicet, ob quædam operi alterius adhibita, additamenta frivola, mutationes perfidas explicacionesque studio, aut ignorantia ineptas, id totum suum renuntiaverit unquam: sed plagiarism ipsum renuntiare desisto, desisto & ipsum renuntiare furem; omnia enim (mutationis variis) & non sine arte, mihi dolo & vi surripuit: sed ut latro publicis in viis (*High way man*) mitior, quædam reddidit, scilicet, in metu extorta præfatione tria, in sua Epistola plura bona verba: ne autem mea repetendi, vel quidquam videar obtinere juris, ipsum lacerat æri incisum titulum amuloque ei alium adglutinat; præfigens huic, meâ ablatâ, suam imaginem, polline multo conspiciendus & venustus homo. Utinam egregius artifex & suam exprimere valuisset indolem! orbi enim literato animum comonstravisset, ad ravim usque, gloriolæ cupidum & infami audaciâ turgidum. Pergit alastor & secundo titulo, omnia sibi vendicans pansophus, operi præfigit suum nomen: postquam, nempè, meum aliorumque expilavit studiorum scrinium, mei eorumque oblitus, spolium hoc, suum arguit ejusque se possessorem declarat legitimum. bellè, probum, me Hercle, factum! quod si hoc legitimè, omnis fur possessorio hocce jure, sceleris pretium non crux; sed feret diadema.

Sed quæ isthæc (VIRI NOBILES, VIRI ERUDITI) impudentia? quâ fœdam istam rapinam, Nobiliss: Generoso, lomi forisque Magno Viro, CAROLO MONTACUTIO,

phaleratis cum malè cohærentium verborum globulis, audit obtrudere putoalque illud onerare honestum: præstisit set eam inscripsisse JOVI SUO PRÆDATORI; totus enim & quantus ejus est. Profligandæ huic ejus impudentiæ ingens præterea despiciendæ accedit arrogantiæ cumulus: triplicem enim lepidissimus & Argo oculatior mortalium secundus que Geryon, personam, Anatomici censoris, Chirurgi redintegratoris & Medicinæ doctoris, nempè, solertissimi, sustinere aggreditur; persuasum sibi habens (sомнiant enim, cum Sabinis, quod volunt fraudulenti tenebriones) posse mihi, vobis reipublicæ literariæ, MONTACUTIO, Iarvâ fronte contecta, imponi facile: teretes autem cum vobis auresque sint emunctiores, limis perlustrato tantum ejus centone, fraudem & dirum famæ lucrique appetitum, mox percepisti, olfecisti ad naufragium.

Cowperiano hoc si liceat modo honestè, omni spreta admonitione officiorumque de suppeditando addendorum oblatione urbanaque, per literas interpellatione, involare & rapere meos omniumque hominum labores, pari jure & honestate VERULAMIORUM, BOYLEORUM, NEUTONIORUM, GASSENDORUM &c. opera, æternitate cum auctoribus digna, occupantis erunt.

Accepi ab Oxoniæ degente Bibliopola, de construendo hocce opere, non semel mutatum fuisse consilium; nunc videlicet, constitutum, nominis mei nullibi facere mentionem, nunc animadversionum, ad ipsum textum, concinna re fasciculum; tandem verò convenisse inter consarcinatores hujus compilationis, illam, uti jam est, orbi obtruder Britannico: itidem integras, jam nunc excusas paginas suppressas, alias mutatas; imo ad umbilicum ferè perduci opere, præfatiunculam ad Lectorem ei fuisse præfixam no-

viter. Si conjecturæ sit locus , credo equidem ex literis meis COWPERUM habuisse compertum , ejus mihi jam, ex parte, innotuisse facinus : ait itaque in præfatiuncula ista ; Hasce tabulas ab GERARDO DE LAIRESSE esse delineatas & postea ab me divulgatas, de descriptione addens nihil & porrò, ac si alias quispiam elucidationis quid iis adjecisset, se eas, ubi illud opus erat, plenissima ornavisse explicatione literasque septies centum calamo tabulis (æneæ quippe sorti gratias, in ipsius non erant potestate) impressisse chartaceis; connectens huic narrationi , appendicis suæ contenta.

Quod si unicuique concedatur facultas , literas notasve asteristicas &c. aliorum scriptis , tabulis , figuris injicere , easque pro lubitu , cum relictis , explicare , atque hoc medio , eas commaculando & foedando , earum contenta & sensum vertere atque invertere , efficietur fietque brevi , ut quidquid scripti extet , ludibrio exponatur meroque habeatur pro chao , & nemo mortalium securus calatum moveat , ibrique omnes , adulterino hocce artificio , stigmate notentur atque inficiantur inevitabili. Hoc pede in Geographiis , oriens occidentis ; in Mathematicis , circulus trianguli & sic porrò , nomen recipiet atque ex fraude fraudis , ex errore error producetur , sine crimine , indefinitum & insinuenter. Adeo insuper ingeniosè literæ characteresque chartis sunt inscripti , ut nemo , primo intuitu , calamo esse exaratos , suspicetur , & si præfatiunculam unius pagellæ nodo memoratam , quam tamen coactus & suasu amicorum (ut supra) operi adjecit , suppressisset , nemo me ejus voluminis auctorem credidisset. Rem itaque Publicam literariam , Ciliciâ insolentiâ , sursum ac deorsum commovere docuit.

Illane ferenda mihi ? ferenda vobis ? eo usque etenim o-

pulentior populus Anglicanus tenuitatis & studiorum despctus devenit minimè ; ut novam auspicari impressionem bibliopolarum vestrorum cœtus vereatur : turpis itaque vobis (SCIENTIARUM NOBILIORUM ANTISTITES) splendidissimæque inuritur Nationi macula : quondam enim quæ ab sagacioribus vestrīs Majoribus ultra Oceanum fugata , de exilio revocari ab COWPERO videtur , seris metuenda nepotibus barbarei lues.

De tota farragine aperuerim cogitata mea ingenuè.

Nemo ; itmo nec Delius natator , Oedipus , aut Dædalus , recitationis ordinem contextumve , vel conjecturando , facile assequatur ; præprimis , quando descriptioni , ex abrupto , ratiocinia observationesque interserit , cupressis utique similes & obvias passim apud auctores Medico-Chirurgoque practicos . Chirurgorum verò vestrorum errores (jure an injuriâ non dispuo) quod perstringit ; digressio , respectu operis mei inepta , tumultuaria & insolens est planè : si quid objurgatione in iis dignum ducat , id iis objiciat separatim : discat autem interea , vel saltem nomen chirurgi , sua sub imagine , literis exprimere convenientibus ; ne , si quando in promercali foro venalis extat , decorum pretiosus emptor ab omnibus ejus nugis arceatur , hominemque eum arguat indoctum , non indoctus viator.

De sermone ipsi vernaculo , acceptum ab Britannis rese-ro & ipse olsacio , Gallicismum olere , vulgum sapere ad canalem ; miseret me interim hic & alibi adhibiti Romani , cuius ne usitatissimas quidem capit , aut malo animo vertit phrasilogias , fingens refingensque partium denominatio-nes ; pro receptis obsoletas , pro distinguenteribus obscurita-tem inferentes adhibens . Ex. gr. gemellus , judicator communis membranosus &c. pro bicipite humeri , indice

fasciali lato musculo: ita ut ego facili claræque doctrinæ, hic iste confusione studuisse videamur, cum itidem unus idemque musculus, triplici; imo & multipliciori, id est, ab munere, figura, situ &c. nomine, pro auctorum, vide-licet ætate ejusque tum temporis recepta methodo, ornetur; hic noster nunc illo, nunc alio utens titulo, lectori tyroni oneri & eruditis non est intelligibilis.

De fôrdido syllabarum coagamento neglectaque orthographia; etsi ultra 234 loca hoc pede claudicent, neque de inconcinna verborum distinctione est, quod memorem; quot enim periodi, tot errores: si itaque grammaticè cum ejus ad me Epistola totoque hoc opere forte agendum, unâ corrigeretur liturâ. Sed incuriâ impressoris accidisse hæc credamus. Ne eruditum autem non attigisse quidem argueretur pulverem, commiscuit Anglicanis, monacho indoctior, Latina quædam verba: sed levia hæc sunt verboque notata: ne autem credatis (VIRI NOBILES) apertissimo hanc temeritatem vacare scelere, accipite & videte quid egerit.

Primiò; amputavit operi meo præfata additamentaque omnia, quibus inter se subdivisiones cohærent.

Secundò; si, ut pastum erat, descriptionem meam totam, fidus interpres, in suam transtulisset linguam, eamque formâ Annotationum ampliorem reddidisset, emendavisset &c. egisset secundum receptam scribendi normam; sed verò,

Tertiò; totum textum, nunc silentio premendo, nunc mutando, modò, verba ab verbis, separando, mox itidem ea contrahendo, eum enervat, abstrusum reddit, eoque, contra animi mei sensa & pro arbitrio suo, utitur & abutitur: ita ut, si quispiam Anglicanæ linguae ignarus,

hunc videat centonem & 105 tabulas meas, persuasum sibi esse opus meum, allus titulum intuens, id pro COWPERI habeat, necessum sit.

Proposueram mihi, de tabula in tabulam fallacias falsitatesque erroresque meo, commissos perpetratosque ab ipso, in opere notate: sed imparem me agnovi mox, vastum hoc, ut exequerer propositum; indefinitus cum hallucinationum, errorum ineptiarumque numerus; nec tantus mihi COWPER sit; ut scripta ejus, cum insigni temporis jaetura & non levi æris dispendio corrigam: requirentur enim novæ tabulæ demonstrationesque variæ, atque ita cresceret hæc, in scriptum, suo volumine ingentius, animadversio: è centum enim & quinque, immundâ, vix una, Harpyiæ hujus ungulâ non est polluta, foedata, lacerata tabula: præstabit itaque sufficietque speciminis ergo, quædam indubitandæ perfidiæ, inscitiae & latrociniæ exempla indigitavisse probè.

Tribus quid prioribus meis adjecerit, referam sub indagatione duarum, appendicis ejus, tabularum.

Quartam tabulam, quatuor toti corpori communia integumenta exhibentem, languidâ de glandulis miliaribus, sudoriferis piliferisque; aridâ de ductibus adiposis; hianti de crinibus & fictitiâ de divisibilitate & stratis cuticulæ loculisque membranaceis, literas explicationi inservientes, pro suo placito jungens; aut sejungens, ratiocinatione onerat undique: quam enim ex. gr. divisibilitatem fingit cuticula, squamarum sibi invicem & loricatum impositarum textura, non verò stratum, alteri sui generis strato incumbens, reperitur. Crassities quoque ejus pro majore cutanei, inter squamulas, liquidi infusione & compressione varia ut est, sic expansum, unitum stratum, nullibi locorum,

rum, sed sulcis plicisque divisum tegmen extat, ubivis.

Ego Tab: quintâ fig. I. D. lit: aspera vestigia periostii, ab cranii porositate avulsa & E. ejus expansionem denoto. Ille hæc vertit. E. E. *os frontis & bregmatis*. Huic figuræ addit: 1. ut de aneurismate (aneurism) ipsi nascatur dicendi occasio. Fig: 2^{da} E. vasa sanguifera, F. duræ matris partem, infra suturam coronalem, G. venas (etsi in cerebro propriè loquendo non dentur) H. H. dissecti cranii reliquias (partes loco omnes & ordine ab me recitandas suo; ut duabus tabulis sequentibus &c.) adjicit notatque sine utilitate & superflue.

Tab: 6. Fig: 1. Ego lit: D. duræ matris cum crano, aspera cohæsionis vestigia; ille eadem lit: *diversas impressiones duræ matris ab crano*, designat. Ego, Fig: secundâ literis A.ad G sinuum duræ matris historiam narro demonstroque luculententer; ille, C. F. G. seorsim describendo, textum reddit non intelligibilem: denotans novis literis H. & I. *medullam oblongatam*, quæ eo loci non appareat & pro duplicaturæ parte duræ matris, *cerebellum*. Fig. 3. Ego, B B. vasa sanguifera & C. eorum in sinu patentia oscula demonstro, ille hæc verba vertit. *Vena cerebri priusquam sinum intrant.* in Fig. 4. H. novâ, erroneo planè ausu, ossis petrosi specum exhibet. Fig: quintæ Ego hæc præmitto verba: totam hanc machinam flatu distentam & exsiccatam proponit: ille hæc deprimit, deque hoc organo, ut sese in corpore habet, fermentocinatur. Ego C. cavitas ovalis: sed alias pro subiectorum varietate, variæ figuræ, ille vertit; *bulbosa pars hujus sinus*, uti erat in hoc specu, sive cavitate ossis petrosi. in Fig: 6. conjungit B. tunicam adscititiam & C. disrupta membranarum filamenta, proponentes explicatque eas, his verbis: *pars membranae duræ matris, separata & extensa &c.*

&c. connectens huic extra textum, de arteriæ vertebralis in cranium introitu & tortuositate fabulam oppido nugacissimam.

Septima tabula duas complectitur figuræ, quarum primæ literas G & H. conjungit; etsi prior, matre dura aperta, cerebelli faciem; altera limbum ejus, medullæ oblongata viam præbentem ad inferiora, delinquit vertitque; secundus processus durae matris ad dextrum latus, totam tegens cerebelli partem superiorem, Ego I. dissecti cranii partes; ille, triplici I. I. I. Marginem ossis occipitis, cætera textui amputans, designat. Fig: secundâ Ego A. cerebellum, capite inverso, in situ naturali; ille, cerebellum anterius reclinatum ad cellam turcicam, indigitat. Porrò novâ literâ B. processum cerebri vermiformem, eo loco non visibilem, indicat. Ego, literâ C. nervorum quorundam, postea describendorum, variii exortus; ille diversos tramites octavi, noni, decimi parvis nervorum, explicat, additque a a. nervos accessorios, F. cutis, G. pericranii sepositi reliquias & H. auris aspectum, de quibus (alia opportunitate describendis) Ego nihil commemo, utpote insuper pictoriæ artis elegantia ergo, tantum adhibitis. Præfata in sequentem, sine quibus demonstratiois ordo & verborum sensus constat, nec percipi potest. silentio premit altissimo; quod, etsi nullâ tabularum exceptâ, ubivis occurrat, jam nunc semel verbotenus ostendam ipsissima hæc enim mea sunt verba: *antequam verò ad aliæ cerebri integumenta pergam, ea, quæ de hacce meninge cras sa dicenda demonstrandaque restabant, absolvenda erunt; consuletur itaque sequentis (videlicet octavæ) tabule prima figura;*

Hujus autem (octavæ) literas separat & explicat dolose aut inceptè: Ex. gr. Fig: i. Ego C. sinus falcis inferior, qui

uti hoc in subjecto non semper invenitur. Ille ; *sinus falcis non est expressus*. Ego E. falcis initium ab osse cribroso avulum , ille ; *initium sinus longitudinalis ad os cristum galli*. Neminei autem confido Anatomicorum latere , falcem (membranam) extendi prædicti ultra sinus terminum. Fig : secundâ Ego D. quibus omnibus ejusdem structuræ surculi quidam inseruntur. Ille vertit ; *larga vena , per quam sanguis abit in quarti sinus , dicti torcular Hirophili , conjuncti- onem*. Iterum cæteram meo omnemque textui obtruncat connexionem ; Ego porrò partes , hascæ exsiccatas ; ille , ut me reprehendat , eas , quemadmodum recenti se habent in cadavere , narrat. Fig. 4. lit. C. Ego simpliciter ; falcis inferior pars , sive limbus , Ille sub has (cum an contra Clariſſimum VIEUSSENIUM videtur nescivisse) longâ abutitur digressione solviturque ipse in verba plane inania. Ego D. disrupta vasa sanguifera; ille, *diversæ venæ cerebri antequam sinum intrant*. Adjungens ei explicansque supervacaneas literas E. F F. G G. occultat novam meam , de tertia cerebri membrana , descriptionem. Fig : quinta Ego A. cerebrum ab ossea compage & crassa liberatum meninge ; ille , duo hemispheria cerebri , vertit. Ego B. cerebellum ; ille , cerebellum dura matre contectum. Risum teneatis , aut stomachum ; quid enim hoc effato ineptius ? toti enim (ut ex pictura patet) cerebro cerebelloque adempta est dura mater. literam H. studio omittit , conjungens malè C & L. cætera non vertit.

De Tabula Nona , videte quæ fusius ab me in appendicis tab : sextam notantur. Præterquam autem , quod varias literas designatorias in Fig : 1. & 2. jungat malè sejungat que pejus : ut K K. L L. ad F F. ait dictatoriè ; the two weite protuberances behind the infundibulum, not well ex-

prest: i. e. *duæ albæ protuberantia à tergo infundibuli, non benè expressæ*; cum typum naturalem æmulentur ad amus- simi. Contrahit pessimo sanè consilio Q. R. S. & c. d. e. f. g. H. & I. ut confusè proposita videantur; novo itidem ** & futili NB. omnia porrò, quantum in se est, perversarum vel obsoletissimarum partium denominationum adhibitio- ne, pessundat. Fig: secundâ, ad literam F. ait, me vasa sanguifera notare, loco nervorum olfactoriorum; cum è contrario, eos aciculâ depresso, in transitu tantum demon- strem, deque vasis sanguiferis, ne verbulum quidem proferam. Cætera, ut & de Tab: 10. & 11. inferius. Tab: autem 11. ut hoc obiter moneam, eximum; sed & vix credendum perfidiæ dixerim, an inscitiae exemplum præ- bet: postquam sub explicatione Fig: quintæ de Ægylope & fistula lacrymali garriendo quasi chirurgicè, verborum multum, novi verò nihil adduxit: fig: 23. lenti crystallinæ utramque & 24. vitrei humoris tunicam, oculo prius aëri exposito humoribusque ipsis subsidentibus, delineat. Hæc ille vertit: *Crystallinus humor siccatus.* A. B. *Vitreus humor siccatus eodem modo* A. B. Ego lectorem instruo, intercedente aëre atque temporis tractu liquefactis humoribus, tunicas; ille exsiccatis humoribus; posse demonstrari, quod impossibile & veritati contrarium, mecum omnes afferent, corporum viventium rimatores.

Etsi de Tabulis porrò omnibus, primam operis mei par- tem ornantibus, ad ejus appendices varias, verba faciam, non possum tamen, præterire 14^{am}. Linguæ, palati, nasi interiores, ut & faucium partes, multifaria proponentem demonstratione; quarum historiam, de consilio, aut non condonando errore, stupendum in modum vitiat, lacerat, obtruncat. Postulo, tabulâ meâ perspectâ, mihi fiat ju- sti-

stitia. Ego Fig: I. Lit. D. Musculum Basioglossum; ille ceratoglossum; ego E. Genioglossum; ille contrahens E. F. G. I. L. ejusdem musculi & quinti paris descriptionem confundit. Ego H. ceratoglossum indigo; ille vertit; *faucium pars*, continua pedunculo lingua. Ego quartum horum muscularorum sodalitum N. Geniohyoideum: ille *Mylohyoideum*; Ego quintum O. anthereohyoideum, ille *Geniohyoideum* vocat filumque rumpens descriptionis, textui, demonstrationis methodo ipsique rei veritati vim infert, infidus interpres, omnia tenebris obfuscans non dispellendis. Hoc par quintum, cum nemo (quod sciam) ante me descripsisset, necessum credidi id fusiore ornarem explicacione: addidi itaque, quæ ille omittit, hæc: *quintum coniugium*, O. non *Genioglossum*; *hoc enim specificum & inter linguæ musculos numerandum*; sed ab hocce diverso, pro re, nomine *indigitandum*, *Anthereohyoideum* vocabo: *recto enim ductu à menti medio internoque ambitu erumpens, ossi Hyoideo alligatur*. Non raro plures, eodem loco, musculoſi deteguntur fasciculi; quorum quidam mento linguæque, alii hisce atque hyoideo ossi communes sunt: hi vero quia frequentes non sunt, *specificum nomen non merentur*. Conspurcat porrò hanc figuram, calamo ei imprimendo Lit. P. Q. R. S. T. t. V. W. X. X. partium ab me postea in totum descriptarum, vestigia quædam vix adumbrata, intempestivè designando. Fig: 3 Ego B. hæc: concava oris pars superior, tunicâ vestitur toti ori communi; sed hoc loco crassiore & glandulosiore: Glandulæ hæ fibris interficiuntur carnosis posteriusque adaequantæ, cum vicinis tum tonsillis, tum aliis partibus communionem atque continuitatem habent. Hæc omnia vertit ille; B *Glandosa membrana faucium versus tonsillas*, jungens D. foramen & E. membranam designantes, expli-

cat D. & E. anterior pars palati ; ipsi portò figuræ adhibens noviter G. H. I. I. K K. L. L. Fig: 4. pro A. Tunica palati ; ille A. A. tunica palatina. O ! ineptum criticum. B. c. D: conjugens, confundit cum glandulis fibrisque musculorum vascula versus os patentia. Ego E. fibrosæ Glandularum connexiones, ille vertit ; E. E. dentes incisores. hic autem (VIRI JUDICES) ille est, qui de suo candore & in me observantia vult, non dubitem. Nova itidem lit: F. quartum os maxilla denotat ; cum palati sit. Fig: 5. AA. & BB. contra dissertationis normam conjugens ; sub CC. & DD. de membrana glandulosa (ipsi pituitaria) suo more, id est futili boatu, declamans ; ut mea minus appareant suumque videatur scriptum , septem lineas , non sine criminе falsi omittendas , utpote de nasi dispositione multa antea incognita & scitu necessaria comprehendentes , suppressit.

Hæc speciminis ergo sufficient : confido enim vos (AMPLISSIMI VIRI) ineptiarum errorumque saturos, neque demonstratis hisce, quemquam hominum rationi, vel mihi eousque injurium ; ut exigat singulatim & omnem ad lineam ejus detegam facinus : Sisyphium enim volverit saxum inque circulo quæsiverit potius finem, hunc qui non extimescit laboreni. Quod si autem COWPER impressio-
nis ferre velit sumptus, Vobisque (quod fidem superaret) perspectis sequentibus, non videatur satisfactum abundanter, præsto sum, qui de tabula in tabulam demonstrem, Istum furibundo contradictionis stimulatum cœstro falli undique, & undique ei oculos vagosque sensus, ratione, de coro & arte oppressis, multa mentiri. Ego, qui (videte præfationem meani) à detegendis aliorum erroribus me abstini semper, quique pro axiomate habeo, qui meis posside meliora, promat ; jam nunc critics inutili (respectu COW-

PERI) incumbere labori & impetu impetum compescere cogor: ingentius etenim crimen est, leniore quam ut reprehensione deprimatur: duro itaque huic nodo, durum injecisse oportuit eunum.

Trutinæ priusquam ejus appendam APPENDICEM¹, tria sunt, de quibus vos (NOBILISS: VIRI) velim monitos.

Primò; mihi, sumptibus inutilibus parcenti, variam unius ejusdemque partis proponere faciem (adspectum dicunt) nec libuisse: innumeræ enim, hoc modo, additamenti species & non de toto homine, capite &c. solum; sed imo de minima quaque glandula novies novem tabulas posse conflari, quis est, qui ambigat?

Secundò; me, singula ad totum aptè conferenda non exhibuisse conjunctim, eoque minus, quia cum in modum collocari, cute denudatum potest cadaver nunquam, (quod autem in singularum partium membrorumque depingendorum negotio sit commodè) ut pictoria arte genuina ejus exprimatur imago.

Tertio; hortatu eruditorum plurimorum (videte operis mei Praefationem hæc & plura, hoc ad lemma facientia multum, proponentem) tum temporis partium tantum delineationem; semper verò habuisse in animo, luculentam earum usus descriptionem Orbi offerre Medico; quod autem in adultiorem studiorum meorum ætatem, ni fallor, distulī prudenter; ne ante barbam docere senes dicerer: difficultus enim partium motus, usus, œconomia menti; quam oculis earum situs, fabrica &c. subjicitur: verum hic virgultæ scaphulæ Ægæum transmittens, præcox ingenio quartâque natus lunâ Calliphanes, ab Oeconomia animalis ortum sumiens, priusquam maëstarit, Lapithas excoriando, nihil quod Bhōnius, Ortlobius &c. non habeant, adducit.

Dum autem opus meum augmentando, emendando occupor, improbam ecce falcam suam, laboris mei conscius, messi immittit meæ COWPER: cuius APPENDIX (ut ait) EXTERNOS DIVERSARUM PARTIUM HUMANI CORPORA MUSCULOS, UT ET ALIA, IN PRÆCEDENTIBUS TABULIS OMISSA, AUT NON BENE EXPRESSA, REPRÆSENTAT. Aggredior eam perlustare, eam comparare cum tabulis meis, atque ita demonstrare, onerosum hoc syrma nihil, nisi nota quam quæ notissima, aut ab me aliisque proposita, mutuata, aut citra necessitatem & contra rei essentiam expressa, continere, ipsumque, ne primo intuitu furti crimen appareret, quarundam partium proportionem, aspectum, cohæsionem, cum sibi vicinis & earum nominis &c. tantum mutavisse callide; ut ex hisce colligatis, aptus quam parum sit natus, ad quod humeris suis imposuit, aut ab aliis impositum est, sustinendum onus, *etc.*

Prima figura, Primæ Tab: (quod ad ipsius corporis mollem, ab VESALIO, VALVERDA & elegantissimè ab GREVINO, typis Plantinianis aliisque perplurimis est præstatum masculinum cadaver, velaminibus sepositis exterioribus aspectu, ut se exhibet anteriore, proponit, videlicet (videte ejus Epist. ad me) *ad fidem archetypi è gypso conflati*: Quantum autem delineatio ad vivum, id est, ad ipsius cadaveris imaginem facta, ab ea differat, qua ad plasticæ artis archetypum est exornata, judicent periti. Velim interim Vos (VIRI NOBILES) certiores; hasce duas figuræ; Romæ A°. 1691. esse publicatas & extare in libro, cui titulus; ANATOMIA PER USC ET INTELLIGENZA DEL DISEGNO ETC. PREPARATA SU'I CADAVERI, DAL DOTTOR BERNARDINO GENGA REGIO ANATOMICO ETC. Ex eodem hoc volumine, u&

¶ ALB: DURÆO, LEONARDO DE VINCI, J. P. LOMAZZO, MEDIOLANENSI &c. descripsit, quam, ad tabulam operis mei primam & secundam, respectu statuarum antiquarum & proportionis corporum delineandorum, juxta etates &c. extra thema, demonstrationi interserit, dissertationiculam: mutavit autem, sed & depravavit in ea quælam; verum cum de novo eam æri curavit incidendam, habetur sua, suo namque est auctore digna. Primò; moeo vivum hominem, non verò cadaver, cute detracta, epræsentari; sed ita ab omnibus factum vidit, quos est mitatus.

Secundò; fictitiam posituram faciemque multorum musulorum detegi ubique locorum.

Tertiò; quasdam partes aspectu proponi, quo nunquam apparent. Præstabit itaque seorsim quædam notavisse; omnes enim errores detegere ejus non satago; stomachachundus utpote, recoctam qui crambem totus jam fastidio. Ad Fig: Primæ procœmum. Etsi Musculum quadratum, omnibus cum corpori universo communibus integumentis positum statuamus, partes, quæ maxillam inter inferiorem, mentum & claviculas sunt collocatæ, qua ille vultus, non apparent: hoc enim musculo, menti involucro endinique masseteris, porrò colli lateralibus gulæque; no & pectoris parti superiori adhærente, seposito, quæ ac in Tabula pingitur, sive fingitur, post se glabritiem non relinquit. Huc spectat & totius faciei delineatio subsum: ab i. ad 12. & lit: ab a. ad d. manus, cute sive connectæ, sive privatæ, eum etiam in modum visuntur nunquam. Quod lit: (N) exprimit ligamentum annulare, eo soci, neque hujus apparatus est, uti nec (oo) palmaris musuli tendinea expansio, quæ cute avulsa, interpositaque pin-

pinguedine multa striatim & cum distinctissimis fasciculis ad digitos defertur superficiemque relinquit non laevigatam. Addit (36) dari in manu infra digitum minorem, *Carnem musculosam quadratam.* Sic nostri tonsores inter, rure loquuntur lippi. In nobilioris artis infantia internodii secundi digitorum pedis extensor brevisque musculus, carnea quoque nuncupabatur moles, ex glandulis conflata viscera, parenchymata &c. dicebantur: jam verò nunc ubi adoleverit florueritque, dudum hæc nomina vacuis sunt dispersa obliteraque cum somniis, & quo loco, cum interposita motrice fibra tendines, eo quoque musculus eorumque classes fasciculique deprehenduntur. L. ramum quasi nervi axillaris designat; sed ineptè; quoniam, ut K. ejus nominis arteria: primus deorsum, secunda sursum magis erumpunt. Insuper notandum, ipsam harum partium delineationem minus esse accuratam & tyronibus non capiendam bisque ita peccari contra appendicis titulum. Idem hoc vitium est commissum, tam in denominatione, quam pictura musculorum brachii: sed transeant cum cæteris. Triangulare spatium, quod inter (f) claviculam, (20) deltoidem & (21) pectoralem musculum conspicitur, vel octavam dimensionis partem, habita figuræ corpus exprimentis proportionis que ratione, non obtinet. Videte tab: meam 20. Ipsos itidem hosce musculos, contra eorum dispositionem & apparentiam (brachiis, nempè, exorrectis) exhibet; turgescere enim primus circa humeri conjunctionem, alter ad sterni partem lateralem, cum è contrario hac in actione expandantur. Adde primum (20) naturalis constructionis, vel nihil ostendere; conferatur cum tab: meæ 66. lit: X. & si penes vos de rei veritate renunciatio.

In eundem impingit lapidem, circa musculos abdominis
ob:

obliquè descendentes (38. 38) & præsertim rectos (41. 41) quorum tendineæ striæ & intersectiones, affectata methodo expressæ, eos, naturali sua dispositione, destituunt. De umbilico, nullo charactere notatum volo, esse vigesies & plus adauctam ejus cavitatem atque referre potius foramen; quod autem profundum minus oportuisset expressissime: quia externa corpori integumenta sunt adempta. Ubi de glandulis inguinalibus (S.S.) earumque differit usu futiliaque frigidæ interserit orationi observata, abnormis sapiens, jacet fundamentum, quo falsissima ejus (quorundam melius) nititur de lymphatici laticis œconomica doctrina; cujus cum luctuosa extat species Tab: ejus 4. Fig: 13. & 14. eo loci, de hoc errore ejus dicam ubertim seorsimque.

V. V. Designat partem, quam in homine non est inventare. Vide tab: meam 32. Fig: 3. & 4. ad hasce autem (infidus, ut ipse in epist. ad me, interpres) quasi dilucidandas, quædam iis adjunxit. Si velitis (VIRI PERSPI-
CACES) dicam quod res est; me, nec quem citat, Clarissim. *Nuckium*, intelligit: exteriore enim, utar incongruis ejus huic rei verbis ab peritonæi velamine, non exstruitur vaginalis testiculorum tunica; verum interiore ab ejus lamella involucrum quoddam exporrigitur, quo testiculorum apparatus partim circumvolvit. Diverticulo porrò vobis sit non injucundo, ipsius de diverticulo peritonæi idea. Primò; nomen illud rem exprimit minime. Secundò; imaginatur sibi expansionem Fig: 4. lit. C. d. designatam, ita sese in vivis & nulla adhibita arte, habere; colligite amabò, tali quid mihi de censore, hocce quid vobis de Aristarcho affirmandum extet.

Musculos femoris, fasciali hocce integro seposito, vel
M ab-

scisso, hoc modo non conspici; verum adipe mutuoque fibrillarum majori nexu rituque inter se se devinctos apparere, compertum satis reor; urgeo itaque hunc musculum (membranous communem novitio auctori) aut sartorium, aut quod sanæ mentis nemo anatomicorum negaverit tutò, musculum glutæum medium perperam & malè esse exhibitum. Primo enim integro, secundus non apparet, secundo apparente, ut hac in tabula, trochanteris terminum cum non excedat, primi tendo, ad latera diductus, conspici debet: discat hæc, ex tab: meis 72. 73. 74. Patellarum depingit eminentias w. w: sed retrò si pervolvere vobis grave non sit, opus meum; audietis, quam insulsè ad Tab: 76. & 79. garriat, videbitisque, quo jure literas O. P. Q. noviter tabulæ meæ calamo impresserit; confido equidem vos posthac hasce literas explanaturos O. P. Q. *Oneri Pepom Quadrato.* E. etsi quidam, præ cæteris verò 50. 50. tri-
ceps, utpote alio fibrarum ordine dispositus minimèque infra fasciale longum 44. cum 48. vasto interno, quemadmodum in hac pictura, confusus musculusque gracilis 51
51. eodem laborent vitio obscuraque sit tibiæ suræque muscularum denominatio, binis, nempè, aut inusitato describantur titulo; minora tamen hæc non notabo; ne sequentis tabulæ, inevitando tamen examine, vestræ injurius videar patientiæ. Dixisse autem liceat, sub signis xx. malè exprimi ligamentum tarsi angulare, quoniam inferius id minus ab universalibus integumentis separatum & ulterius ad malleolum internum comperiatur expansum.

66 Musculi caro, sive fibræ motrices, nullo modo; tendines verò confusè adumbrantur, extatque 61. pollicis extensoris musculi brevis tendo, quintuplo, quam oportuit latior, planus itidem, cum rotundior detegatur. Cætera se se,

sele, respectu sepositorum communium integumentorum
veræque pedum superficie, habent, ut dictum de mani-
bus est supra.

Tabulæ secundæ Fig: secunda cadaveris, ut modo,
constituti faciem quasi exhibet posticam, auctoris autem ex-
plicatio primæ Fig: est. Quare hunc suum errorem cala-
mo non correxerit, explicit ipse. Ut &, quid ab Num:
1. ad 10 : de partibus designatis, ne vel per umbram quidem
apparentibus, sit statuendum: Vertex enim (videte lit. A.
B. C. D. E) capitis latera, nec occiput, etiam si quædam
eis adimantur membranæ; multò minus artuum majorum
conjunctiones; et si omnis deponatur adeps, hoc apparent
modo, eo namque in casu vasa quoque conspiciuntur san-
guifera: notate interim, sed turpi stigmate, nervum cru-
talem (S S) in uno & alio pede varium magnitudine, inser-
tione & re ipsa non convenientem cum delineationis pro-
portione; hunc videte Tab: meâ 77. lit: O. F. denotatur
glandula parotis salivalis.

Hic ipsi opportunum videtur de glandulis lymphæducti-
busque (œconomia scilicet fabricæ & structuræ Animalis)
verba facere iterum. Differo autem è consilio ad hoc ipsius
lemma appendicem, in tabulæ quartæ scrutationem, ut
levi, sed & una fidelia conspurcatos hosce omnes dealbem
varietes. Ubi enim de lymphæ lymphaticorumque du-
ctuum dispositione & motu agit, expers sui, in aliud ter-
rarum orbem delatus videtur Medico-philosophaster. Sub
lit: H H. revertitur ad musculi cucullaris delineationem, in
qua quatuor corrigendi errores prostant præcipui. Primò;
non dignoscuntur (quod autem in aliis quasi est observatum)
fibrarum ordines. Secundò; non adeo strictè & margine
circumscribuntur acuto, finitimo. Tertiò; pertundunt
ejus

ejus corpus insigniora vasa sanguifera, abscindenda in cutis depositione foraminaque relinquentia visibilia, etiam respectu proportionis hujus figuræ. Quartò; extenditur longiore & acuminatiore connexionis ritu in & super sacrolumbalem musculum. Cucullaris musculi veram imaginem videte Tab: mea 27.

De musculis scapulæ & humeri (11. 12. 12. 13. 13. 14. 14. 15. 15.) rogo in mentem revocetis, an quispiam vestrum (ad vos enim mea sese refert hæc appendicis refutatio) eos aspectu, ut apparent, viderit unquam: uni enim moli, hic & alibi plicâ distinctæ, similes delineantur. Dorsi latissimus 15 15. limbum obtinet infra cucullarem ascendentem nimium nimiumque distinctum. Num: 16. hic de rhomboidi musculo insipienti tantum; quantum nautis de terra incognita, apparet. Plura quidem de femorum brachiorumque musculis, præprinoris verò de 32. 33. 33. & 34. confusè expressis & quo exhibentur aspectu non dispositis, animadvertenda veniunt; sed eis studio brevitatis supersedeo: non autem malè (p.p) ossis ilii spinæ partem posticam & (q.) os sacrum exprimi. Prima minus distinctè, tegitur enim hac in figura tendinum latissimi dorsi musculi apparatu; secundum latius apparet. De malleolo externo (v. v.) & interno (w) deque abductore minimi digiti (46. 46.) ne vestigium quidem verisimilitudinis servare, renuntiare licebit probè, cum itidem ipse lectorem sæpè ad præcedentes (nempè meas) tabulas referat; liceat etiam mihi vos rogare, dignemini pervolvere tabulas meas 27: 28. 29. 30. dorsi muscularum genuinam delineantes imaginem,

Ad Tabulæ Tertiæ Fig: tertiam Systema arteriæ fœtus proponentem.

Primò; non explicat, quorum mensum ab gestationis temp-

tempore sit foetus; licet pro ætate, multa, respectu vasorum sanguiferorum, inter se se differant: sed ponamus esse foetum justo tempore exclusum moxque ad Anatomico-infusoriam vocatum artem; sed metiamur corporis statu ram (longitudinem) & compertum habebimus, hujus foetus caput se habere respectu latitudinis, ut 3. ad 1. ô! monstrum caput, verum monstrosiore demonstrationem. Ne autem incurram in reprehensionem, in Anatomicos (me lius & jure merito, subtile quoq;dam laniones) sparsam ab Clarissimo meo collega B. DE VOLDER, oratione de Rationis viribus & usu in scientiis, ubi ille hæc: quam inaniter sua inventa jactitent Anatomici, quam absque ratione superbiant, si forte fortuna non ante cognitam vasis divaricationem, membranae divulsionem, fibrillarum situm detexerint, quam ineptè de hisce, tanquam pro aris & focis certamen fo ret, acerbissimè inter se digladiantur; quasi valetudinis nostræ salus posita esset in hisce minutis, quæ ut plurimum ad œconomiam animalem vel nihil omnino, vel parum faciunt admodum, &c. hæc legat frigidus œconomia animalis noster compilator. Omnia quæ ego Tab: quarta ad Fig: 6. notavi: quia verò vasa hæc (arteria, vena, nervus, lymphæductus) Totum ferè corpus singulamque ejus particulam constituant, in sequentibus de eorum exortu, vel distributione nihil monebo; nisi ubi specifica eorum exigitur observatio, aut constitutionis historia & ad Tab: 10. Fig: 5. de nervis; singuli propagines edunt & ad sibi viciniores partes abundantes, capillaribus ac villosis suis productionibus, tandem visum aufugiunt & indefinitè dividuntur, quodque porrò de vena cava ad Tab: 22: Fig: xi, & de arteria specificè addidi Fig. xv. Tab: 23. hoc de præcipua Arteria aorta distributione, arterum ut de nervis venisque antea, hic de arteria dico, eam

*à trunko, suis capillamentis visum aufugere & indefinite

divicari: hæc inquam omnia studio omittit; ut ipsi quidquam meis addendi, nascatur opportunitas. Si autem cipiā visum sit & honori ducatur plures, quam ipse expresserit, figuræ suæ adjicere arteriolarum ramusculos, vel ipso satente, milleni poterunt adjungi. Vide, quæ ad ci-tata loca de horum vasorum distributione ego præter ea, habeo: ut autem (VIRINOBILES) mentem meam de arteria & vena earumque coniunctione, lymphæductu, glandula earumque dispositione & usu (de quibus duobus postremis sub perlustratione Tab: 4. luculentius) vobis aperiam, velim non dedignemini accipere, quæ quarta Clariss. Vito I. Du VERNEY inscripta Physiologicarum disputatio-num mearum parte, agente de organis MOTUI SAN-GUINIS DICATIS &c. sectione CXI. CXII. CXIII. (totum enim hoc huic scriptiunculæ insererere systema, è re non videtur) ante biennium proposui.*

C X I.

Arteria in conum, sive ab ampio in angustum exorrecta tubulum (cum vena ab minori in majorem, ut plurimum, non autem semper, abeat; ut in cavæ trunko infra hepatisque circa cor progressum & alibi liquet) quam unius pollicis longitudine ejusque diametri latitudine massam capit: eandem postea tubulo capiet angustiorc, rependente longitudine, quod latitudini, sive capacitati deesse videbatu spatii. Adde 1^o; inter pergendum ab latice universo sanguineo ubique locorum, particulas partibus apponi nutritias. 2^o; In plurimos findi divaricarique arteriam majorem ramusculos, qui numero & facta computatione, ex cavita-tum eorum dimensione, reliquæ transportandæ massæ in ve-nas sufficien.

C X I I.

Sanguiferorum, imprimis verò arteriarum, tubuli nunc in rectum, nunc in obliquum, hic serpentino, illic spirali ritu, modo in angulos acutos, mox in obtusos ad, in & per partes exporriguntur; ut, videlicet; pro partium movendarum situ, figura, dispositione atque usu flecti, moveri sanguinisque motus celebrari posset tutò: ex arteriarum hoc cursu, cum sanguis per ejusdem generis tubulum ascendere nunc, descendere tunc, videbatur, deceptos, circa sanguiferorum unionem, nonnullos, vereor. Arteriarum porrò exilissimæ propagationes in glomum, plexum, maculam, glandulam abeunt; non autem corundem corporum iniisque dispositionis substantiæ continuitate, cum venarum radicibus uniuntur. Quæ in animali partes dispositione, eadem usu & vice versa, convenient: posthabit is anastomosew n sanguiferorum doctrinâ inventoque; constituo primum; arteriam tandem, pelliculæ instratam (omnis enim arteria venaque membranæ insternitur) in glomum desinere, hancque machinam, respectu finis arteriæ initiique venæ & pelliculæ, cui affiguntur, glandulam voco; vel 2^o; totam arteriam ipsam ubique locorum esse glandulam, aut glandulæ instar perque totum ejus tractum, circa principium, ramos majores, vel eorum extrema, quæ ad nutritiōnem secreta, ab toto sanguineo latice, intra arteriam, sunt partes, non in ramos iterum arteriosos; sed alterius ordinis vascula devehī deponique, alioquin (circulante & manente omni ac toto hoc latice in arteriis semper) nulla in corpore pars veniret, exceptâ arteriâ, nutrienda. Sed nissas faciamus absurditates; brevi, hac de materia disseraturus speciatim, hac vice, hæc velim sufficiant. Qui glandulam non admittunt, arteriam desinere in plexum con-

contendunt acriter. Si autem in plexum semper desinat, erit hic retiformis, sive plurimorum vasculorum, cum aliis, interunctis nodulis (concedo laxioribus) tegmen; aut stratum super stratum, vel tandem intricati ad modum contextus & connexionis, ut de ejus figura certum affirmari non possit. Sed quid de sanguiferorum vasorum extremitatibus corumque plexuumque ordine, multum, ab eo, in nervoso genere observando, differente, quid, inquam, de eorum fabrica affirmare licebit tutò? cum tandem visum omni modo armatum, fugiant barbæque crines immensum majores, demonstrabili capillari sanguifero tubulo, nondum in glomerem, glandulam, plexum, aut macular abeunte uniusque contortæ arteria longitudo, eam hominis vigesies & plus superans comperiatur.

C X I I I.

Quidquid sit, textura hæc constabit, 1^d; ex arteriis vel arteria una tantum; aut 2^d; ex arteria & vena una, vel pluribus tantum; aut 3^d; ex hisce aliisque vasibus simul.

Si primum, erit movebiturque sanguis tantum in arteriis debemitque, ut transeat in venam, de hoc plexu effundi in spatium, arteriam inter & venam: aut ex eadem arteria venæ ortum ducant suum, vel absurditates supra memorata sequantur, necessum est.

Si secundum; sequitur; quod supra negatum, sanguinem transire in venas, per anastomosin.

Si tertium; ut sanè constat, plexum hunc formari; si quet esse de nomine litem, eritque quorundam plexus, alium macula, organum secundum me, glandula nunc pandum. Revocet jam B. Lect. in memoriam, nullat dari arteriam, venam, vel lymphæductum, membran:






Fig. I.



non affixum. Quæ dicta hoc usque de cursu arteriarum porròque dicenda sunt, ex adjuncta demonstratione & schema-te percipi poterunt dilucidè ex Fig : 1.

Exhibente 1. arteriæ magnæ, ut & 2. venæ cavæ cor-poris cavitatisque diametri proportionem: vasa hac (videte positionem antecedentem) in 3. & 4. rectum; 5. & 6. obliquum; 7. spiram; angulos 8. obtusos, vel 9. acutos abeuntia. Sit ergo, A arteriæ ramus insignior, ex hoc ramo, B. vas in lineam rectam horizontalem; C. perpendiculari, ex porrectum; D. obliquè ascendens; F. in spiram tortum; G. angulis obtusis; H. acutis donatum. Positâ requisitâ proportione extensorumque ab truncо vasorum distantiâ; dato insuper, negari quod poterit ab nemine, ramos in ramulos, hosce iterum abire in minutissimos, ex-surgunt tandem ex hisce variæ collocationis vasis, per to-tum animal, cum alterius ordinis tubulis commercium ha-bentes, sequentes glandularum, membranis semper, I. I. I. instratae, fabricæ; K. vasorum glomeratio; L. plexus; M. imperscrutabilis divaricatio, quæ in N. maculæ deli-tescens formam, visum fugit omnem. Huic venarum ap-ponuntur radices, arteriarum extremitatibus numero mino-res, singulorum verò vasorum capacitatum respectu, ma-jores; ut pote in quibus minor, quàm arteriis futurus erat, ab initio, sanguinis motus.

C X I V.

Sanguis in maculam hanc deductus, excipitur ab vene-rum radicibus, ne autem in patulum, nullo modo septum determinatumque arteriam inter & venam spatiū eruſtari videatur, notandum; medium spatiū hoc, membranis, (nullum enim vas sanguiferum; ut de aliis non moneam, per corpus vagatur liberè) cingi vasis pariter hisce ac huic

dio, tendinum more inservientibus emissumque de arteriis sanguinem, in venarum orificia p̄trentibus: hoc quoque fonte (glandulâ) derivatus latex lymphaticus, pars, nempè, residuus ex arteriis chyli, nutritioni minus apti, mox verò muneri adaptandi suo, in ejus tituli pellitur organa fluitque proximâ, in usum totius, ex omni parte, viâ, ad cor: si autem vena cum arteria & hæc cum illa, unum idemque (vide posit: CXII.) constitueret vas; vena, quo loco arteriæ est proxima & ita circa ejus radices, sive initia crassior, quam versus truncum reperiretur, nulliusque viderentur momenti valvulæ in illis, ut & lymphaticis ductibus, cuius contrarium nimis constat, quâm ut ab me doceatur explanatius; monendum ultimò; venas pro viscerum connexione atque sui per eadem reptatu, plus minusve recto curvoque ductu non rarò dilatari, aut contrahi irregulariter. Cuncta, quæ nuperrimè, insigni coram auditorum concione, unâ, unicâ, novi inventi liquorisque infusione, omnia sanguinem vehentia propellentiaque organa exactissimè implente, demonstravi. &c.

Ut ipsam porrò ejus repræsentationem, probaverim mendis scatere variis, exemplo sint sequentia.

I. Arteriæ magnæ initium a corde abscissum, tortuosè perperam & plusquam oportet ad posticas, ut & 3. canalem arteriosum eosque; ut corpora hac parte clausa obtusa-que, exhibet. Arteria coronalis 2. ut & 4. subclavia multæque aliæ magnitudine peccant foedè; earum 5. 5. carotidum & 6. 6. vertebrarum exortum confusè delineat. 33. 33. art: hepatica & 34. cystica, ne in adultis quidem, post egressum è trunco, tantæ reperiuntur: ultima, quo expri- mitur loco, eo non defertur ad cystam felleam, cuius col-


10, ductui &c. (de figura nihil moneo, variæ cum sit & talis extitisse potuit, quamquam dubitem) locum præbere hallucinatus est; quod si fecisset, detectum habuissimus totum figmentum facile; rectè itaque, phreneticis 40. 40. duodeni. 42. aliisque ea contegit. 47. 47. 47. meseraicæ inferioris ramum cum multarum extremis confundit. 51. 51. art: spermaticas, quas linea horizontali juxta sese invicem è trunci medio erumpentes designat (sed malè) *propter eorum exilitatem cerā non potuisse impleri*, asseverat. Quæ autem duodecuplo ad minimum iis sunt minores, rete mirabile constituentes, (videte Num: 14. 14.) exprimit, verum adeo absurdè, ut gnaris stomachum, cum ejus coronaria inferiore 35. moveant. 56. 56. arterias umbilicales, ubi autem abscissæ sunt, non designat corporaque exprimunt clausa; cum itidem peritonæo inhærentes atque juxta vesicæ urinariæ latera descendentes, ad umbilicum properent, exsiccantur flaccescantque ad insertiones, in iliacas internas 55. 55. hic noster, ne inscitiae, aut infidelitatis argueretur, hunc terminum notare sibi cavit. Non enim penis, si in eo erraret 60, 60, & vesicæ (61, 61.) arteriis originem tribuere valuerit. Quas infra cubitum quatuor, 24. 25. 26. 27. & infra genu duobus numeris 72. & 73. depingit, magnitudine, mutua inosculatione & extremitatibus suis produnt, eas non esse ad archetypum corporis humani depictas. Si enim fines hi, ad capillares earum divarications exporrigerentur (exporrigantur autem conceptu saltē nostro oportet) pedes hujus foetus essent, secundum ejus mensuram, duarum spithamarum longitudinis. Videte quid ego Tab: 23. ad fig: 15. (L) post numerum (9) de distributione arteriarum per crura retulerim.

Quæ fig: 4. & 5. de anguillæ & solei pisciculi genere
N^o 2 mi-

microscopio expositi , apparitione exhibit ; partim ab Clarissim. A. v. LEEWENHOEKIO , partim ab aliis habet : quæ verò noviter huic problemati , ut & sequentibus figuris 6. & 7. addidit , adeo sunt verisimilitudini opposita , adeo nugacia , aut trita ; ut ludicro potius spectaculo & experimento , an eo quoque usque insaniat credulum eruditorum vulgus , talia ut pro veris habeat , quam veræ demonstrationi inservire autumem . Confido sanè festivi & luxuriantis quempiam ingenii virum , supposititium hominem COWPERUM risui voluisse exponere ; ut qui illotis manibus , ad sacra , plebi interdicta accesserit audax nimium eumque tractavisse ; ut apud ERASMUM polus viatores Fau-numque . Ne autem gratis hæc dixisse videar longiusque effarer ; pauca commemorabo .

Primò ; constituta proportione extremitatum pinnarum anguillæ Fig: 4. A A. & costarum cartilaginearum B. B. areaeque microscopii G. G. vasa quintuplo quam sunt , ma-jora exprimuntur .

Secundò ; arteriam E E. & F F. venam non distinguit ; voluit , nempè , ex duobus unum conficere vas . Tertio ; carum conjunctionem , quo vult loco , designat . Cum au-tem non de homine ; verum de anguillula hæc esset & de pisciculi quodam genere disceptatiuncula , transeo potius cætera eoque magis , quia adæquato pondere in probando postulato , de transitu sanguinis per arterias in venas , sine medio , vasorumque horum structurâ &c. Non instruitur narratio , vel cum homine comparatio : addo pro vario animantium coetu , utpote uno , vel pluribus cordibus , uno , vel pluribus thalamis , vasis lacteis , vel non & sic porrò , hæc ab homine , alia methodo instructo , vasorum sanguiferorum ; ut & chyliferorum dispositionem , toto differre
cœlo







Fig. XXVI. f. 46.



Fig. XXIX. f. 49.



Fig. XXVII. f. 48.



cœlo & hanc itaque demonstrationem esse inutilem, ostentatricem & hoc loco, supervacuum planè.

Ad fig: 6. & 7. arteriarum venarumque; ut & lymphaticorum vasorum, ex earum poris extremitatibusque oriundorum initia fūgentes, credo me fūse satis dixisse supra de que *excretorio* ejus *ductu* fig: 7. C. A. ab vobis, æquè ac ab me, nullam posse formari ideam: *excretorius* etenim si sit, erit sudoriferorum, urinariorum, vel specifici liquoris, putalivæ, succi pancreatici &c. generis; si verò secretorius & in alium sit usum, ad glandularum, lacteorum, lymphaticorum &c. genus referendus: depingit nihilominus describitque (*e e*) qua methodo, scilicet, ex lateralibus vasorum sanguiferorum poris, tubi excretoriū sui emergant exsurgentque. Ita me Musæ & vos ametis, dum arteriam, venam, lymphæductum conjungere studet, ovum ovo adglutinare cavamque serere videtur Arabiam; impossibile etenim est, ut in humano corpore ipsissimi horum vasorum fines oculis (videlicet visum tandem fugientes) probentur: ego itaque res, ut conspiciuntur, proposui, hic noster, ut eas conspectas vult, depingi curavit, & pro placito, descriptione exornavit.

Ad Tab: quartam.

Cum hac in Tabula, multa sint, quæ ad mox ventilatum lemma faciunt maximè, mutabo scrutationis meæ ordinem, quo numerum figurarum sum secutus dicamque primò; de ejus figuris 13. & 14.

Demonstrem oportet semel, qua methodo aliena, pro suis venditet. Hasce duas figuras ex Clariss. NUCKIO, verum auctâ magnitudine & adhibito partibus acicularum apparatu, sumpfit. Ne dubitetis, en ipsissimam Cl. NUCKII tabulam, quam mihi bibliopola tradidit, cuique copiam ejus

figurarum probè incidendam curavi: conferte jam nunc
Clariss. NUCKII XXVII. cum COWPERI 13. & Clar.
NUCKII XXVIII. cum COWPERI 14. & manu pre-
hendite; sed & tenete surem. Qued plagium, si sump-
tuum & temporis perditionem non fugerem, in omnibus
valerem.

Sustinet cum antecessore meo, dari lymphæductus liqui-
dum adferentes & deferentes in glandulas & ex iis: ego verò
totum concipio Systema lymphaticorum esse unius fabricæ
atque muneric lymphæque ductus & onines eorum propaga-
tiones, ab corporis peripheria ad centrum, sive ab extima
in intimam partem atque ita ad ductum chyliferum, quâ
possunt proximâ viâ, laticem deferre suum: ita ut ex una
cademque glandula varii lymphæductus, diverso planè iti-
nere, munus delationis liquidi hoc suum, tamen absolvere
possint: ejus exemplum, respectu motus sanguinis, in ve-
nis muscularum abdominis rectorum, observare est lucu-
lentum & stringens. Miror reverà, Clarissº: Primo in-
ventori in mentem non venisse, ipsarum valvularum, hisce
in tubulis, fabricam & dispositionem & modo quo expri-
muntur, muneri obstante lymphaticorum. Sed quid obsta-
bit? si liceat, uti factum experior, Fig: 14. chimæras ex
cogitare; idem enim vas B. & C. exstruens d. d. tertium
ad fert & defert. Sed missa faciamus hæc, cum circulanti
bilis figmento, plus satis ab aliis castigato; ut autem lucr
aliquid honestioris, ex horum errorum hallucinationumque
demonstratione hauriat lector vobisque constet, aliter longi-
rem sese habere, cum lymphaticorum glandularumque or-
dine, adjunxi hisce tabulam, glandularum vasorumque ac
eas pertinentium, schema, ex meo Systemate & doctrin-
sæpò sæpius discussa & ad trutinam privatim & vocata pu-
blic

blicè quamque, ut meam, defendo, proponentem; quam
mensis Julii 8^{vo}. Aº: 1698 publici juris fecit eximius Anato-
mico-medicus GUILIELMUS MYLIUS. Narrationis
demonstrationisque hanc cuius Synopsin, ipso consentiente,
trado.

„ Statuit, dari glandulas carneas & vesiculares, quarum
„ illas in congregatas & conglomeratas, dispergitur, has
„ verò in interius vasculis sanguiferis ornatas & in exterius
„ vasculis hujus generis rigatas nullamque esse quam ad
„ quandam harum classum, non pertinentem referendam-
„ que demonstrabili methodo demonstrat & elencho: octu-
„ plam observans glandularum differentiam. Videlicet
„ respectu situs, figuræ, magnitudinis, coloris, connexio-
„ nis, conformatioñis, & tandem usus, qui duplex, 1^d;
„ ratione succi secernendi, 2^d; ejus propulsioñis. Sequi-
„ tur mox glandularum anatome vasorumque, præ cæteris
„ autem lymphaticorum cum quadam earum classe com-
„ mercii, descriptio, utpote qua patet duorum esse hac in
„ parte vasorum genera, inferens & efferens, ad primum
„ refert arterias & nervos: ad efferens venas, lymphædu-
„ ctus & specificos ductus excretorios: lymphaticorum
„ verum, respectu reptratus, historiæ; hæc subjungens
„ verba; non idcirco opinionibus assentimur eorum, qui
„ glandularum substantiam vasa lymphatica penetrare, &
„ post inibi divaricationes varias, deinde surculum quen-
„ dam ingredienti continuum, glandulam egredi, audacter
„ affirmant, cum non semel concernere nobis licuerit, ista,
„ vel glandulis incumbere, videte fig: IV. vel easdem per-
„ transire atque in transitu exsurgentes in se recipere surcu-
„ los, nunquam verò vasa lymphatica, ex se, propagines
„ per glandulas dispergere, ut contentum in has depona-
„ tur:

„ tur: divulgam itaque doctrinam, de inferentibus &
 „ efferentibus lymphaticis, cuius fama non unius amplius
 „ regionis, aut Academiæ limitibus coeretur, nec non
 „ plerasque Europæ scholas pervagatur, acutissimorum
 „ ingeniorum esse chimæram reliquiasque BILSIANÆ
 „ doctrinæ, veritati absonas, pro certo, statuendum &c.
 cum autem plura utique ad rei typum genuinaque expressa
 lectuque perutilia hoc scriptum contineat, quam ut com-
 modè hoc loco enarrantur; sufficiat inspexisse ipsam tabu-
 lam, ex cuius enodatione lector satis superque de toto ne-
 gotio, instrui poterit.

„ Fig: I. repræsentat lit: A. glandulam carneam congloba-
 „ tam, ab tunica exteriore B. separatam, ut tunica ejus
 „ propria C. C. fibrarumque D. illius contextus; nec non
 „ vascula E. E. illam perreptantia & minimæ glandulæ F.
 „ per ipsam disseminatae, conspiciantur. Fig: 2. exhibet
 „ A. glandulam suis cum ramusculis. B. arteriola. C.
 „ venula. D. nervulo. E. lymphæductu & F. vase excre-
 „ torio. Fig: 3. delineat. A. A. A. glandulas carneas
 „ conglobatas, unâ cum B. B. B. B. ingredientibus sur-
 „ culis lymphaticis, qui, receptis vasculis minoribus, i-
 „ dem C. C. C. glandulis egrediuntur, coeuntes D. D.
 „ D. in E. vas, hoc modo, compositum, quod quo-
 „ que cernitur in fig: 4. videte lit: A. A. A. recipi
 „ hoc vas, B. glandulam transiens, c. c. c. c. minore
 „ surculos, seu exilia & simplicia lymphatica ex D. glan-
 „ dula succumbente. Interior porrò glandulæ dissectæ fa-
 „ cies in Fig: 5. (quantum licuit) depingitur A. A. mem-
 „ brana glandulæ propria, seu tendo exterior. B. glandu-
 „ læ cavitas & tendo interior. C. fibrarum series. D. D.
 „ glandulæ minimæ. E. E. E. per fibrosam substantian-
 „ , dif

Fig. VI.









Fig. I.





„ dissemina:æ. Ipsæ denique F: fibrarum areæ adumbrantur Fig: 6. lit: A. A. fibrarum motricium primus & B. „ alter ordo ob oculos ponitur.

Sed sequamur COWPERUM (potius numerum tabularum) quartæ hujus tabulae prima est octava Dixerim, pace vestrâ, & circa acerbitatem; IPSI OMNIA OCTO.

Hanc figuram ex variis meis; ut ex Tab: 13. Fig: I. Tab: 14. Fig: 3. & 5. Tab: 15. Fig: 1. & 2. Tab: 18. Tab: 92. Fig: 2. & 93. Fig: B. & aliis, utpote eadem hæc referentibus, ut invitus hic & alibi notare est coactus, conflavit consarcinavitque; cuncta autem diverso delineanda proposuit aspectu, sive facie. Inspicite hæc (VIRI NOBILES) & judicate, quo usque iste homo nostro abutatur labore vestrâque cum decoro patientiâ. Judicate, inquam, vos de vaferrimo hocce latrocinio; non enim vereor Lychnum vobis in prytaneo, æqui estis & Cassiani, imo & COWPERO scopolis. Hic autem is ipsius est, qui (videte ejus Epistolam ad me) non amat lites, cum earum, ultra Hyperbolum & Ptolemaicarum deprehendatur amantissimus, qui que suo non vult dubitem de candore. Singulatim de partium incongrua denominatione, delineatione & descriptione differere incongruum foret, congestim autem & in genere veim, hæc vobis constent: sub lit: A. B. C. C. D. D. verebam colli primam, X. & Y. Z. occiput &c. ita impossibile sit eâdem facie inspiciantur m. labia. n. nasus & o. palpebra; nihilominus in prioribus glandulas exhibet, absque eorum compressione, aut sine arte non visibiles, gargareon a. neque b. faucium glandulæ, d. d. musculi sphenopterigostaphilini, & E. E. sphenostaphilini, quisquam mortalium, vel in robustissimo corpore, vidit ea facie unquam: nam etsi stylo

N. N. abeunte in meatum à palato ad aurem, cuius ne vestigium quidem apparet; dicat uvulam suspensam teneri, hi musculi tendineore, non autem motricium fibrarum insigni hocce ritu, cernuntur. Quam insolenter hosce & qui sequuntur, F. G. & alios opere meo Tab: 15. Fig: 2. citatos, M. N. &c. tractaverit, insipientem non latebit. Sub h. septi narium nihil designatur, aut videre est. Transeant E. F. non autem G multò minus H. non enim annuo annuentis huic nomini. De N. N. videte etiam inferius. Quæ porrò hoc loco narrat, de meatu à palato ad aurem, non coaspiciuntur, atque, ad ultimam usque lineam, aliis surripuit, aut falsissima sunt. Exemplo sit, ejus de meatu auditorio, aëris commercio cum tympano &c. descriptio. Dum Fig: 9. tonsillas exprimere conatur, molem multis rebus, huic autem glandi nequam similem, nobis obtrudit insultabundus.

De Fig: 10. 11. 12. ad eundem tendentibus scopum, dicam simul. In primæ autem delineationis initio, ait, me ipsum, tempore, quo hanc demonstrationem viris exhiberet quibusdam nobilibus, visitavisse. Verum est? verum (ut cum Antiquis loquar) ego ipsum Mercurium non ducentem, sed ductum thoracicum partim mercurio distentum partimque ex lateralibus tubulis defluens vidi metallum: quid autem ego recens in Britanniam advena? quo modo ego ad ipsum hancque coronam, nisi urbanè, nisi officiosè: sed non narrat, quæ ipsum clam, de vi mercurii & dubitanda ab ejus infusione fallacieque vasorum demonstratione, monui. Laudavi eo quoque tempore gypseam statuam; verum ipsi cadaveris humani præstare typo, non concessi.

Prostare in Fig: 10. errores crassos, hallucinationes meas & multiplices, demonstro. Sub lit: enim D. D. ascendentei venæ cavæ truncum & eadē literā, magnam arte

arteriam designat. g. g. ureterum capacitas naturali ingentior est immensum. G. G. ne umbram quidem glandularum, sive capsularum atrabiliarum, referunt; eas videte Tab: mea 42. Lit: D D. & 50. cc. H H. partem diaphragmatis, non verò ejus ad lumborum vertebrae (ut tamen notat) exhibet alligationem. L. urachum; sed ut nunquam in adultis est observatum, pervium tubulosumque imo, designat. M. M. Psoi musculi ultra terminum & sine distinctione extenduntur: eos videte Tab: meâ 52. Lit: K. K. L. L. N. Sacculus chylierus (chylierous ipsi) nec tantus, nec divisus, quantus & qualis apparet. O. nullum est lacteum vas, neque ipse secundi generis lacteorum truncus, tantæ, quantæ depingitur capacitatis. Q. Q. R. R. glandulas lumbales partesque iis adiacentes depingunt; sed adeo contra rei veritatem; ut testis vicinis partibus, ego, vel primario diffidam Anatomico, dicat, quid representetur. S. S. eo loci neque tot, neque tanti sunt lymphæductus. Quod si verò hoc modo apparuerint, mercurio vasa fuerunt disrupta, ipseque, inter membranas, effusus mercurius. T. T. vasa (dicta spermatica) sanguifera, non eo; sed quo ego superius notavi, modo. Tab: mea 32. ad testes velamine instructa, transeunt atque ab iis redeunt. Fig: 11. totum hoc organum, præter naturam, depingitur distentum; chyli receptaculum A. cum ductu thoracico B. corpore conjunctum. a. fistum est, cum valvula, vas lymphaticum: si enim mercurio turget, neque ipsa conspicitur insertio. F. Glandula lumbalis non una; sed globosus seriatim dispositus glandularum est acervus & quasi catena. G. H. H. non lymphæductuum; sed membranarum ruptarum & ab sese invicem recedentium exhibent, contra descriptionem, vestigia. I. K. L. ligatis versus chyli receptaculum lymphæductibus, inferioribus verò solutis ramis-

musculis omnique (uti hic) vinculo, mercurius in iis non continetur. Fig: 12. Lit: F. & G. exportantes ductus lymphatici designantur; sed frustra, cum alii non dentur. H. ipsum ductus thoracici in venam subclaviam, non monstrat insertionem. Quæ sequuntur judicate ipsi, an non ejusdem sint farinæ? præsertim I. K. & M. partes (1) fingentes, quæ non existant, aut magnitudine & situ, cum designandis, non convenient.

Ad Tabulam quintam.

Totâ hac tabulâ, indigestè atque confusè diversissima conjungens & organi auditus, glandularum salivalium, laryngis & vesicularum seminalium quasdam exhibens partes; scopas dissolvit, ingeniosus homo: neque enim in hisce quidquam invenire est, quod, pede quo incepit, videlicet mutato partium aspectu vicinarumque con-aut disjunctione, ab aliis non mutuaverit: quinimo ex EUSTACHIO, AQUAPENDENTE, CASSERIO, SCHELHAMMERO, VERNEY, me & aliis impudenter esse compilata, ad ultimum usque gry, pervolventi memoratorum Auctorum scripta, constabit undiqvè & abundè. Unum tamen est suum, nempe, lectorem instruit prudens homo; esse partes organi auditus viri; quasi in foemina aliter sese haberent; quod si sic fateor me id ignoravisse. Nominibus tamen hoc ævo non frequentioribus, utitur. Verum qui tam malè Latinè, aris non pessimè Græcè, conjectura videtur veritati simillima: cum itaque in meris hæreat minutis Fig: 15. & 16, et quædam carpendi mihi præbeant ansam, licetque Ex. gra circa semicircularem ductum ossis petrosi, H. malleoli caput 1. incudis basin K. & obliquum musculum, multa per peram sint expressa, fileo hæc: de hisce autem sese defende Clariss. du VERNEY facile. In Fig: 17. sub lit: H. incudis. I ossi:

ossis orbicularis. K. malleoli longi processus conjunctio, æquè ac horum ossium figura, malè delineantur: incudis quippe longior processus cum stapedis parte superna (ut hic) mutua appositione conjungitur. Circulus osseus L. cum vicino osse arctius copulatur. N. nihil demonstrat tendinis musculi stapedis. Similia & in 18. extant: ne tamen videar cum ipso, homo nugax, notissima cuivis medicorum, multo tractare molimine, continebo me. Fig: 19. præter calculum in ductu salivali I. aperto, nihil obtinet, quod ex tabulis meis 15. Fig: 1. & 2. non sit mutuatus: esse autem frequentissimum hoc genus morbi, didici ego dudum atque nemo Chirurgorum non novit, exempla si velit? adeat praticos observationumque medicarum scriptores, & vix ullus eorum ipsi deerit. Fig: 20. 21. 22. 23. reprehendo illas; ut non umbram; verum ipsas imagines, ab aliis expressas, servantes iisque esse, ovo plus quam ovum, simillimas. Nisi quod in 20. A. non concavam; verum convexam quasi præbeat epiglottidis partem. Quod C. C. cohæsione differant ad B. B. cum tamen una eademque sit. Quod ad D. D. nullum it vestigium tendineum. Quod c. c. guttales cartilagines, hoc nodo, non hient aliamque obtineant figuram. Porrò H. glandulas, pro placito, mole augeat, figurâ fingat & subit: f. f. bronchiorum tractus in pulmonem, adeo ineptè designet; ut parte tecta superiore, quid referat, nemo, vel per conjecturam, assequatur. Fig: 21. vacua sanè est ullius frugis, quodque proponitur, sine pondere & lepore Fig: 22. A. epiglottidis aspectum. B. linguæ vestigia amputatae annularemque cartilaginem D. musculosque verò præsertim, incredibili ruditate adumbrat, in eis enim nulla musculi E. imago extat. H. partem tubi pulmonalis superiorem quasi ex ana & continua cartilagine constitutam, delineat. Similia

sunt Fig: 23. Duo ab vobis, hic loci observari velim. Primo; ipsum tab: meæ 20. & sequenti Fig: 5. 6. 7. 8. calamo suo literas adjecisse, quas non explicat, alias studio, male vertere, alias cum quibusdam confundere. Sit fraudis hujus, oculis vestris, commissa probatio. Secundò; me epist: mea 14. Maij. 1698. COWPERO indigitavisse: *esse apud me observata ad musculos laryngis, novam organi respiratorii fabricam & movendi methodum* eaque ipsi ab me esse oblatâ: hic autem ille est, *qui lites non amat*; sed verò injurias insidiasque diligit. Hæc mea, circa prædicta organa, nova cogitata, aperiam, ubi Deus mihi opportunitatem largiaatur, opus meum denuò recusum orbi tradere literato. Fig: 24. linguam, cum partibus quibusdam ei vicinis, exhibentem, partim ex Cl: MALPHIGIO, BELLINO, partim ex Tab: mea 13. delineavit, atque peculiare, vel nihil obtinet. Ipse Lectorem non semel refert ad tab: meam 14. Fig: 25. Quare vesiculas seminales, quas ego tab: mea 44. Tab: 47 & 48. omni ferè aspectu exhibeo, proponat ignoro: hæc enim ejus, cum mea (excipio longè quæsitas minutias) conveniens est.

Obstupescat jam æquus rerum judex, hominis temeritatem, dixerim, an petulantiam. Quid hoc rei est? an lafcienti & eludenti totum anatomicorum ordinem impostori integrum erit, ob hic & alibi mutatas fibrillulas partisqu cujusdam improbam divisionem & violentam infidamqu conjunctionem, aut affectatam dispositionem, novum qual condere & tyronibus venditare cerebri schema? non equidem hoc concedere fas est: id verò an egerit COWPER colligite ex suis hisce figuris 26. & 28. & meis Tab: 9^{ma} Prima & Tertia.

Fig: 26. respondet meæ 3^{tae} Ego capitis ossei basin, crani seposito, occipitis ossi incumbentem, anterius paululum, toto capite elevato, exhibeo; ille ita caput disponit, ut foramen magnum T. ossis occipitis L. totum appareat. Ego cutis &c. involucrorum communium reliquias, ille nudum caput osseum repræsentat. Ego duram matrem D. D. D. &c. removeo sursum, usque ad nervorum exortus; ille 3. B. non nisi ad eminentiam ossis occipitis è medio ejus corpore surgentem. Ego hac figura, de sinibus vasculisque anguiferis nihil; de iis enim explicatè dixeram tab: 6. & ille de eis ad lit: C. C. d. d. e. e. g. g. h. h. i. i. k. l. m. m. q. q. z. z. & N°: 22. 44. 55. Hisce connectit superfluam, partium quorundam ossium narratiunculam: ut circa glandulam pituitariam ab me 1. 1. ab ipso N°. 11. insignitam, ad cristam galli B. s. partesque circumiacentes, habeat, quod pro nō venditet, glandulam eminentiorem vasaque sanguifera aajuscula (scilicet cerâ turgida) nervos verò præ aliis optimos, quam sunt, minores exhibuit. Quia ego nervorum lsfactoriorum ruptorum vestigia F F designo; ille os cribriorme o. cristam hanc, solummodo involucris cerebri onctectam ostendit. Quid plura? hujus momenti cum sint ætera, quæro pœnam, an verò laudem mereatur? Fig: 7. videte annotata ad quintum nervorum par: quod si auem filamentorum nervorum divisioni studeat, exerceat fullem istum laborem, in caudam spinalis medullæ equinam. Conferatur porrò fig: mea I. cum sua 28. & constabit liquido, prurigine quædam mutandi, carpendi & indecenti stiulo gloriæ, auctorem fuisse agitatum. Ut verbo rem expediam. Coniunctam cum cerebro ejus spinalem medullam delineat, cuius ego totum tractum Tab: 10. exhibeo. Ego cerebri circumvolutiones, qua apparent facie, ille ma- jo-

jores depingit : detur conjecturæ locus ; credo (quod ipsi circa F. veriebralem sinum accidit) ceram diffusam per cerebri cavitates & ultra fuisse, ideoque minore acervo apparere vasorum sanguiferorum capillamenta w. w. w. Lit : a. foramen repræsentat vi extructum. Quod de cerebello monet c. c. hoc in subjecto apparuisse latius solito ; itidem ab positura ejus dependet ; si enim, uti ego posteriorum cerebri crurum latera sursum dispositisset, quemadmodum est, hæc pars conspicendam sese præbuisset. cc. arteriarum carotidum sinuumque D D. laterale, ut & vertebralium tubi arteriarum E E. quintuplo, quam comperiuntur, sunt eo loci minores, quodque notandum, nullâ materiâ ; sed suapte virtute distentæ proponuntur. De nervis indigitasse sufficiat, paulò aliter esse dispositos ad depingendum : in genere autem & pro individuis apparitione differre : videlicet ; in violenta morte extinctis recenterque perlustratis, tensiles, in morbosis & post triduum &c. inspectis, flacci di proque ætate plus minusve duri comperiuntur : addite, extrinsecus in strangulatis copiosiore, id est, visibiliore sanguiferorum ritu ornari, quam in tabifica & inveterata ægritudine &c. denatis. Adeptorum verum nemo Anatomi corum facile concoquat N°. 1. 1. nervorum olfactiorum molem & descriptionem : posse enim detegi eorum, cum medullari substantia, coalitum ; notum est, quam quoct notissimum. Hæc odoratoriaæ nervorum conjugationis apud me Fig : 9. sub Lit : Q. Q. R. R. S. S. legitur descrip tio. Ex oblongatæ medullæ cruribus initium viamque inter striata quedam cerebri corpuscula & opticorum nervorum rhabamos sumens, ceteris mollior, mamillari processu prædicta & licet flaccidula hic & plana ; in vivis tamen rotunda est. In numerabilium subtilissimorum nervulorum apparatu , ipse cere.

cerebro & postquam ossis cribiformis sinus, foraminula atque porositates permeavit, nasi velamini interiori & glandulis inficitur. Horum nervulorum ductus atque situs parallelus, nempè, observatur, ubi per immissum tubulum, flatu eorum involucra aliquantulum distenduntur; tum enim fasciculorum recta & in longum stratorum, plurime classes angulos, ob mamillarem rotunditatem, sub finem patientes, distinctè sese offerunt.

2. 2. Hi optici nervi iis, in præcedenti figura demonstratis PP. sunt duplo majores, nullamque post lateralem eorum cohæsionem, ab me V. notatam, adumbrant distinctiōnem. Ad frigidam ejus de plethora figmento digressiōnem, sileo totus; ne problematibus problemata; sed potius demonstrata ejus demonstratis meis, incongruitatis arguam, meritò. 5. & 4. forsitan 4. 4. 5. 5. & 6. 6. quare horum titulos reticeat, non capio, in Cowperianis endandis ænigmatibus Davo stupidior. 7. 7. In hisce describendis, me pede sequitur, ut plurimum, presso; ut autem suum redoleant genium, quædam iis, nec non sequentis 8. 8. paris superflue, aut perperam adjunxit descriptioni luculentæ: ut cætera de vasis sanguiferis &c. transeam: rogo notetis, quam parum feliciter tota successerit hujus partis (defluente, nempè, in partium interstitia cera F.) demonstratio; sed & colligatis, an ex ea, partium genuina sit inferenda & possibilis delineatio? porrò infidum animadvertis censorem me accusare Tab: mea 9. ad lit. c. c. d. e. F. 9. confusionis multiplicationisque numeri nervorum: Sed, ut meum enervet sermonem, omnia silentio tradidisse, quæ de eorum numero differui distinctè. Nempè; duo ultima paria, tam intra, quam extra cranium collique vertebra, pro cerebri minore, aut majore subsidentia, or-

tum habere, vel conspicī plus minusve inferius: utar meis ipsissimis verbis: *hi sunt nervi, qui intra cranii ambitum oriri dicuntur; quorum numerum non perturbare, sed augere coactus sum; quod nullam confusionis speciem præbet, tanta etenim auctorum, in hisce classibus enumerandis, est differentia & dissensio, ut de numero liberum sit disponere, modo ad distinctionem tendat: nullus itaque dubito; omnes uno ore affirmaturos solertiores Anatomicos, ea, quæ de quorundam nervorum substantiâ omniumque divisione retulerim, esse secundum rei normam demonstrata, delineata, narrata.* De Fig: 29. dixisse satis sit: post *Homerum Iliada;* si minus, conferatur cùm ea: Cl: WILLISII, VIEUSSENII; ab MUNDINO enim, usque in hodierum diem, omnes, qui de cerebro; hanc cerebelli partem, qua ille, aut meliore designaverunt methodo; quapropter ego eam noviter & singulatim minus delineandam; verum cum toto & latè potius describendam putavi. Idem hoc affirmaverim de figuris;

Tabulâ septimâ exhibitis. Ego hasce aliasque cerebri partes; puta fornicem, thalamos nervorum opticorum, plexum choröideum &c. in multis; verum ex professo delineo describoque Tab: meâ 10. cum autem ratione atque respectu altioris, aut profundioris abscissionis, aut elevationis verticalis cerebri partis, tota earum mutetur facies; affulget, hic loci, unicuique dissecantium, nova quasi demonstrandi occasio: sed videamus hominis dexteritatem.

Fig: 20. A. A. abscissam exhibet fornicem, secundum ipsum: sed, secundum me, ejus crura b. b. minora & p. corpus flaccidius existit. E. E. f. g. g. H. H. vasa choröidei plexus sanguifera, sunt distinctiora & lymphæductus q. q. in

eo majori copia, verum mole minores. De natibus & testibus dixi, supra ad Tab: meam 10. I I I I I. non sex; sed hoc & omni loco, abscissarum arteriolarum orificiorum, hac in demonstratione erumpunt myriades, adeo exiles quandoque; ut sanguinem fingant effusum. Tractus medullaris M. reliqua ab medullari massa, hoc modo & formâ, non distinguitur. N N N N. Etsi cum aliis, hoc spatium, centrum vocitet ovale, nomen tamen hoc non meretur: provoco ad circinum Anatomicum, i. e. an vel quidquam ejus figuræ obtineat, vel præter propter ad eam accedit? O quartus sinus, cerâ distentus ejusque nominis longitudinalis P. lateralesque Q. Q. adeo ineptè sunt depicti, ac si ne per somnium quidem illos vidisset: sunt namque hi enormis magnitudinis referuntque Q. Q. triangularis figuræ duas ligneas semicirculares machinas. Quod in cerebro bovino Clariss. NUCKIUS vas viderit lymphaticum, non longè à glandula pineali &c. prodigiis ad instar, observatum vult; cum id commune sit admodum. Arteriæ vertebrales T. T. & V. V. ejus tituli sinus, mensuram ordinariam eisque excedunt; ut affirmare ausim, mortalium neminem eos vidisse tales & tantos, quales & quanti hic ostenduntur. Sub lit: W. non plus medulla oblongata & eam tegens lura mater, quam cultri manubrium & volvulis ornatum inteamen, delineatur. Y. Y. hæ literæ non explicantur. X. X. si stylo vata sanguifera elevaveris, hoc loco plexus chorôidei, unitum corpus, veluti ad h. nec rectilineum egmen, uti inter g. g. sed reticulum efformant. Notandum; medullarem substantiam †††, mox post dissectionem subsidere & corticalem *** utpote firmiorem dispositione, subsistere; hic verò unam eandemque conficere superficiem: contrarium videre est tab: meâ 10. ad literas D.

D. D. F. F. F: 13. a. vermicularis processus tantus non est. C. C. nervorum patheticorum origo est, ab sese invicem, remotior. c c. Nates & d. d. testes, hoc modo, ab hisce nervis non circumscribuntur & eminentiores sunt. P. glandula pinealis major, tenuiore velamine cum toto cohaerens sanguiferisque intersecta cernitur vasis. Quem de ejus munere hisce interserit apogum, fortean ex male constituta hac glandula, sibi tanquam veram historiam persuasum habet. Hic error derivatus est, ex fonte perperam conceptarum glandularum lymphaticorumque in iis distributione duplicitisque usus suppositione. I. I. strias, in quarto cerebri ventriculo, ut memorat, respectu loci esse varias, verum est; non autem initium medullæ spinalis O. & ipsi adjacentium nervorum globosum extruere corpus. Ut brevi absolvam, animadvertam ad Fig: 32. quædam, in tab: sequenti.

Tabulæ octavæ Fig: 33. & 35.

Multa continent, quæ minori formâ; primâ & secundâ proponuntur: ut autem ex minutulis circumstantiis, ipsa non raro elicetur rerum veritas. Noto Primò; sepositis (ut factum ait) omnibus toti corpori communibus integumentis, palpebras considere oculosque, in hac delineatione apertos, superiore contegi; porrò digito eâ ab oculi bulbo remotâ, totam conspici pupillam. Secundo; ex Tab: mea 11. Tab: 12. Fig: 4. & 5. Tab: 14. & Fig: 1. & Tab: 15. Fig: 1. & 2. figuræ hasce consarcinatas insolentius. Sed his loci nulla de me cum fiat mentio, provoco vos ad collationem, urgeoque vestrum judicium sedulè: Animadvertendum tamen A. A. musculos frontis, superne magis extendi, utpote pericranio, eorum tendini

con-

continuos : omnis autem (liceat uti hac digressione non planè inutili) membrana mihi tendo est. Secundò ; statuo : ubi vas , ibi musculus , & vice versa & nullus motus in corpore , nisi muscularis. Palpebrarum orbiculares B. extendit ad nāsi apicis lineam , cum raro ad ejus medium pertingant eosque confundit cum C. nasi alæ dilatatore suo : quorundam enim nomina mutavit. Elevator labiorum D. communis & E. E. superioris labii proprius , rudi formâ ulloque sine distinctionis specimine adumbrat. Quamvis enim concedam , faciei musculos variis membranarum , tendonum potius , expansionibus occultari atque cohærere , possunt tamen hisce , cum universali muscularum membra na sepositis , nitidius significantiusque dilucidiusque demonstrari. Eadem hæc monenda veniunt de cæteris muscularis notatis F F. G. G. H. H. I. K. L. ubi per Lit : M. auriculæ elevatorem designat , ne Lynx quidem musculum viderit. g. glandosi inferioris maxillæ acervi & O. musculi biventeris partem designare dicuntur : cum nihil minus exprimant ; confuso quippe & erroneo transcendentि fibrarum cursu , impossibiles sunt distinctu (omnibus tamen , ut supra , integumentis ; quinimo quadrato musculo sepositis) qui insuper nominantur musculi , pudeat ipsum oportet eorum meminisse , hoc modo ; mastoideus P. enim est rotundior robustiorque , Q. cucullaris , non eo loci , sed posticè magis , non eo ordine fibrarum , sed verò transversaliore , comperitur R. intra suum involucrum compressum , cumque antecedente non conjunctum. S. S. sternohyoidei sunt robustiores. T. T. coracohyoidei vergunt magis ad latera. Quoniam quæ jam nunc sunt dicta figuramque antecedentem spectant , dilucidè depinguntur enucleanturque tab : mea duodecima , peto illa ab yobis perspiciatur. Ad Fig: 34.

Etsi compertum habuerit, me distinctè hanc partes figuris viginti & quinque Tab: mea 11.^{ma} oculique fabricam (quo successu judicabis vos) esse molitum: levifidus tamen & lœvus homo lœvi oculi musculos vult repræsentare: videamus quo successu. Implet (ut, nempè, novum quid sollicitet) cerâ oculi bulbum A. distenditque nervum opticum à. à. eodem modo. Jam ausim, inimicissimum mihi hominem prioritare, judicet, an demonstrandi hæc formula non sit inepta: an possibile sit, ut eodem istu nervus impleatur opticus tertio; an ea vi distentus, apparebit, uti notat lit: a. a. porrò, an sex exhibiti musculi, ut sunt, delineantur? Lit: (c) non explicatur. Non una est ratio, quapropter in perlustrando hanc figuram 35. non sim prolixior: monstrosa enim utique est tota & ut repræsentatur inversa, adversa veritati: quinimo nulla ipsius est, quæ hac minus redolcat verum typum. Ne singula referam, asserti testimonio hæc sint. Oculi orbita extensa perpendiculariter peccat figurâ. Os frontis assurgit enormiter. Ab osse jugali auris sextuplic plus; quam sit, distat. Musculi nasi, labiorum, gulæ, occipitis ipsaque ossa, tam stolidè exprimuntur, ut neisciari, quo charactere censor meus, nisi uno insolentis scioli, superbiat. Agnoscat, si homo sit, hanc figuram esse ad lubitum fictitiam. Utinam eam hisce adjungere possem, reportarem jam nunc ab yobis æquis Judicibus, quod desidero, effatum.

Ne autem monstrum hoc horrescamus nimium; adjicit huic paginæ Emblema; duos pueros vesicam flatu implettes. Congruum oppidò ventoso auctori Hieroglyphicum pueriliter enim aëra tractando, commonstrat, se, etsi ilia sibi ruperit, molimini futurum parem magno nunquam quamvis enim inani suffarciatur gloria, patet tamen undique

& undique tamen patet, veneranda ipsum in arte puerascere,
& ut vereor, puerasciturum semper.

Ad Tabulam Nonam.

Jam tandem miscet sacra profanis, etiam cum capite humano, aurem vitulinam &c. Exerior & mitor quidlibet iudendi anatomicis etiam æquam (scilicet) esse potestatem. Figuram 36. ex meis Tabulis 16. & 17. & 18. imo usque ad ipsa figurarum ornamenta, compilavit. C. Vermem, cum a) parte ossis jugalis, non verò, ut vult, splenii musculi insertionem refert, neque erit quisquam, qui hanc picturam pro musculo habeat. c. Vertebræ primæ colli inferior pars bifido pedunclo, uti hic, versus latera, non procedit. L. L. Hic novos musculos extruit; verum qui fibrarum notricium ordines, processus inter vertebrarum extimos exant, tendineo-ligamentoso earum involucro adhaerentes, am dudum sunt cogniti intricatique cum complexo, transversali spinalique musculo. Eccc. uno cum tegmine obvolvantur, æquali hoc aspectu non cernuntur apices dupicum rocessuum spinalium; verum ordine diversissimo pro subiectis: quod si ait, velamen sepositum supponi, asperæ tumariorumque laterum emineant necessum est. De Fig: 37. urem exprimente vitulinam, nihil, uti extra forum: minimè enim vitilitigator, vitulari ipsi concedo facile. In Fig: 8. & 39. & 40. ne vel hilum est, quod mutatis quibusdam ausculorum fasciculorum lineis diductisque in hanc, vel illam partem, carptim non est mutuatus, aut furatus ab his, quorum quosdam, D^m. COLE, WEPHERUM, PEYERUM, WILLISIUM &c. sine distinctione, momentosa ratiocinii sui interposita auctoritate, laudat, vituperat, corrigit censor vaniloquus, compertum autem, vel limine anatomen salutantibus est, in tubuloſo œſophagi, sto-

stomachi intestinorumque musculoſo tractu, ubique locorum opportunum esse, varium quaſi fibrarum demonstrare curſum; quinimo ab gula ad anum, pro ſyrmatis hujus varia ad partes connexione tendinifque exterioris ad cartilaginum laryngis fauiciumque velamina &c. ut & pro ſubiectis, collocari diuersimodè

Sed quid vos (VIRI NOBILES) pluribus morabor? qui Tab: mea 67. factitiâ Z. pronatoris quadrati ſitum in medio notare, etſi eum (ut ego Tab: 68. lit: B) in extremo brachii limite, ad carpum collocatum, vel tyrones noverint chirurgi; qui Tab: mea 26. partes, quæ non viſuntur indigitare, ausus fuit; quid rei erit, quo minus hic trifui furfur venditans ſuum, far Eruditorum, imo & pium furari vereretur? toto enim ab iis Orbe diviſus Brittannico, tum ſe credidit: quaſi verò? etſi enim ultimam, cretā oblitus facie, fugeret in Thylen, cognoscent inſequenturque raptarum gazarum domini latronem.

Ultimò; physico-medicus de purgationis methodo diſſe-rens, intestinalium glandularum historiam uſumque &c modulo pro ſuo, id est, errans multum (*erroneously*) describens, Lectori & mihi, Muſis gratias! moleſtias creare definit, voce

F I N I S.

Vide

VIdetis (VIRI NOBILISS. VIRI AMPLISSIMI) tribunali
 vestro vestroque submissam limatissimo judicio, me-
 am contra GULIELMUM COWPERUM, quâ ipsum crimi-
 nis literarii reum facio, querelam, quam æquam vos ju-
 stamque renuntiatus nullus dubito, quoniam vobis satis
 superque constare mihi persuasissimum habeo, ipsum, quo
 potuit modo, meos suppressisse mihique surripuisse partim
 partimque laceravisse labores. De quo scripturientium
 genere, D. ABERCROMBIUS, Scoto-Britannus (tract: cui
 it: *für Academicus* pag: 232.) Verum flagitium hoc me-
 um, inauditum & atrox in Republica literaria, ludicrorum
 non verborum; sed infamiae stigmate excipiendum urgeo:
 puer enim bis sit oportet, qui non videt, COWPERUM,
 vel qui molem istam, mentis adinstar agitat, cum bibliopo-
 lis foedi spe lucri indecentique gloriæ cupiditate fuisse pel-
 lectum, in nostrorum bibliopolarum damnum meique non
 leve detrimentum. Si ad honoris culmen festinare decre-
 verit, modestos legitimosque incedat per tramites, non ve-
 rò per devia clandestinosque, in usum nunquam, sine sce-
 lere, vocando cuniculos. Si forte quispiam regerat ipsum
 opus meum, minoris esse momenti, hasce ut quam mere-
 atur vindicias: respondeo, me altum non sapere, nec de
 memet ipso sentire gloriosè deque operis mei pondere co-
 ram yobis querelæ non prensare argumentum; verum enim
 verò, id, quoniam surripere mihi molitus est, momento-
 sum saltem COWPERO & suis est visum æstimatumque: Ab
 anno enim 1694 quinto Martii, huic incubuit facinori;
 ut ex pacto, eodem die ab SMITHIO & WALFORDIO signa-
 to, liquet: *pour (hæc enim sunt ipsissima verba) 200. Exem-
 plaires, des figures de l'anatomie de BIDLOO, & d'im-
 primer la description en Anglois &c. i. e. de transmittendis 200.*

exemplaribus anatomiae Bidloo, & imprimenda ejus descriptione lingua Anglicana. Lugeo sortem meam doleoque vehementer indoctum hunc, vel quendam sub ejus nominis larvâ latentem, invidum hominem, improbas in meas lucubrations jecisse manus; lucubrations (sit mihi semel hoc dixisse, sub vestro auspicio fas & integrum, publica cum, non unius Nationis & non emendata virorum celeberrimorum testimonia prostent) ab laudatis laudatas, quasque nemo, nisi post longum temporis intervallum & ex mera, mihi potius, quam meis scriptis nocendi petulantia & indecora prurigine, designatus meus arroserit hostis. Sed repererit rigidior censor COWPER, quod carpat, emendaverit hoc: ideone ist huic sciollo & nodorum in scirpo detectori, opera mea, tanquam sub hasta missa & publicata, sibi vindicare licebit: si qualecunque ergo velitis opus meum, meum est quodquid meum vestrâ sententiâ, ut per æquos judices, mihi reddatu contendeo; cætera viro erudito, modesto, veridico indigna sua sunt. Ipsemet sibi poenam dixit, videte ejus epist: ac me. SI QUID ME INDIGNUM IN TOTO SIT VOLUME, AUT QUOD FAMÆ MEÆ OBSIT REPERIATUR, II OMNE DELETUM VULT: agite itaque delete, adimite hui homini, cum hoc ejus centone, honorificum socii vestri titulum: extirpetur membrum hoc, ne sincerum trahatur corpus: chirurgus enim hic vulnera infligere, vos autem confidare ea poteritis, mihi facile. Alienum (VIRI NOBILES VIRI JUDICES) eripite, quo jam superbit, impudenti hui graculo ornatum; fugate ipsum ad suum genus: quod si post hac ipsum despicerit optimè, egerit optime; discat, ut eus repulsa atque calamitate, mercari honestius, mutualius, spoliare cautius omnis gloriosus scientiarumque genus literatum fur & prædator.

GODEFRIDI BIDLOO,

Medic. Doct. Profess. Anatom. Ordin.

ut &

Præsid: Colleg: Chirurg: Civit:
Lugdunens:

D I S S E R T A T I O

D E

ANTIQUITATE
ANATOMES,

habita in Auditorio Magno ,

Cum

Anatomicam professurus, in alma Academia
Batava inaugurateur.

WITHE KÖP TÅD
KÖPENHAMN 1812

1812. 10. 10.

10

STATUTONER
FÖR MÖTÄKK
MÖTE

10

Öfverlämnas till den förförkommna
meddelande om att

*ILLUSTRISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS,
MAGNIFICIS,*

ACADEMIÆ BATAVÆ

CURATORIBUS

atque

*AMPLISSLIMIS, GRAVISSIMIS, PRUDENTISSLIMIS
REPUBLICÆ LUGDUNENSIS*

CONSULIBUS,

ut &

*Consultissimis, spectatissimis Viris,
qui ipsis sunt a secretis.*

Se

Suamque inauguralem dissertationem

S. F.

GODEFRIDUS BIDLOO.

Magnifice Rector, qui medica Praeclare meritus de Republica, Anatomicam, splendore nominis Tui, decorasti maxime; vir celeberrime.

Illusterrissime, Splendidissime Curator, qui ad omnem solidam Eruditionem, scientiamque restaurandam, augendam, stabilendam natus & electus, Reipublicæ atque huic Academia fulcro es novo ac ornamento insigni.

Amplissimi, Gravissimi Viri Consulares, Scabini, Senatores & vos, quibus inclytæ hujus Academiae, vel urbis secreta, meritò, sunt commissa.

Clarissimi, Doctissimi omnium studiorum Professores, Collegæ Meritissimi.

Venerandi mystæ, qui ad veram propagandam fidem, vigilatis indefinenter.

Doctores, Fautores Cultoresque, omnium disciplinarum, Honoratissimi.

Præstantissimi, Lectissimi Viri Juvenes; spes & decus Patriæ, Amor ac delicia meæ.

Auditores, omnium ordinum, Humanissimi.

Quam

QUamvis mihi meo memet ipsum modulo metienti, satis sit compertum, quam longè familiaris mea loquendi ratio, ab augusto, sublimi ac masculo antiquorum dicendi genere jaceat remota; satis sciam, quam terse & eleganter, illustrissimo hoc in Athenæo, dicere consueverint potentis Græcanicæ ac immortalis Romanæ doctores Eloquentiæ; satis & plusquam satis comperiam, insolitum multorum, tum facundia & dignitate, cum eruditione & pietate conspicuorum confessum virorum, dicentis perturbare animum, audebo tamen apud vos (Aud^s: Ornatiss^s:) fretus humanitate vestrâ; si quid in me desiderabitur, verba facere, fateor impolita quidem illa & sine nitore, plena verò debitæ, erga vos, reverentiæ: Cum itaque, pro more Academico, ex decreto Illustrissimorum atque Amplissimorum Curatorum & Consulum, qui me, ultra meritum meum, honorifico munere Professorio cohonestatum voluere, aliquid sit dicendum, in professionis meæ initio, rogo vos; ut brevem, de Antiquitate Anatomes, dissertationem auribus excipiatis non aversis: floridum sanè & infinitæ varietatis argumentum: quinimo ipsis veterum rituum atque universæ antiquæ perscrutatoribus Sapientiæ, condignam materiem: quæ, etsi pro dignitate sua, parum à me exornabitur, vobis nihilominus & amænitate & utilitate, non poterit esse non jucunda!

Profundam Antiquorum sapientiam, exuberanti priusquam turgeret verbositate, deos deasque, eorumque mysteria, artium, scientiarum, virtutum, vitiorum, syderum regionumque descriptiones, Hieroglyphicis adumbrasse characteribus, notis, numeris, figuris, iconibus; fabularumque non illepidis texisse involucris, neminem literatorum latet.

Bellandi Artem, per Minervam, aut Martem; per fæminam, serpentem manu navisque proram, pede prementem, Asiam; Spei Numen, per adolescentulam, gradienti similem; per Triangulum Deitatem; medendi artem e-jusque partes per Apollinem, Chironem, Æsculapium designari, non dubitant, qui Coptarum atque Orientalium gentium mysticas literas, hieroglyphica, allegorias, signa, fabulas & pristinæ ænigmata doctrinæ, gryphos & symbola expedire didicerunt, sensumque eorum latenter atque mythologiam capiunt doctissimam.

Cum autem medendi Ars, ab infantia, ut memorie est proditum, præclara tantum ingenia & homines supra plebem erectos exercuerit: multa verò postmodum per secula, imperiorum rerumque communium vicissitudine & injuriâ temporum, spississimis obducta tenebris, delituerit; mirum nobis videri non debet, quasdam divinæ hujusce artis ac scientiæ partes, renascentibus quandoque, cum literis, minoribus scientiis, oblivione fuisse quasi deletas, easque præfertim, quas, ut Anatomicam, plebi celatas volebant, quasve idololatriæ receptæ nimis aperte repugnare, aut alioquin improbissimo tantum labore confici, credebat.

Homines autem, statim ab orbe terrarum condito, quorundam, in sacrificiis, animantium corpora studiosè & magna cum industria dissecuisse, coque sensu, rudem instituisse anatomen, tum ex sacris, tum ex profanis voluminibus, ubertim confirmatum habemus. Primæva quidem ætate cum parvo beati viverent mortales, simplices ac puro sacrificandi fuisse ritus, gentilium multorum reliquiae & scriptores evincunt; cum nempe,

Nondum pertulerat lachrymatas cortice myrras,

Acta per aquoreas hospita puppis aquas:

Thura

*Thura, nec Euphrates, nec miserat India costum,
Nec fuerant rubri cognita fila croci
atque;*

In sacris nullum culter habebat opus;

nec visu horridus & mirificè insulatus pontifex, udas, immolatorum cruore animalium, vittas squalentemque barbam madentemque ostendebat verticem.

Rejectis ethnicorum figmentis atque hallucinationibus fatuis, liquet, cognitionem corporum viventium & ita inatomicam quandam scientiam, antiquis fuisse notam: quâ autem methodo? quo cum successu? quem reverâ in finem? & an primo Augures, Haruspices, Sacerdotes, Magi, Sortilegi & Vates? an verò Medici, Philosophi & Physici, anatomicum obierint munus atque corpora sint perscrutati, occultum planè & incertum manet eoque magis; quia posteriorum studia diu & adeo, circa hæc omnia, promiscuè versabantur; ut dictu non sit facile, quibus eorum maximum, in anatomicis, encomium decatur.

Ex rite perlitandis solennibusque sacrificiis, Haruspicina & Extispicina, hostiarum victimatumque maculatione, jugulatione, excoriâtione, viscerum tritimatione, visceratione ipsa; ex poparum, agonum, victimariorum, sphragistarum aliorumque ministrorum officiis, ipsis imo ex instrumentis, secespita, venabulo cultrisque variis, constat, multas & exteriore & inferiores corporum partes, ab initio fuisse notas & perspectas: ad Aras quippe nec mūlatum, nec tabidum; sed purum, lectum, integrum; qui nimo, non prædatricis, sed placidioris animal indolis, adduci permittebant sacerdotes, haruspices, flamines & re-

ges sacrificuli : juxta poëtarum principes :

*Nunc, grege de intacto, septem mactare juvencos
Præstiterit, totidem lectas de more bidentes*

& ;

*Victima labe carens præstantissima formâ
Siftitur ante aras.*

qui sacrificantes, victimarum exta , cor , pulmones , je-
cur , intestina , non manu contrectando rudiori , aut la-
cerando ; sed , sollicitè dissecando exempta , inque iis , ad
superstitionem usque , inquirendo , investigatis observati-
que eorum situ , connexione , numero , colore , motu ,
structurâ , ignibus , farre involuta , pretiosis idolisque offe-
rebant mutis ac nefandis.

Sacrificandi autem ritus , Diis certis & incertis , seorsum
& conjunctim , publicè & privatim , quotidianis , urbis na-
tali paucioribusque exceptis aliis , cum peragi solerent horis ,
quibus vino , fideli omnium sacrificiorum comite , pulte
fritilla , thure floribusque Deorum cultui , ex prisco insti-
tuto , moris erat satisfacere , extra fidem est , creberrimis
hisce corpora immolata investigandi occasionibus hecatom-
bisque oblatis perplurimis , Anatomicam nihilominus so-
lam , artium omnium , antiquis mansisse ignotam , inta-
ctam , non pertentatam ; addite , quod ulteriori veritatis
non eget indagine , homines , infantes eorumque , ut &
piscium , avium , serpentum partes , sanguinem & ossa Dii
data execrandis , ingenti ac probata auctorum multitudine
affirmetur . Viventium partes arte instrumentisque auxili-
atricibus , à sese invicem disjungere ; extricatas , ab aliarum
cohæsione , demonstrare ; de earum situ , numero , fabri-
ca , usu cæterisque cognitioni animalis inservientibus , dis-
secre , ut in sacrificiis factum constat , quis veri anatomi-

corum munericis, quis & hisce Veterum, in anatomicis, peritiam, negabit?

Cadaverum, vel eorundem partium conservationem, pollinctorum, uncturam atque conditaram quod spectat, Ægyptiorum, Arabum, Hebræorum, Græcorum & Romanorum Medicos, Cheirurgos & Unguentarios artem hanc, tantæ ad perfectionis tulisse fastigium; tantos in iis impendisse sumptus tantosque in iis sustinuisse labores, testantur & ita testantur cadaverum reliquiæ & sepulcralia monumenta, ornamenta atque donationes opulentissimæ, ut ne umbellam quidem utilissimæ hujus artis, nostra possidere videantur secula. Quis etenim sine sacro quodam horrore & religiosa admiratione, viderit Memphiticas pyramides? quis divitis Indiæ? quis sagacis Græciæ? quis superba luxuriantis Romæ Mausolea, arcas marmoreas, busta, pyras, rogos, urnas argenteas, aureâ circumdatas coronâ fulgentique ornatas diademate, attigerit irreverenter? quis carbaceas sindones & asbestinas fascias? ac tot & tantos conspexerit, cum indignatione antiquorum, circa cadavera exantlatos labores & dispendiosam liberalitatem, quibus imperiorum vires fatigatas & exhaustas fuisse, multoties legimus.

Balsamo, vitâ defunctos, condiendi ritus, utramque sacrorum voluminum paginam, cæterorum taceo, admplent. Spirant hic undique & undique spirant, altaris adinstar Thymiamatis ac holocausti, Domino sacri, thus, myrrha, therebintina, aloë! hic redolent calamus, nardus, crocus, cedrus, cassia! hic fragrant cinnamomum inter & suaveolentia aromata, styrax, asphalathus, ambra, succinum! hic licet beata Hermonis in valle, purpureæ lambere rorem auroræ intaminatum! hic licet argenteum haurire, cum lunæ lachrymis, amabilem herbarum spiritum!

tota fertilis Judæa in lac & mel liquefit ; omnis opobalsamo madens Arabum tellus , oneratae adinstar imbribus nubis ; aut æstuantis libano de colle Jordanis , olea effundere suavissima ; ferax viretorum mons Galaad campos hortosque suos , odorifero omni flore & folio , spoliasse videntur ! flagrat , ardet & fumat universa ab Deo benedicta Terra , lignis corticibusque odoratis ! ab Dan , usque ad Bersabee , innumeri unctionum modi ; innumera suffimigiorum genera ; innumeræ combustionum formæ , denatorum corporum cadaverorum compescunt foetorem atque moerore torpentes , lugentium , nenias inter & luçtisonos lessus , ludis novendialibus silicerniisque nondum refectos , refocillant consanguineorum animos !

Nulla denique tam barbara (non enim de iis mihi sermo est , quibus de luto meliore finxit præcordia Deus) exstitit natio , quæ de condendis humo , vel sepulcris , aut condendis ambammatibus ac aromatibus , non fuerit sollicita cadaveribus , atque hoc modo non aliquam anatomicæ cognitionem exercuerit : licet enim quidam populi , ab omni disciplina & morum civilitate alieni , cadavera in profluente abjecerint ; aëri siccanda exposuerint ; arenâ radiisque solaribus torrefecerint ; devoranda belluis aviumque objecerint rapacioribus ; imo devorariunt ipsi : Rationi tamen consentaneum est , hæc cum discrimine corporum , vel eorum partium & in amoris tesseram fuisse exercita & perpetrata , antequam terræ , communi taliquam matri , aut igni , tanquam numini conservatori , offerenda ducebantur corpora ; qui mos , penes Romanos , stetit viguitque diutissimè . Scythas , Aethiopes aliosque non solum reverenter habuisse demortuos eorumque investigasse corporum partes ; sed gypso obduxisse cadavera , hæc exterius , hoc modo , incrustata

ge-

geniorum deastrorum ornasse imaginibus vitreâque inclusisse columnâ etiamque defunctis libasse, sacra fecisse piamque præstissime curam, omnigeni commemorant scriptores: Immortalitati enim studentes, omnem & politiores pariter & barbari populi moverunt lapidem; ut quoad ejus fieri posset, conservaretur atque honoraretur domicilium illud, in quo, quæ inde demigrarat, vagula adhucdum & hospes, ut credebant, anima, tam nuper habitaverat: hinc veterum templo, delubra, fana, nemora, sylvæ, antra, cavernæ, prata, littora, valles, trivia, fora & omnia loca publica, moestissimo insonuere cantu multigenarumque apparatu ceremoniarum, insolitoque flamarum tædarumque lumine splenduere, coruscans sacrariorum aurum & nitidum simulacrorum ebur fulgore verberante suo; hinc tot pretiosa corporum conditæ inventa; hinc sal, muria, lixivium, alumæ, cedri succus, bitumen, calx, acetum, mel & omnia, quibuscumque alma tellus, sub arborum & vegetabilium genere & specie vigere, crescere, frondescere & germinare, concessit, prædictum sese obtulerunt in usum.

Sed veterum inter exequiarum justa, inferias tumulosque inter & medicata cadavera, animum subit meum, non oleaceo cingendi folio, non atrâ populi, non lugubri cupressina ornandi fronde, non ferali cantandi tibiâ, non tædis, non fertis, non cippis, nec annulorum, aut numismatum icervo honorandi, non cincinnis munerandi, nec balsamo conservandi, verum æternitati consecranti, antecessoris mei fatum! qui superatis anatomices difficultatibus, etiam gravissimis, nulli anatomicorum secundus, funere docuit, funere eheu! immaturo, quam fragile bonum sit vita, in ipsis etiam juvenibus! cum autem de laude defunctorum quondam, nisi in publicis sepulturis, nec ab alio, nisi qui hanc

hanc ad rem esset constitutus , dici soleret, atque encomiastes
 ego frigidus & magnis viri impar meritis accedam ; sufficiat
 laudibus eum in sepulcro non evanescentibus ; sed vivis &
 veris docuisse & dedidicisse mori. Hunc ego jam , vice se-
 cundâ sequor antecessorem , Doctor ille factus fuit publicus
Hagæ-comitum , deinde hujus Almæ Professor Academæ ,
 post ipsum ego : sed verecundo pudore dicam , an diffiden-
 tiâ , tingi vultum rubore sentio , expavesco , vereor etenim .
 ne , ut primæ , ita huic quoque palæstræ alteri & insigniori ,
 inferiorem me nimis denuntient & studiorum immaturitatem
 & ingenii imbecillitatem culpent & carpant Aristarchi &
Apharei filii & nepotes , severam quorum censuram , rigi-
 dum quorum judicium effrænatumque animadvertisendi furo-
 rem teretesque aures me (merito ut opinor) reformidare con-
 fiteor : sed & docentibus , non minus ac dissentibus , sua
 concedi tyrocinia , æquum ac justum est. Apud vos interim
 (Ornatissimi Med: Studiosi) qui defuncti viri beneficiorum
 immemores non estis , sint doloris inducæ , quid vobis ?
 quid omnibus artis nostræ fautoribus ? quid & mihi decen-
 tius ? quam æternatis , ore pleno , ipsius elogiis , Christia-
 no hocce uti lenimine ac solatio ! Nuckium relictâ mortalita-
 tis sarcinâ , vitâ omni solutâ vicissitudine frui in æternum ,
 cum Creatore suo.

Digressioni huic , si diutus , quam par erat , incubuero ,
 ignoscite (A: O:) & amori , erga defunctum , meo non dif-
 ficles yeniam date !

Arguentibus , quæ modo dicta sunt , de corporum dissec-
 tionibus , rem sacram , non verò spectasse medicam , re-
 sponsum volo , partium membrorumque corporum rimatio-
 nem maxime institutam , ad eorundem pravam , vel bonam
 constitutionem dignoscendam , cui præsertim usui omnis &

hodierna inservit Anatomie: ita ut hic sacerdos, in eis sacrificulus anatomicum egisse videatur: morbos autem & ægitudines ante Socratis ævum & ante bruta cæteraque animalia, humanum vexasse genus, negare piaculum est: miseri qui aliter dicunt, miserrimi qui sentiunt aliter.

Quid, si concedam, Anatomen ex sacris ad medicinam translatam? Dei namque cultum veram fuisse scientiam & primam eamque brevissimo, post creatum terrarum orbem, neglectam primorumque hominum inobedientiam, duplice, morbo & morte, suppicio exceptani, nemo non novit: si brutis insuper bellisque ab ipsis, artes humanum non pudeat superbum didicisse genus, quid miramur, si Anatome verum Dei donum, verum ac unicum Medicinæ fundatum, subsidium & munimentum ex sacris ortum ac incrementum duxisse, aut primos homines & postea sacerdotes, etiam à Deo arte præditos, medicâ colligamus?

De partium specifica structura, membrorum usu medicamentorumque in ipsis & circa ipsa differere operatione, propriè & magis mechanophysicum, quam anatomicum licet sapiat; observe tamen paucis (Aud. Ornatis.) quid de hisce rebus in suis fabulis docuerint, symbolis atque emblematis expresserint, nec non in adagia transtulerint, doctissimi primævæ antiquitatis scriptores eorumque genuini interpres & mystagogi.

Palladem, videte, ex Jovis cerebro absque matre prognatam; Dianam vix utero lapsam, partes matri implantem obstetricis fratremque Apollinem, more gratantis, suscipientem.

Chironem, notate, centaurum utroque licet parente natum immortali, vulnera insanabilis faucium Telephumique, ope Achillis, resectum.

Miramini mecum fabulae vim & Medeam, Æsoni juvenitatem reparantem suam. Plutonemque ab Hercule vulneratum, Pæone, Deorum medico, curatum: Huic addite Æsculapium, anguina pelle tectum, pestiferum Romæ fūgantem æra, atque ab Jove, cum Hippolyto, arte resuscitato, fulminis iectu extinctum horrido!

Quid hæc aliud? (Audit: Ornatis?) quid hæc aliud? quam reconditissimæ, divinæ artis medicæ, instructiones, explicationes, interpretationes & quorundam ærorum eventus indigitare verosimile videri poterit?

Non opus est Oedipo, Sibyllâ, aut Deorum apparitione, ut enodetur atque tantquam ex intelligibilium abyssô hauriatur, quid symbolice veteres medici & scriptores per palmam; per ciconiâm, portantem origani ramusculum; quid per pallumbem, laurum rostro tenentem; quid per gallinam, cervum aliaque animantia; quid per papaver aut zizaniam intelligi voluerint: exprimi, nempè, hisce hieroglyphicis, hominem, medicinam, experientiam, medicum sagacem, sanitatem, longævitatem, fertilitatem, venenum ejusque antidotum verum, omnibus fuit tum temporis & nunc quoque est notissimum.

De tota porro symbolorum, emblematum, lemmatum, parabolarum adagiorumque serie, hoc tantum hisce addendum reor; de singulis, humani corporis partibus earumque ministerio, apud omnium generum, omnium seculorum omniumque nationum scriptores symbola, similitudines & adagia superesse: ut de postremis pauca proferam; quis nervos tendere; ad unguem perducere; cor edere; aperto pectore loqui; auriculâ mollior infimâ & multa hisce simillima, obscurè dicta putat, aut ænigmata & oracula Sphinge, Tripode, aut Trophonio digna censet?

Quo

Quo tramite, difficili nunc, facili mox & sic vice & sorte versa, nostrum pervenit anatomica ad rævum, dictu demonstratuque tædiosum, anceps, longum effet nimis, quam ut hac dissertatione, ad normam justæ historiæ posset memorari: ad usum ergo ejusque, artes inter omnes, excellenti-am progredi, æquum erit.

Admiranda hæc scientia, Medicinæ dextera hæc, longè sese nobis, ante cæteras artes, tum ab antiquitate & cultoribus Regibus, imperatoribus, sacerdotibus virisque sapientibus, cum ab utilitate ac deliciis commendat recte. Hæc illa est, suo decora lumine, lampas, quâ abscondita animalium penetralia eorumque deteguntur machinæ artificiosissimæ! Hæc illa est constitutionis nostræ fatidica proba, quæ oculis irretortis ac perspicacibus, nostram meditatur conservationem; centum instructa manibus, ut quondam Briareus, centumque, ut quondam Argus, prædicta luminibus; diva adjutrix, quæ omnibus artibus scientiisque omnibus ferre suspetias non recusat.

Omnis medicinæ partes, artes per se dictæ, sive ea universaliter in cognitionem ac curationem; vel in theoriam & praxin; sive in physiologiam, pathologiam, hygieinam & therapeumaticam, vel in plures partes, & particulariter in Anatomiæ, Chemiam, Botanicam, Cheirurgiam, Pharmaciam & similes distribuatur, dividatur subdividaturve; solo omnes nituntur scipione anatomico, solo omnes sustentantur atque fulciuntur firmissimo dissectionum anatomicalrum fulcro.

Quis hominum adeo in re medica hospes & ab veritate alienus, ut & hoc non concedat? quis omnium generum omniumque partium morborum cognitionem, causas, curationem & eventum alio de fonte, quam Anatomico haurire?

aliâ methodo indagare conabitur? ex partium etenim struc-
tura, situ atque usu medicamentorum operationes prædicit
Anatome, distinguens ab Empirica, medicinam rationalem
arcensque hisce ab sacrâ profanum medicastrorum vulgus.

Nec desidiosa, dum bella geruntur, cæteræ ut artes, domi manibus sedet languetque vacuis; sœvienti Bellonæ, au-
det occurrere non armigera mea heroïna, intrepidum ad-
dens, terrâ marique acriter certantibus, animum, vulnera
despicientibus sanguinolenta, sacrâ, utpote, fidâ atque pe-
ritâ ejus securi, cheirurgorum manuductione.

Divinum hæc rabida gerit inter morborum agmina cadu-
ceum, lethiferos eorum nimios domans furores. Desor-
mes restaurando artus; nativam conservando pulchritudi-
nem; demortuos penè vivificando spiritus, vitam mortalibus
suppeditat alteram, durabilem, robustam, amabilem: Deo ita-
que, cultoribus adeptis & sibi jure plaudit summo Anatomicam!

Quid in sacrâ præstare valeat Christianis anatomicorum
labor, dicant fidelissimi legum ac literarum divinarum inter-
pretes Theologi, quorum præsens modestia debitas ipsis fer-
re vetat laudes: recitent, cantent illi tam veteris, quam
renovatae sacros Ecclesiæ Hymnos, in quibus hominem, ad-
mirandam atque altæ capacem mentis creaturam ejusque
formam eximiam, ipse creator Deus, suo celebrare, suo
magnificare cum spiritu, non dedignatur! annuntient illi
æternæ salutis præcones piissimi, gentibus omnipotentis o-
pera hæc maxima domini! explicit illi, quid & quantum
sit, ad Dei imaginem esse factum!

Sacræ Themidi, æque ac ipsamet Jurisprudentia, inservit
Anatome: dum in depositione ac renuntiatione vulnerum ac
percussionum, sola Anatomicorum sententia, definitivè
eos damnat, insontes periculis exsolvit: hosce penes est,

in lite matrimoniali , de sterilitate , ingravidatione , abortu , ut & de ægritudine atque dementia vera & ficta , judicium ; hisce de beneficis deque iis , quibus vita vi erepta , aut sibi manum intulisse , suspicio est , decernere licet solis . Ad forum anatomico-medicum confugiunt pariter prudens & dubius quisque judex , cum accusatorum de criminibus consanguineis , amicis , patronis : ipsorum est , de sustinendo equuleo , ubi de vita agitur incarceratorum ægrotantium , dijudicare ; & sic in pluribus .

Anatomicam ad Philosophiæ studium maximè necessariam testabuntur , indefessi ejus antistites , rerum naturalium acerrimi indagatores :

Famulaturas ergo huic arti manus , cingite ejus omni honorifica fronde , flore ac folio , tempora ! Physici , Mathematici , Architecti , Statuarii , Pictores , plastæ & quicumque porro spectabili sub Mechanicorum atque Artificialium militatis vexillo , dux etenim Anatomica mensuras vos & pondera , numeros rationes proportionum , quid & quo modo cuncta agant & agantur , sola docuit .

Victas date huic arti manus ! æviterna cantate ei elegia macrocosmographi & astrologi ; ex corporum etenim dissectionibus , ex sedula partium investigatione earumque cum macrocosmo convenientia ; ab inexhausta & perpetuo manante cordis scaturigine ; ab leni vagolorum ductuum aquorum cursu , distributione & stillicidio , maria , flumina , lacus , stagna , voragine , vortices eorumque motum & mutationes describere didicistis optimè . Ab minus mobili , solidiori ac terrestri ossium viscerumque constitutione & structura (sileo quæ præter naturam occurrunt) delineare potuistis , quidquid terrarum orbis altitudinibus , aut profunditatibus yisible , aut absconditum possidet suis .

Quid de Planetis aliorumque syderum similitudine ac commercio, cum vitæ periodis nostræ? quid de meteoris, exhalationibus vaporibusque eorumque comparatione cum humoribus, lympha spiritibusque erroneis nostri corporis commemorem! sentio, sentitis & vos (A. O.) me luculentâ hac comparationum & foecundâ memorandarum rerum materia, ab titulo diverti meo: contrahenda ergo mea sunt vela, ne dissertationis prætergressus terminum, vestræ injurius videar humanitati. uno verbo, omnes & universæ sciendi atque operandi artes & methodi, solam Anatomen, matrem, fontem & originem agnoscunt & confitentur suam & veram

Quemadmodum almæ sorores Musæ vi ab omni degunt liberè, ita & vobis (Ornatiss. Med. Stud.) licebit, diffici absque studiorum formula; præscripto absque temporis termino; infinitis absque omnigenarum scientiarum ambagibus & multivagæ lecturæ obscura perceptione, sacra divæ intrare anatomicæ; quæ vos, nec quæsitæ dictionis lenocinio, nec exculto verborum mangonio, aut festiva promulside inescare: Sed ad sua festa, usu ac eorum deliciis invitare conabitur: ex ingenuis etenim & liberalium omnium studiorum oblectamentis, hisce utiliora, hisce jucundiora, sunt nulla: honestissimæ hæ sunt voluptates, quæ nullum non hominum genus ad cognitionem sui, mirum allicant in modum! Polliceor itaque mihi, prout omnium disciplinarum artiumque estis capacissimi, vos minimè aspernatur os artem scientiam hanc, penes quam præcipua & vera omnium studiorum, laborum ac lucubrationum merces est & beneficium: publico inservire maximè; ab bonis atque eruditis laudari; sibi, dum alii præmiis tantum nutruntur artifices, esse præmio atque honore frui non mutuato. O! quid arte amœni-

us istâ? colligenti etiam, quam fruenti præclarâ. O! quid
istis dulcius est deliciis? quibus vernante ætatis flore; qui-
bus virilibus annis; quibus & canescente senectutis comâ,
frui est decorum. Nobiliori quid animo nobilior & divinius!
operis est, per excellentiam, divini artificis, interprete ac
indagatore vero! vobis anatomicæ cultoribus licet (sit verbo
venia, Auditores) corda perscrutari; vobis patent rerum
arcana & solidæ arcis intellectus fores, vobis expeditus est,
ad intricatos intestinorum gyros, aditus & levis & plana ad
ossum medullam semita. Vobis licitum est, sed vobis so-
lis, sed casta, sed pura mente, de exortu hominis dijudica-
re. Vestrum est, nunquam visa demonstrare; nunquam au-
dita, revelare; vetustis novitatem; novis auctoritatem; ob-
soletis nitorem, obscuris dare lucem: vestrum est rebus
gravioribus Deo ac humano generi utilibus, gratis, maxi-
mis; non verò nugis impallescere! ipse ego, cæcutiens homo
(liceat hoc de me ipso, liceat citra superbiam & humili dixisse
animo) supra mortalem mihi videor ascendere sortem; quo-
tiescunque veram cujusdam organi corporis humani texturam
detegere ejusque demonstrare usum, potens factus sum. Ve-
stra tandem (ô! Anatomici) æqua est in manu, omnium
notionum ac cognitionum omnium statera.

De utilitate, præstantia, amoenitate artisque hujus in-
genioso, industrio atque venerando labore, plura hisce con-
nectere infructuosum ac superfluum foret, huic cum disserta-
tionis parti niæ contradictorum neminem ne gry quidem ar-
bitrer: nullus etenim mortalium crassissimo etiam sub aëre na-
torum, qui aperta ubi viderit insectorum, reptilium, aqua-
tilium, volatilium, brutorum atque humana corpora, mi-
randarum attonitus machinarum apparatu splendido, non
respuat, contemnat, rideat & rejiciat omnia humano extru-

Et a ingenio artificia & inutiles & verè fuitiles labores. Dum enim Phidiæ jactant Jovem Elienses Olympium ; Minervam Athenienses ; Memnonii narrant Æthiopes prodigia simulacri incredibilia ; dum Cilicis filius amorem operis concipit sui eburneumque miratur virginem animatam ; magistra artium , nutu unico , manum ubi cultello doctam applicat , omnium in se venerabundos convertit artificum oculos ; quorum nemo non exclamat , ut quondam miratrix fama , ore Vopiscanæ testis magnificentiæ ;

Quid primum , mediumve canam ? quo fine quiescam !

Quid mirer primum ! hic oculis , hic mente stupesco !

&c;

*O ! quanta , quamque ampla est tuorum operum Deus
Causa omnium sapiens & opifex maxima !*

Sufflaminor , vires inclytæ mihi gloriæ meritisque sufficientes tuis , denegatas experior ô ! artium scientiarumque Regina Anatomica : Tuas auriloquis celebrandas rectius tradiderim rhetoribus virtutes , dum me Deo fautorc , ad doctrinæ institutionem tuæ accingam.

At tu mei intellectus illuminator sacer & unice ! mentem illumina ! illumina mentem meam ! miracula etenim & incomprehensibilia ferè sunt , oculis , quæ subjicies meis , cœducis , terrenis , mortalibus ! o ! altitudo sapientiarum & divinæ stimulus cognitionis , incita me , ut te demonstrando , tuis in operibus , totus in te , qui omnia operaris in omnibus sacrosanctoque triadis mysterio absorbeor !

Si non quas debeam , quas possum , ago vobis A : O : gratias , quod me jucundissimo conspectu vestro ornandum suscepitis ; faxit Deus ! ut , non infaustis cœptum hoc meum auspicis munus , non indecorum sit Nominis suo ineffabili , charissimæ Patriæ , inclyto huic Athenæo Urbique celeberrimæ , vestro studiorum ardori & mihi , qui hæc , sed reverenter ,

VIRO CLARISSIMO
GODEFRIDO BIDLOO,

Med. Doct. cum in Academiam Lugduno-Batavam ad
Anatomices Professionem vocatus esset.

Es t aliiquid superi flammantia moenia mundi,
Sidereasque alta scandere mente domos.
Pleidas, Hyadas, claramque Lycaonis arcton,
Astrorum, ac varias enumerare vias.
Et natale solum pluviarum, & fulminis ortus,
Scire, & quas gremio terra recondit opes.
Plus tamen est parvi secreta recludere mundi,
Munere cœlesti quem gerit intus homo.
Ignea vis animi totos diffusa per artus
Præsidet, & summi Numinis instar habet.
Hinc juvat arcanos cordis penetrare recessus,
Et quæ purpurei sanguinis orbis agat.
Multæ super stomacho juvat, & super hepate multæ
Discere, tum cerebri quæ foveat ipse sinus.
Quid vena, ac nervi, geminique in pectore folles,
Et quæ sub crasso plurima ventre latent.
Membraque præterea, quibus inclyta fabrica constat
Corporis, hec mira condidit arte Deus.
Nam sublime caput, summa regione locatum,
Hoc vultu cœlum quod tueatur habet.
Hinc aures geminae, geminique hinc luminis orbes,
Mira volubilibus lingua diserta sonis.
Brachiaque in teretes digitos abeuntia, quorum
Munere multiplici se probat arte gravem.

Cruribus, ac plantis hæc fabrica nixa columnis
 Et stat, & hinc alium se movet usque locum.
 Talia victuris BIDLOU^S dogmata chartis
 Edocuit, famæ tradidit illud opus.
 Ille Machaonia dudum celeberrimus arte,
 Quem mors, morborum quem stupet ægra cohors.
 Mirantur multos sibi quos Libitina dicarat
 Ereptos avidis faucibus esse viros.
 Haga Ducum pridem, sed nunc quoque Regia sedes,
 Hunc Phœbi comitum nunc tibi, Leida, dedit.
 Pande, precor, patulas felix Academia valvas,
 Hoc etiam titulis hoc decus adde tuis.
 Letior hinc tristes poteris sarcire ruinas,
 Quas NUCKI fato es vulnere passa gravi.
 Fallor? an exultat Hygieia? an ridet Apollo?
 Ominor hinc cæptis omina fauna tuis.

JOH. LOMEJER,
 Ecclesiæ Zutphaniensis
 Pastor, Histor. & Phil.
 pract. in Illustri Schola
 Prof.

CLARISSIMO ACERRIMO QUE
V I R O

GODEFRIDO BIDLOO,
PROPE MPTICO N

Cum in Almâ Academiâ Lugduno- Batavâ,
post habitam de.

ANATOMICES ANTIQUITATE
ORATIONEM,

Medicina Anatomicæ Professor Inauguraretur.

A Mstela quem genuit, quem nutritore Sorores
Aoniæ, & plenâ pavit Apollo manu;
Quem, post emensos studiorum mille labores,
Ingenio & Linguâ candida Suada beat;
Haganum doctâ mulcebat voce Lyceum,

Corporis humani sacra stupenda docens.
Sed cum res hominum nullâ in statione morari,

Et fluere incertâ mobilitate solent,
Illum, dum fructu secessus gaudet amoeni,

Et dulci gremio nobilis Haga foyet,
Mirabunda notans fœundi pectoris ignem,

Palladis auspiciis inclyta Leida rapit.
Parendum est; sic fata jubent. I præpte pennâ;

Incipe sublimi tendere ad astra viâ.

Stare loco nescit volucris vis lucida mentis,

Sed motu servens ulteriora petit.

Sic tu , cum Batavūm linquis nitidissima Tempe,
 Parnassi properas per juga ferre gradum :
 Ut Leo frondosæ vallis de fronte recedens ,
 Ardua Gætuli culmina montis addit.
 Perge bonis avibus Spartam exornare colendam ;
 Non deerit genio visque vigorque tuo.
 Nos te prosequimur votivi carminis aurâ ,
 Te Mecenatum ducit amica cohors.
 Ite bonæ Dryades , vicinæ Numina Sylvæ ,
 Contexant vestræ florea ferta manus.
 Ite leves Fauni , festas celebrate choreas ,
 Itc , profecturo fundite vota viro.
 Et tu , Rhene Pater , lento qui volveris amne ,
 Ne miti tardes obvius ire gradu.
 Hoc duce adest madidis redivivus Pegasus alis ,
 Moliturque novi jam tibi fontis opem ;
 Ut turgens iterum pleno tuus alveus ore ,
 Ubertim vivas in mare fundat aquas.
 Erige te læto splendens Academia vultu ;
 Intrantem placido suscipe Diva sinu :
 Cumque , tuas implens Mellitâ voce cathedras ,
 Prompserit æthereas cordis & oris opes ,
 Sectricemque tuis Nympham sacraverit aris ,
 Priscam ejus Patriam progeniemque docens ,
 Aspice surgentem Procerum Pubisque coronam ,
 Aspice , ut arrecta gaudia fronte notent ;
 Dum secum reputant , quo lumine mentis acutæ
 Incoptum pandens irradiarit opus :
 Hinc sibi gratantur , tanti Moliminis Artem ,
 Promitti facilem lucidiore via.
 Artem quæ sacra ducens ab origine formam

Mortales multa cognitione beat,
 Et se nosse docet; prima unde scientia Veri,
 Atque imbuta Deo mens generosa micat.
 Hæc Sophiaæ fax est, Medicinæ nobile fulcrum,
 Quæis nitidè affulgens, ut Cynosura, præit.
 Excipite, ô Juvenes, fausto modulamine Mystam,
 Qui vestrum ingenuo jam sate pectus alet,
 Et propriis Veterum monumenta laboribus ornans,
 Artis delicias ore manuque dabit.
 Plaudite Leidenses, Lauro ne parcite Musæ;
 Condecoret meritum digna corona caput!
 Invidiæ atque odii virus domat optima Laurus;
 Contra vim bruti fulminis ipsa viret.

D: LIEBERGEN.

JOANNIS FLUD A GILDE,
HAGIENSIS, J. C.

A D

GODEFRIDUM BIDLOO:

*Cum in Athenaeo Batavo
ANATOMICA PROFESSURUS IN AUGURARETUR,*

GRATULATIO.

*I*lle minor mundus, rerumque auctoris imago
Cæthera jam, solisque vias, cælique meatus
Norat, & ingentes nimium properarat ad orsus,
Cum, quo sese intra conspirent cuncta tenore,
Ipse sibi non notus homo nil cerneret. Audax
Nempe Syracosii senis altum machina Olympum,
Et rutilas dedit arte faces, quando intima nondum
Viscera, & humani mirandus corporis ordo
Securis perspectus erat. Spirantibus extis
O quam vana fides! Quanam præcordia lege
Inque usus nunc hos, nunc & flectantur in illos,
Quis quondam agnovit risu fædandus aruspex
Factus aruspicibus forte obvius? Iverit olim
Pæonio Chiron Græjis spectandus amictu
Phillyrides, Amythaoniusque in se ora Melampus
Verterit admirantum, ipsisque Asclepius astris
Additus: Obsessi cæcæ caligine mentis,
Quis motus membra intus agat, quo sanguine corpus
Humanum saturet, præstet quo tramite robur, .
Non videre. Labor fuit ille nepotibus olim

Nem.

Nempe relictus, & extremi hæc industria secli
 Noscere, & occultum naturæ accedere limen.
 Ergo pulsa animis postquam jam ignava recessit
 Barbaries, lucemque novam fugere tenebræ:
 Primi Fallopius, paribusque Vesalius armis
 Tegmina diripiunt membris, & viscera pandunt.
 Semita tum patuit tenuis, qua copta moveri
 Majores ineunt hominum primordia sedes.
 Vivimus hoc prognati ovo, par omnibus hæc est
 Conditio. Taline natat modo carcere clausus,
 Qui late imperitet populis, aut maximus olim
 Ingenio obstringat meritis ingentibus Orbem!
 Hæc aurora diem præcessit; & inde secuti
 Fabricius, magnum Romæ olim & nobile nomen,
 Sanguineique sciens cursus Harvæus, & illis
 Judicio, majorque nova Veslingius arte:
 Germanusque Stenon, & par majoribus acer
 Malpigijs, Latia decus altum, & gloria terræ.
 His imas labor assiduus reserare latebras,
 Sanguinis & varios latices cognoscere, & omne
 Alituum, pecudumque genus tentare, nec olim
 Inventis explere animos. Mirabile summi
 Sic opus artificis tandem vix nota reclusit
 Claustra patens oculis: & qua cor regnet in arce
 Et quo quæque modo sibi pars alimenta ministret,
 Et quibus inde carens succu moritura residat.
 Hæc Coo ignorata seni, atque invisa Galeno;
 Nempe novo ingentem perfudit lumine mundum
 Fax lata, heroasque tulit super æthera; donec
 Extulit os sacrum, Phæbo dignissima proles;
 Ille renascenti qui DRELINCURTIUS ævo

Adstat, Apollinea redimitus tempora fronde.
 Quod si intentatum quidquam, cunctisque negatum
 Abscondat natura parcus, hic monstrat. At annis
 Jam senior Batavum, Europaque adest omnis in usus
 Poscit opem. Tu par oneri, tu denique tanto
 BIDLOE, Alcides adest alter, maxima Phæbi
 Cura, potens herbis, cæsisque latentia fibris
 Corpora ferre sagax non visi in luminis oras.
 Altera sic summis addit te fama virorum
 Ordinibus, sacra tandem sic Palladis ornas
 Templa, perorantem tales decuere cathedræ.
 Amstela, nempe parum est, & quod dedit Haga, nitoris;
 Hoc decus, hoc veræ quodcumque est laudis, Apollo
 Confers, inque suum fundit non parcus alumnum.
 Illi equidem ante alios dudum dilectus & haustus
 Interioris aquæ gustasti, & pocula frontis,
 Et queis VONDELIUS quondam se proluit undis:
 Ille potestates herbarum, artemque sacratam
 Monstravit. Sortis domitrix ea munera virtus
 Largitur, pensatque tuos non falsa labores.
 Scilicet hac Divis felix presentibus etas
 Et pretiu[m] laudi statim sua præmia ponens
 Artibus, atque negat solum nil scire beatum.
 At tu, facundo exsus pendebit ab ore
 Lugdunum, antiquis merito par nomen Athenis,
 In cælum tantorum haud unquam indignus honorum
 Fer Batavos, urbemque sacram: Phæboque monente,
 Vive Machaonia solamen dulce cohorti
 Eloquio præstans. Sic fama in secula superstes
 Stabit, & aeternis sec consecrabere fastis.

GODEFRIDI BIDLOO O R A T I O ,

In funere

VIRI CLARISSIMI

PAULI HERMANNI;

Med: Doct: & Botanices , ut & Collegii Practici,
in Acad: Lugd: Bat: Ordin: Professoris ;

Dicta,

Pridie Kalendar: Martii c 19 19 excv;
in Auditorio Magno.

СЕКЦИЯ КЛАССОВА
СОГЛАСОВА

І МІСЦІЯ СІДІННЯ ВІДВІДНИХ

ІДІКАЦІЯ ВІДВІДНИХ

ІДІКАЦІЯ ВІДВІДНИХ
ІДІКАЦІЯ ВІДВІДНИХ

ІДІКАЦІЯ ВІДВІДНИХ
ІДІКАЦІЯ ВІДВІДНИХ

MOESTISSIMÆ MERITO

FAMILIÆ

HERMANNIANÆ

ORATIONEM HANC SACRAM FACIT,

G: BIDLOO.

Magnifice Rector;

*Illustriſſ: & nobiliſſ: Acad: Curatores hujusque civitatis
almae Magistratus ampliſſ;*

*Paterni nominis virtutumque, Deo favente, heredes teneri;
Ornatissimi & Spectabiles Viri, quos vel idem
ſanguis, vel affinitas Paulo Hermanno coniunxit;*

Clariffimi Professores;

Reverendi divina legis Praecones, Interpretes;

*Doctores, Candidati, Studioſi ſingularum Facultatum,
optimi;*

Caterique auditores omnium ordinum Humaniffimi.

Luctuosus hic apparatus, tristia, lugubria, funesta hæc insignia, atrati parietes, nocti concolores cathedræ, horridè conspicua subsellia vestiumque adspexit mearum moestissimus mutum me & elinguem si reddant, quis mirabitur? unica etenim doloris prærogativa, silentium est. Scilicet non una & quidem Regia clades, maxima licet toti Christiano orbi, superbientem ac ævo nimis invidam nostro, libitinæ placavit tyrannidem! publicæ privata adjungi & laurus lauro connecti debuit. Moerore circumfusus acerbo, voce vix viva, sermone vix composito Hermanni valeo deflere fatum, ach! si silere liceret; sed quis tanti in obitum viri salva tacet pietate; dum igitur mediocritas mea Hermanno, non tantum ex Senatus Academici decreto, sed & amicissimo animi impetu, persolvere studet officium, officium eheu! supremum, rogo vos (*Auditores*) ut me, non non me, sed Hermannum, quem vivum quasi ac dicentem audituri estis, non dedignemini, auribus excipere benevolis.

Non hic ingenio laborandum, cum materia nimis abundans, ubi meritorum sumendum principium probè notet, ubi exitus evolvendus ipsa ignoret. Nulla hic opus est virtutum exaggeratione encomiastica; ex simplici namque & nuda earum commemoratione, satis ero prolixus. Peroravero, si vel solum defuncti nomen enunciaverim; imitabor autem potius pictores geographicos, qui parva in tabula totum depingunt orbem, non ut æquent; sed ejus tantum exhibeant imaginem.

Celebramus debitoque prosequimur honore (*Auditores*) sacros viri quondam pii, eruditii, consummatissimi in quavis medicinæ parte, artium cultoris honestarum genuini, Pauli Hermanni manes, quem nuper

Abstulit atra dies & funere mersit acerbo!

cum autem ab primis, nostra usque in secula mos viguerit, ut accurata ratione virtutes & acta pie defunctorum recitentur, atque publicè intersit, ut quales existere in vita homines non privati, narretur, Hermanni nostri characterem & ex multis quedam virtutum ejus specimina delineare conabor, ut apud vos & posteros ejus nomen, vita, munus, mores, studia, mors, exempla & incitamenta sacra & veneranda superstent æternum.

Natus est anno millesimo sexcentesimo quadragesimo sexto, mensis Junii trigesimo, Hallis Saxonie, parente pio, literato, prudenti, cancellario ab secretis, Joanne Hermanno & matre Maria Magdalena, ecclesie civitatis anti-stitis filia meritissima; Paulus noster, qui fratrem unicum, juvenis ejusque memoriam, bello deletam, amisit, sororem verò unicam viro, Saxonie duci ministro, nuptam superstitem reliquit.

Absolutis humanioribus liberalioribusque tam literis, quam artibus, studiis incubuit Theologicis & transitorie medicis Wittenbergæ, Lipsiæ, Jenæ, annum ætatis impleverat decimum & octavum, antequam sese medicinæ tradere ausus fuit publicè: patris enim ante obitum, qui Theologum volebat filium, clanculum tantum, imo & furtem huic arti operam dederat: ab incunabulis autem, qualis postea fuit, eum augurabantur futurum, rei herbariæ primates: aquis namque immersus, plantas inspiciendi avidus, decem annorum puer obiisset, nisi Deus ipsum mirificè periculo & torrenti surripuissef

Ad doctoralem Philosophiae ac Medicinæ gradum anno 1670. Patavii evectus, nostrum visitavit Athenæum, doctissimarum institutionum Clarissimi C. Drelincurtii sedulus auditor.

Post varias terrâ marique peregrinationes, post absolutum in Italiam iter, ubi in heroum artiumque scientiarumque urbe genetricie, orbis compendio, Roma didicit docuitque primò, quid procera præstat vili viburno cupressus: miricis laurus; roseta saliuncis, &

Lenta salix quantum pallenti cedit olive:
quo ab momento Triumphettum, Vialium, Tillium, viros eruditos, Botanicos summos, meritò sibi & arctè conjunctos habuit.

Post immensos labores, studia, lucubrationes infandas, Hollandiam iterum & tandem Indias petivit orientales, anno 1672. mensis Junii sexto, titulo ab societatis Indiarum spectatissimis gubernatoribus, insulæ Zeylanicæ medici, decoratus. Hisce allapsus oris, omnibus inserviens studiisque nimium indulgens, morbo corripitur graviore non semel, quibus superatis, uxorem duxit in Zeylania, Isabellam, Medioburgi, patre Petro Borman natam. Hæc diffici ex partu octimestri, nono post conjugium mense, fato cessit. Matrimonium contraxit secundum, ejusdem in insulæ metropoli, Columbo, cum Anna Gertruda, Joannis Frederici Stomphii, Palatini primò, tum verò temporis, Jaffeneptaniæ, fidelissimi gregis Christiani pastoris & Annæ Margaretae Hachtmanni filia, ex qua pignora videmus, quæ sospitet & conservet orphanorum tutor divinus! utriusque sexus duo.

Quæ nihil eorum, aures, quæ pepulere suas, tacet fama, cum veri nuncia, alteris ex mundi plagiis, orbi annunciatet literato, virum probum, eruditum antiqua & in affectata integritate veterumque Germanorum moribus ornatum, in promontorio Bonæ Spei primò, postea barbaros inter Malabaricos aliosque ineffabili alacritate rem, octo per annos, excoluisse herbariam, diffusissima pollere doctrinâ, practicam

cam exercere medicam , Chimicis operationibus rerum medicarum interiora perscrutari felicissimè ; non neglexerunt illustrissimi Acad: Curatores & hujus urbis Consules , vigilis salutis nostræ excubitores , Paulum nostrum , anno hujus seculi septuagesimo nono , ad Botanices professionem vocare.

Venit ille vidiisque virum Academia , nullâ simulationum & dissimulationum larvâ indutum , virum erectum , candidum ; vidi & (nam rarum est) admirata statim est , omnem jactantiam & servile vitium , adulationem , ab probo homine vultu & factu castigari censuitque Hermannum quavis laude præstantiorem , quovis livore superiore , quovis munere digniorem Academico.

Vix pede terram presserat Batavorum , paradise , tuam , te quin aquagigiis , Hypocaustis , fociis eorumque subterraneis ornaret & instrueret ingeniosissimè , ut nempè quæcunque alit terra mater , in te contemplari daretur ubertim ; arte efficiens sua , ut nix æstate rigeret , hiems vernaret floribus. Ipso præēunte , ipso duce , servet mox in Botanicam plurimorum virorum splendidissimorum amor & desiderium : mox Mecœnates , fautores , amicos habet illustrissimum Portlandiæ Comitem ; legationibus conspicuum multis veterique defuncto conjunctum benevolentia , Jeronimum Beverningium ; pluribus spectabilem muneribus pluribusque insignem scientiis Consulem Nicolaum Witzen ; fide , in patriam , inconcussa , amplissimum Ordinum Hollandiæ quondam Syndicum Casparum Fagel ; Regiarum , Optimi Principis Guilielmi , præfectum acerrimum , horticulturâ studiisque imbutum politioribus , Daniëlem des Marets innumerisque alios , proceres , eruditos , artium antiſtites , qui ejus ad normani florum & horticulturæ studium , multa

non

non sine voluptate, excoluere & excolere non desistunt.

Evolvit ordine, de re pariter botanica ac medica, stupe-
dam suam cognitionem, doctrinam distinctam, experientiam
incredibilem. Accurrunt, advolant, omni ab orbis parte,
studiosi, imitatores, admiratores. Reviviscunt, cum hotto
publico & florent cum principum, ubique privatorum in-
numeris. Testor vos, non vivos tantum botanophilos; sed
& vos, sacros Theophrastorum, Cæsalpinorum, Clusiorum,
Bauhinorum, Ruelliorum, Dodonæorum, Ferratiorum
manes! ruptis, videte, audite, monumentis sepulcrali-
bus, quem novit & laudat uterque polus & omnis frugifera
tellus adorat. Audite medici, practici, chimici, & qui por-
rò ab medicinæ adytis non estis exclusi, sequimini mecum
Hermannum regna perreptantem, perlustrantem, investi-
gantem universorum medicamentorum. Quæcunque ete-
niam omnium rerum conditor, suo sub sole, medicinæ, de-
positum in usum, ipsius fuere examini subjecta. Pandit irra-
dians suas natura opes, nullis reconditas claustris, impedi-
mentis, repagulis. Hermanno vastissima pretiosorum regna
mineralium gazophylaciorum abditissima sua aperuere lati-
bula. Rutilant, splendent, fulgurant in sinu tenebrarum
sperantque ipsius ab manu, nullâ foedata avaritiâ tractari
aurum, argentum, omnia metalla eorumque initia & ge-
nera. Non flamas abscondit suas pyropus; caeruleus squal-
lore tegi non amat sapphirus; nobiliori gemmarum oculo
adamanti claudendi, nec versicolori jaspidi fugiendi spes est.
Conjungunt suum, chrysolithus & igniti candoris carabun-
culus cum berilli & smaragdi splendore, jubat, imis ut in
terræ visceribus sulphura, sales, christalla eorumque rudi-
menta, compagini, structuram, accretionem, forma-
rum particularumque mutationem videat mysta medicus. E-

ructat gratanter suas , ut ab eo purifcentur , auristias Tagus & Pactolus undas. Margaritarum Indus onustus spolio , pretium non leve laborum , latus ipsi offerre non moratur. Ipse rigidus & borealis mundi cardo , tremenda cujus sub nocte , æterna cujus sub hieme & salum procellosis inhorrerent tempestatibus , sua adfert ipsi dona examinanda.

Sed ô ! quam longè , quam latè exspatiatur ejus inter mirandum animus , dum nos , amœnissimo in vegetabilium regno , docet per genera & species , per synonimiam & faciem ; arbores , frutices , plantas , herbas & quæcunque herbarum generi adjungi possunt eorumque semina & virtutes dignoscere. Dum odore plusquam fabæ amabili spiritum reficit discentium. Dum pudicam nobis Anthusam suam , suavissimos inter innocuarum avicularum cantus , murmura inter susurrantia , sibilantia aquæductuum fontiumque Zephyro circumvolitante cæteraque silente ventorum turbâ , messem suam , telluris ubertatem laudantem , laboris ac spei non illusæ frugalitatem colligentem , ostendit & monet gelidam , quæ planta Septentrionis odit animam , quæque , spredo frigore brumali , virescit , calido amore aëre melius , quasve sicca , quasve humore saturata lit terra plantas hic & alibi locorum.

Cedat ! cedat variegato hujus Deæ nitori tricolor pluviorum nuncia. O ! dignam , quam tu exercuisti , Hermanne , horticulturam sapientibus , principibus (taceo sapientem) , sed postea abjectum nimisque decantatum Regem ; taceo trabeatam furiam , ex imperatore olitorem) dignam non tantum Adonide , Attalo ; sed Epicuro , Scipione Africano , Catone magno. O ! beatam in vegetabilium regno vitam ; homine libero dignam agriculturam ! felices non tantum pensiles , Babelonicos , sed & ab ipsa natura instructos horitos ,

tos, sylvas & frondescentium genus: non enim perfectam sui imaginem, sublimes inter palatiorum columnas collocavit Deus; non eburneo insidentem & aureo folio, humani generis matrem salutavit posteritas; sed paradisi perambulantes areas hortenses afflavit spiritus creatoris mutuo, innocentis & divino flagrantes amore, sponsum novum sponsamque novam.

Non tantum mineralium & vegetabilium perlustravit imperia; sed & indefinitarum formarum, virtutum & structurarum animalium, ab homine blattas usque & ad tineas perceptavit regni longitudines latitudinesque. Nullum volatilium genus aufugere ejus examen aptum satis & agile repertrum est unquam; turbine licet velocius impetuoso.

Nulla reptilium sordida progenies, serpendo tam abditum, tam obscurum inventum locum, ut Hermanni se se manui subduceret. Nullum monstrum, aut quadrupes ferox sive, sive velox; nullum amphibium animal se se ipsis abscondere visum est: ipsum quin pelagus ejusque in immensum porrecta brachia, operari videbantur, ut marina, fluvialia, lacuum paludumque animantia ipsis starent perscrutanda.

Heus! heus! cives & hospes, non enim verba vendito, intrato mecum instructissimum Hermanni theatrum, ferax ut animalium & monstorum, ita fertile omnigenarum est artium & scientiarum. Ne exhorrescas, non enim nocent hic, exceptâ invidiâ, terribilis structuræ animantia; conditura quippe veneno, non linguæ numellam imposuit. Ex omnibus, quæ sol oriens, quæque & occidens novit, sedulam post & indefessam partium disquisitionem, docuit eligere ea, quæ Medicinæ inserviunt Curiatoriae, deditque primus, Materiæ Medicinæ fundamenta & exercitationes me-

thodo percipere non inextricabili. Imcomparabilem quem & inimitabilem laborem, honorarii muneric augmento dignum censuere, amplissimi Academiac Patres; stimulo nempe equum admonentes generosum, magistro jam nunc sponte & alacriter obsequentem.

Felici sua indagine menstruoque subtili, nunc lapides liquescunt, nunc liquores lapidescunt. Nihil ipsi inexploratum. Ille solida ab fluidis sejungere & manu & igne noverrat recte, explicuitque in indefinitis animalibus rationes mechanicas, quas propter hujus cor, illius hepar, alterius cerebrum huic, vel illi mederetur morbo.

Quid gentibus, quid praestiterit pauperibus, declament nosocomia atque in viis vicisque vilioribus refectoruni sexcenti. Quod praescribebat, exhibebat, fidi sua compositum manu, pharmacum; sed sine imputatione, sine computatione, sine rumore, neque ut, eo nomine, vulgo placeret, praxin augeret & hoc modo altera manu dispendium resarcire, exæquare, aut compensare in animo haberet.

Academiac Rector merito creatus cum foret, aliis sese potius postposuit collegis, vir sincerus & ab omni fastu liber visusque est regi verius, quam aliis imperitare Senatui Academico ab secretis, ut agebantur probè, non ex mente sua, sed ordinis arbitrio, membranis acta mandabat. Improbas obstrigillandi, molestas cavillandi, futile altercandi artes ne nomine quidem tenus, æquissimo litium judici innotuerant. Sive etenim, restauratis tribus Regnis, Regem invictissimum *Gulielmum*, invictissimum, excepto Reginæ mortis casu, O! recrudescensem optimæ Reginæ funeris acerbitatem! sive igitur serenissimum Regem, Universitatis nostræ supremum Curatorem, Rector & Orator salutat; Maetsii sive celeberrimi funebrem celebrat diem,

sem-

semper unus; semper idem; probus, doctus, non aliud ore promens, aliud corde condens.

Non solum domi, commodissimos intra Academiæ parietes & suos, munus & officium excoluit; sed ferias arti impendens, exteris rerumque medicarum sacra palæstrasque visitavit: Non ardens & igneus æther, nec aquosus Orion; non montium præcipitia, non marium, gurgitumve rabidi cursus, nec avia sciendi ejus cupiditati terminos unquam posuere.

Vidit & obstupuit, viso auditoque Hermanno, omnis Gallia; non urbanitatem, non benevolentiam solum erga ipsum testata; non mellitis tantum ac adulatoriis blandisque verbis, ut leviusculæ genti mos est, ipsum exceptit, sed re ipsa & debito honore condecoravit: Dum enim Rex ipse aquæductus fontesque in horto Versaliensi, aperte salientes, reperisset sciscitareturque, cui hæc, non nisi principibus ac legatis offerenda, præberentur spectamenta? responsum tulit, fieri hæc juxta mandata regia, in honorem principis, principis nempè Botanicorum salutavitque comiter Ludovicus peregrinum, qui ab omni ambitione alienus, nunquam honoribus inhians strepitumque ridens famosum, potius vitavit, quam adiret regem maluitque cum Fauconio, Redi, Turnefortio, Manolio artis suæ gnaris, confabulari, ipso quam colloqui cum Rege fastuosissimo.

Peragravit Britanniam; fertilem quam & felicissimam terram, Botanices cum invenisset cultores solertissimos, nobilissim: reverendissim: Henr: Contonium, Londinensem Episcopum, Pluckenetum, Botanicum Regium, Robertum, horti Oxoniensis præfectum, Doctissimum Ramum, Dodyum, multo cum dolore liquit, exceptus etenim munificè, ad ultimum vitæ spiritum, dulciorum An-

glicanorum arvorum virorumque horum memoriam habuit sacram. Vos testes voco, trium Regnorum, fluctibus Oceani undique cinctorum incolæ, nobilissimi studiosi, quo vos amore, eo etiam sit persequutus nomine, vir nullius unquam beneficij immemor.

Universam vidit & superiorem & inferiorem Germaniam & quidquid celeberrimi Ruyini, Bosii, Ammanni; quidquid privatorum horti plantarum nobiliorum custodiunt, notavit diligenter.

Quis vestrum (*Auditores*) quis extraneorum parem cum sua observavit hospitalitatem? fidus multis, deceptus ab pluribus; liberalis, largè distribuens, parcè petens; paucos laudans, neminem contemnens; de omnibus, ut posset, benè pronuncians, nemini os oblinivit. De commercio suo literario constat, nullum esse celebriorem, aut Medicum, aut Botanicum, cum quo Hermanno non fuit familiaritas, amicitia, aut epistolare negotium; horum autem omnium præsul & oraculum, judice Apolline, renunciatus est publicè.

Sibi minus ac publico prospiciens, propriis utebatur impiendiis, in horto suo, quietis liberorisque animi asylo, ne quod summâ prudentiâ terra Matri. foyendum commiserat, anxie custodiverat, sollicitè curaverat, scelestæ, avara, vel imprudens suffocaret, avelleret, laceraret, extirparet servi, curiosi, vel insolentis spectatoris manus. Dumi autem hiberna hac tempestate, multa fert, facit, sudat, ó! casum fleabilem, alget inciditque in morbum grayissimum. Primus cum miserè decumbentem visitassem, diffici per quam ex respiratione, vario arteriarum pulsu, diaphragmatis contractione convulsiva, rigoribus commixta violentioribus, curam non uni, non saltem mihi soli committendam duxi:

dux: convocato clatissimo C: Drelincurtio, accendentibus nocturnis phantasmatisbus, lacrymis spontaneis tussique siccā, cum experientissimo archiatro, funesta instare nimis eheu! verus vates præmonui. Dubia, unicūm per diem, nobis affulsiſ spes, incompleta crisi tumorem carpo incutiente dexterō. Sex, ante fatalem, ægrotantem & cum sudore, sed frigido, sed algido ad Deum anhelantem lustravere dies. Non colluctatus cum morte, sed sequutus vocantis creatoris vocem est ultrō accepitque, illa sine animi perturbatione, Christianus heros & per Christi merita, omnium calamitatum victor, fatale nuncium; nullam in pharmacis spem ponendam decretoriumque instare diem. Sed ô! omni dignum memoriā, in Academiam, amorem: dum enim animam in supremis habet labiis, ultimumque agonizanti, adstante precesque fundente, Rectore magnifico, reverendissimo Markio, propinatam medicamentum, contrahit spirituum reliquias jubetque, titubante lingua, Academiam valere! ut vixit, ita moriebatur probe, pacificè, leniter, quiete, placide. Hæc fuit meta, hic finis laborum Pauli Hermanni quindecim per annos, hoc in Athenæo exantlatorum; hoc momentum quadragesimo viiā ipsius & noho, die 29 mensis Januarii, hujus anni, terminum fixit.

Lugete tristem Academiæ nostræ statum, jaēturam inæstimabilem, ineffabilem, irreparabilem! qui cum virtute studia, artes, scientias in honore habetis medicas. Lugete montes insolabiliter! plangite sylvæ, nemora, prata, comis languentibus vestris! ejulate paludes! erumpant, imo ex aquarum abysso, gemitus vestri, gentes aquatiles! præsidies fontium, uberibus adspergite funus lacrymis! adeste Nàyades, Dryades! adeste Musæ nobiliores, sed pullata,

sed

sed lugubri veste conspicuæ ; ille etenim , qui vos , vertice ab Aonio , altis mollioribusque solebat deducere plectris , silet , silet æternum Tu ergo adsis Erato tuque moestissima Uranie , componite mecum tumulo Hermanni cadaver ; juvate me floribus ornare feralibus urnam , cantuque , non levi , celebrare exequiarum ritus non illacrymabiles . Adspiret sacra castos laurus & blanda mirthus odores . Huc pallentes & nigræ violæ , alba lilia , rosæ lacrymis conspersæ roris . Huc , huc turmatim , inauspicatæ volucres , malorum infelicissimæ vates , tristes cantate stridore rauco strepitumque ejulatuque infausto , luftisonis reboantibus , atro ex involucro , organis , in funere nenias ! vestram signate irrititiam , quibus cum Mineralium , Vegetabilium , Animalium regno , aut genere negotium est ! abscondat vultum ! torpeant sydera ! confundite , perturbate , pavidi , vices ordinesque vestros imbres , venti , nix , nox , lux , lumen , anni tempestates ! sed quò me rapitis ? doloris impatientes animi motus & sanæ inimica ludibria mentis ! video etenim , aut visa quasi mihi adstare videntur , ab dexteris floribus cinctum Ver novis ; ab sinistris Inachi famulus , pomifer Autumnus ; ante oculos versatur spica ferta gerens Æstas ; ab tergo hirsuta Hiems ; hæc gemit ; illa vultu torvo ; una oculis ab me irretortis ; altera , manibus in cœlum intensis , lamenta in sortem petit suam : una vitæ fragilitatem ; altera mortis in homines imperium , furibunda inculcat : omnibus una , omnibus amara vox , nulli querelarum finis , aut modus est .

Placidè , placidè tandem , sic enim solebat Hermannus , ploro vestram , ô ! miseræ , sortem , quem coluistis , vestro qui fretus favore , vobis prudenter utebatur & reverenter , occidit : desunt immensis verba jacturis ! sufficient , pro

ferali carmine, gemitus; pro flosculis oratoriis, suspiria; mutentur mei, in verba, singultus, in electrum, lacrymæ. Quidquid de re herbaria sive nostra, sive exotica, quidquid de medica antiquitas, vel hodierna noverat dies, ipsum non latuit: hoc alma probat Flora Bataya; hoc docta docent, in Hortum Malabaricum, annotata; hoc amœnus testatur Paradisus ejusque Prodromus, docebuntque, ejus post obitum, Musæum Zeylanicum deque Materia medicamentorumque formulis, non unum volumen; hoc vestra Anglicanarum analecta Musarum & tuæ confirmant paginæ Breynianæ, multo fœcundæ doctrinarum nectare. Omnia Botanicorum lucubrations longè sunt posthabendæ ejus inter ambulandum dictis dictatisque, hoc si quis in dubium vocet, rudis, impius, invidus sit & sacrilegus.

Succrescit, dum loquor, fida post obitum domini cypressus ab hac, nobilis altera ab urnæ parte laurus, ardet honorata Hermanni cingere tempora hæc, illa corticibus petit inscribi suis, illustris nominis & damnosi discessus momenti monumentum.

Lugeat Hermannum tuus Academia paradisus, suo viduatæ præsidio caveatque sibi, ne cum Vacinia infelix carduus, lappa & lolium renascantur; cum Hyacintho, Apollini sacro, dulci anetho, nobili croco, florifero ligastro fugientibus. Heu! heu! deplorandum optimi viri fatum, fortè duram, acerbam! erravi præ dolore, *Auditores*, ignoscite imbecillitati amici in amicum. O! optandam invidendumque optimi viri fortè. Conclamatum est & justa funeri soluta honorificè. Non hic sacerdos piatrix domum lustrabit, purgabit; puram Deo devovit animam. Non emptis dolebit præfica familiam lacrymis, aut vestibus stabit ante fores laceratis. Mortis etenim in articulo risit, primæ

fastidiens vitæ gaudia & felicitates, secundæ degustans primætias, lautitias ineffabiles. Non satis erat quernâ civis optimi; laureâ musici; imperiali flore botanici; salviae & ruta medici; aureâ Chimici caput cingi coronâ, cœlesti debuit anima, marcescente nunquam, ornari: misero igitur incassum fundere fletus, non viros, non viros decet Christianos. Denatus, potius denuò natus est Hermannus: abiit, non obiit; melior pars sui latet, ut luceat, clarus ut fulvo smaragdus in auro.

Afflictam interea suscipe Viduam; tanto orbos parente suscipe Liberos, ô! Patres hujus Athenæi, avertite studiorum ruinam, eruditionis artiumque contemptum, qui perditissimo huic imperitant seculo, quo virorum doctorum infortunia & novercæ fortis lascivam, avidis legunt oculis ipsisque applaudunt illiterati, indocti, insulsi, plebei.

Tu verò, qui hac ex colluvione, triumphatrix mortis; evasisti, magni post obitum viri, major umbra! non elysio in campo, poëtarum delirio gentilium, seu coeli incola nitidioris necare non pasceris vanido; sed Deo frueris tuo immortalemque hauris vivificantis spiritum domini. Non tuos ficta levat Flora fletus; nec flabilis flosciculorum flaccidulorum tibi adspirat aura; nec cantu exciperis imaginario; sed ut non semel in terris solus harmoniam musici modulatus fuisti concentus; ita nunc Deo & Tibi Hymnos cœlestes & halelujach cantabis, cœlites inter & beatas animas, Cherubinis accinentibus undique & inde sinenter.

Sed ne piis cum vestris meæ quoque iterum ciéantur lacrimæ, meos comprimo planctus, præstiti id, quod potui unicè, conatus sum Paulo Hermanno, Collegæ meo;

O R A T I O F U N E B R I S. 169

meo , amico meo pro meritis ipsius , pro viribus meis ,
parentare : vos igitur , *Auditores* , hæc saltēm mea suffra-
giis comprobate vestris conamina ; plura non expeto , plura
mihi nec animus , nec mœror concedunt.

D I X I.

I
Bidloo
1715

